78 ¶ Contrariam ſententiam, vt mulier quartam habeat de bonis viri præmortui, quamuis à diuite patre ali poſsit, deffendit Iaſſon in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. nume. 8. cui accedit Decius. nume. 20. argumento auth. præterea. vbi mater ſuccedit vna cum liberis, liberi autem cum ſint diuites, matrem alere tenentur, cogiꝗ poſſunt, vt decretum eſt: ergo nihil intereſt poſsit mulier alimẽta ab aliquo exigere, vt hac de cauſa repellatur à quarta bonorum mariti. Item vir inops ſuccedit cũ liberis in quartã vxoris diuitis præmortuæ, licet vſum fructum ex bonis filij habere debeat: vt tradit Iaſſ. auth. præterea. nume. 1. Item huic ſententiæ fauet ratio legis, ea ſi quidem de cauſa in quartam ſuccedit mulier inops, quia abſurdum eſſet viuo marito in honore habitam mulierẽ eo mortuo paupertatis opprimi vilitate: vnde in honorem ac reuerentiam matrimonij inductum eſt, ꝙ in quartam mulier ſuccedat, vti Iaſſon exiſtimauit in auth. præterea. nume. 9. cui accedit Gregorius ſupra: qui allegat authenticum de exhibẽdis reis. §. quoniam verò. ex quo textu hæc ratio non depromitur, colligitur tamen ex. l. 3. titu. 13. part. 6. illis verbis (Porende guiſada coſa è derecha es, pues que las aman, y las honran en ſu vida que no ſinquen deſamparadas à ſu muerte) Sed cum præcipua cauſa propter quam ſuccedit vxor in quartam, eſt paupertas vxoris auth. præterea. illis verbis (coniux autem præmoriens locuples ſit ſuperſtes autem laboret inopia) ne matrimonium dehoneſtetur, ſi vxor ſuperſtes vitæ alimenta cogatur oſtiatim poſtulare, hæc perpendi debet: cum ratio qua lex innititur, ſit quaſi anima ipſius legis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu patro. Si vxor patrem habuerit diuitem à quo ali poſsit, nõ dicetur pauper. Barr. l. non quemadmodum. ff. de lib. agnos. ergò ceſſat cauſa inopiæ, propterquam conceſſum eſt vxori ius ſuccedendi in quartam, nec licet argumentari de alimentis quæ filius diues matri inopi præſtare debet, quia reuerentiæ maternæ ius ciuile hoc indulſit, vt mater vſum fructum

fructum quartæ capiat ſuo iure
nō de manu filij:cū filio proprie
tatē ſeruet,ſed cum pater filiam
exhibeat, & inopiæ conſulit &
honori, ergo locus non eſt de
ciſioni authen. præterea. Nec
huic opinioni aduerſatur id,
quod traddit Iaſſon Auth.præ-
terea.nume.1. ꝙ patri inopida-
tur quarta, quamuis vſum fru-
ctum bonorum filijhabeat:quia
hæc ſentētia iure nō probatur,
ſatisq; dicitur de ſuo ſibi vale
re alimēta ſubmineſtrare vxor,
quæ patrem habet, à quo ala-
tur:cum ſuccedere debeat in pa
ternas opes, in hoc caſu non re
manet omni auxilio deſtituta
vxor,cui lex Regia cōſulit,cum
patrem habeat. argumento. l.1.
C. quando Impera. inter pupi.
& vidu. vbi miſera perſona di-
citur ille, qui patrem non ha-
80 bet,ſed qui habet non ita. Item
hæc ſententia locū habet in per
ſona filij naturalis,quē pater ex
hibere tenetur, qua de re trad-
demus in. §. idem reſcripſit in-
fra iſta lege. Hic autem tractare
neceſſum eſt, quis ſit filius natu-
ralis,&plura diſiderari Author
eſt Azo.in ſumma. C.de natura
libus lib. Primò id requiritur,
ꝙ vna ſit concubina nō plures.
c.is qui non habet.c.Chriſtiano
34.diſten. Secundò ꝙ inter eos
matrimonium conſtare poſsit
Auth.de inceſtis nuptijs.§.dubi
tatum itaq; col.3. Tertiò ꝙ in
domo viri concubina moretur.
Quarto ꝙ in ſchemate vxo-

*Qui ſint filij naturales.*

*Aduerſus abbat.*

ris auth.quibus mod. nat.effici.
ſui.§.palam.colu.7. traddit ſpe-
cula.titu.de ſucceſsio. abinteſta
to.nume.17.ſequitur Ripa.l. ex
facto.§.ſi quis Rogatus.num.4.
ff.ad treb.Gregor. ſcholio pen.
l.2.titul.14.part.4. approbatur
hoc iure Regio.l.5.titul.19.par.
4. traddit Dominus Couarru.
in epitome de matrimonio. 2.
81 parte.c.4.§.4.nume.2.qui ait iu
re pontificio eum dici filium na
turalem,qui his parentibus pro
creatus ſit, qui tempore quo ge
nitus natus vè fuit,matrimoniū
contrahere poterant: argumen
to.c. innotuit.de electione &.c.
tanta. qui filij ſint leg. & hoc
ipſum conſuetudine eſſe rece-
ptum aſſerit Abb.c. per venera
bilem. ſuper glo. verſiculo non
naturalibus. & hoc apud Hiſpa
nos ſeruatum diu fuiſſe atteſta-
tur Xuarez.l.1.titul.6.lib.3.fori
verſ. hoc ſuppoſsito. quæ con-
ſuetudo lege Regia Taurina ap
probata eſt, vti Dominus Co-
82 uarrub. ait. Sed ipſe noto hæc )(
non procedere ſecundum iuris
Regulas, nec enim iure canoni
co is filius naturalis eſt, qui ab
illis parentibus eſt procreatus,
qui matrimonium contrahere
poterant,nec contraria ſenten-
tia de promitur ex. c. in notuit
de electione.vbi electio eius qui
à ſoluto & ſoluta natus erat irri
ta declaratur,quãuis electus, vt
Papa iuris vincula laxaret, qui-
bꝰ illigitimè natꝰ in epiſcoporū
ordinē eligi prohibetur,allegaſ
ſet,



ſet ꝙ ex parentibus lege matri-
monij ſolutis procreatus fuiſſet,
vt parentum crimen aliqua ex
parte deleret. Ex his autem quo
pacto depromi poſsit, vt is na-
turalis filius dicatur, ipſe non vi
deo. Nec ex.c.tanta.hæc opinio
deducitur, vbi generaliter trad
ditur:ꝙ matrimonio legitimi ef
ficiuntur ij, qui ante illegitimi
erāt. Iure ciuili ij ſoli, qui natu-
rales erant, legitimi efficieban-
tur cōtracto inter parentes ma
trimònio. §. aliquando inſtitu.
de nupt.§.1.inſtitu.de hære.quæ
abinteſta.deffe.Bart.l.in concu
83 binatu.§.1.ff.de concub. ius au-
tem canonicum fauore matri-
monij introduxit vt legitimi ef-
ficianturvulgò concepti nati ex
parentibus lege coniugij ſolu-
tis.c.tanta qui filij ſint legit.Bal.
l.eam quam col.6.C.de fidei co-
miſsis,ſequitur Gregor.ſcholio
ſe caſa in fine.in.l.1.tit.13.par.4
84 Abb. poſt Ioann. Andre. in. c.
tanta.nu.14. quamuis nec natu-
rales ſint,ſed ſpurij, cum illi qui
procreati ſunt extra cauſam cō
cubinatus ſpurij ſint Barr. l. ſi
gener. ff. de his quibus vt indi-
gnis.Bernar.ſcholio fi.in. c. tan
ta. vbi Vincentius ait, ꝙ filius
natus ex ſoluto & ſoluta iure pō
tificio non eſt naturalis ſed ſpu
rius, ille autem qui natus eſt ex
concubina dicitur naturalis ſim
pliciter, quod verbum dicit eſſe
notandum, quia non ſolet alle-
gari per canoniſtas Abb. in. c.
per venerabilem.nume.31.pro-
pterea quia iure ciuilinaturales
tantum efficiebantur legitimi
matrimonio inter parentes con
tracto, iure verò canonico vul-
gò concepti,qui non eſſent nati
ex concubina, dummodò pa-
rentes eo tempore quo nati ge-
niti vè fuere matrimonium iu-
ſtè contrahere poſſent, commu
ni cōſuetudine hominum ac er-
rore dicebantur naturales,cum
85 id iure canonico cautum nō eſ-
ſet.vnde ſcripſit Ioann. Andre.
in addirione ſpeculat. titu. qui
filij ſint leg. in princi. ꝙ quam
uis ex cōmuni vſu loquendi na-
ti ex ſoluto & ſoluta dicantur
naturales, propriè ij naturales
ſunt, qui ex vnica concubina
domi retenta in ſchemate vxo
ris, cum qua iuſtè matrimoniū
conſtare poterat,nati fuere. Se-
quitur Xuarez. ſupra. Anto.
Gomez. l. 11. Tauri. & hoc di-
cit eſſe bene notandum Abb.in
c.per venerabilem. numero. 31.
qui filij ſint legit. propter ſtatu-
ta loquentia de filijs naturali-
bus,quæ locum tantum habent
in ijs, qui propriè naturales
ſunt, ideſt nati ex cōcubina vni
ca domi retenta in figura vxo-
ris, cum qua matrimonium con
ſtare poteſt, non autem nati ex
ſoluto & ſoluta, quæ concubi-
na non ſit,vel vnica non ſit, aut
domi non retenta. At quia ſim
plex fornicatio lege diuina dā-
natur.clem. ad noſtrum de hæ-
ret.c. dicat aliquis.c.meretricis.
32. q. 4. concubinatus eſt iure
cano-

canonico reprobatus. c. nemo. 32.q.4.traddit Abb.c.per venerabilem nu. 31. cui plures accedunt, quos aggregat Coſta. in.l. cum tale.§.ſi arbitratu. ff. de cōdi.& demonſtratio.ampliatiōe. 3.nu.4.tex.in prin.titu.14. par. 4.Item iure ciuili recentiori cōcubinatus improbatur, quia pec catū eſt.c.1. de filijs natis ex matrimonio ad morga. contracto. cuius argumēto hæc ſcripſit Ripa.l ſi vnq̃. C.de reuoc. donatio.nu.74.Iure autem Regio nō ſolum concubinatus improbatur, ſed punitur.c.47. correctorum vbi traddit Abiles ſcholio. ō caſado.nu.6. ex quibus apparet raros eſſe filios naturales, vt cum iudicio ſcripſit Oldraldus
87 conſi. 196. ſequitur Paleotus de nothis ſpurijsq; filijs. c.12. nu.3. Ioannes Oroſcius in.l. vulgō cōcepti.nu.2.ff.de ſtatu homi. Tellius in.l.15.Tauri. num.1.hac de cauſa q̄ rari aut nulli erant filij naturales cōdita fuit lex.11.Tauri: quadiffinitum eſt, eum eſſe filium naturalem, qui natus eſt ex ſoluto & ſoluta, qui conceptionis natiuitatis vē tempore iuſtē ſine diſpenſatione, Sūmiq; pontificis beneficio contrahere poterant matrimonium: q̄uis vnica concubina non ſit, nec Domi retenta, quæ omnia lex non reppelleret, ſi conſuetudine introductum eſſet, vt ij naturales di
88 cerentur. Hæc inferetur ad multa, & primō ad eos qui ante conditam legem Tauri ex ſoluto & ſoluta procreati fuere, ij enim quamuis rari reperiantur ob lōgum temporis interualum, ex ijs tamen multi progeniti ſunt, quorum cauſam hæc res tangit. Vtrum ij qui originem ducunt ex ijs, qui ex patre nobili matreq; ingenua coniugij lege ſolutis ante legem Taurinam nati ſunt, maiorum nobilitate frui debeant, an verō ignobiles ſint cenſendi: iure enim Regio filius naturalis patris honeſtatur nobilitate.l.1.titu.11.par.7. ſed hos nobilitate maiorum frui nō poſſe, inde colligitur, q̄ propriē natus ex ſoluto & ſoluta quæ vnica concubina non eſt, non ſit filius naturalis, in quo locum non habet lex municipalis de naturalibus agens, vt ſcripſit Abb. c.per venerabilem nu.31.cætera namq; quæ neceſſaria erant iure ciuili vt naturalis filius eſſet, non poterant adeſſe iure canonico concubinatū reprobante. Nec obſtat q̄ lege Regia Taurina is ſit naturalis filius, qui ex ſoluto & ſoluta natus ſit, hæc enim lex in his, qui poſt conditam legem nati ſunt, locum habebit, non ijs, qui ante legē ſunt procreati argumento.l. leges & cōſtitutiones.C.de legibus. Vnde illi, qui ex ijs originem ducūt ignobiles ſunt. Sed opinio contraria verior ac probabilior eſt vt maiorum nobilitate honeſtētur ij, qui originem ducunt ex ijs, qui antequam condita lex Regia eſſet, ex patri nobili inge

nuaq;



nuaq; matre coniugij lege ſolutis, qui iuſtē matrimonium contrahere poterant, geniti procreatiq; ſunt, quia.l.11.Tauri trahi debet ad negocia præterita, ſicut & leges reliquæ Taurinæ, vt Regia lege cautum eſt.l.6.tit. delas leyes lib.6. nouæ compilationis: quæ Hiſpali à Regina Ioāna condita eſt Anno à Chriſto nato milleſsimo quinquageſsimo vndecimo, quarum legū beneficio is, qui ſpurius vulgō vē conceptus propriē erat, natalibus reſtituitur, ac naturalis iudicatur, vnde fit vt ſi agatur de quaſi poſſeſsione nobilitatis, is teneatur probare nobilem eſſe patrem, ſeq; ab eo genitum, qui conceptionis tempore aut natiuitatis lege coniugij cōgredi poterat. Item filium paterna nobilitate potitum poſt leges Regias conditas: ſcilicet.l. 11. Tauri: &.l. 6. titu.de las leyes lib. 2.nouæ compil. quibus ille, qui vulgō conceptus ſpurius q; propriē natus fuit, natalibus reſtitutus eſt: & naturalis filius iudicatur. Quaſi poſſeſsio autē in qua fuit conferendi in tributa, antequam reſtitutus fuerit, non eſt in cōſideratione, nec eius eſt habenda ratio. Tex.l. finali. ff. de natali.reſtitu. traddit Mēchaca de ſuceſsionum creatione lib. 3. §.30.nu.292. quia nobilitate paterna potiri nō poterat, niſi ille qui propriē naturalis fuit, ideſt natus ex vnica cōcubina Domi retenta in ſchemate vxoris, quæ legitima vxor eſſe poterat.l. 1. titu.11.par.7.illis verbis( ō amiga que tēga conocidamene por ſuya) vbi annotauit Gregorius
89 ſcholio penul. Item naturalis filius is eſt, (vt vim ac poteſtatem legis Regiæ Taurinæ teneamꝰ) qui ex clerico prima tonſura inſignito ſacerdotium ſiue beneficium habente, & ea quæ innupta ſit, genitus eſt: quam pater iuſtē in matrimonium ſibi copulare poterat. Hæc fuit ſententia Gregorij ſcholio. ſe caſaſe in.l.1. titu.13.par.4. traddit doctē Tel
90 lius in.l.9.Tauri.nu.35. Neq; res hæc hodierno die dubitationē habet. Item cum milites Diui Iacobi Ordiniſq; Ciſtercienſis Romani Pontificis Indulgentia ac diſpenſatione iuſtē matrimonio copulantur, filij ex his procreati naturales erunt, ſi ſolutus lege cōiugij pater inuptaq; mater ſit, nec vllo cognationis affinitatiſq; vinculo aſtringantur: in his enim locum habēt verba & ſententia.l.11.Tauri: cum militibus crucigeris matrimoniū contrahere liceat ſummi Pontificis beneficio, nec ſit neceſſaria noua diſpenſatio. Item non licet eam habere concubinam, quæ intra quartum affinitatis gradum cōtinetur.l.2.titu.14.par.4 quæ lex locum habet, quando affinitas ex matrimonio deſcendit, vnde ſi quis cum puella congrediatur nulla fide matrimonij qui puellæ cognatam vxorē habuit, ſi quarto cognationis gra

C du

du fœminæ interſe aſtrictæ ſint, natus ex hoc congreſſu non eſt naturalis, quia cum hac pater iuſtum nō poterat contrahere matrimonium ſine diſpenſatione. c.1. de conſangui. & affi. Sed ſi extra legem cōiugij corpus quis miſceat cum duabus, quæ tertio cognationis gradu aſtringātur, ex hoc congreſſu filius procreatus naturalis erit, cum ex illicito coitu nata affinitas vltra tertium gradum hodiè vires nō extendat, vt ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſsione. 24. c. 4. vnde cum vxorem ducere iuſtè poſsit quamlibet earum, natus filius naturalis erit ex deciſione
92 l. 11. Tauri. Item ſi quis matronā adulterauerit, cum qua mortuo marito coierit, ex eoq; congreſſu filius genitus ſit: vtrū hic naturalis ſit quæri ſolet. In quo articulo diſtinguendum eſſe exiſtimo, an in mortem viri alteruter eorum ſit machinatus, ꝙ ſi machinatus ſit, filius non eſt naturalis, quia matrimonium parentes contrahere ſine Maximi Pontificis diſpenſatione nō poterant. c. ſi quis viuente. 31. q. 1. idemq; eſt, ſi fidem ei dederit ſe eam ducturum in vxorem, ſi vir eius moriatur, aut eo viuo eam duxerit. c. 1. c. cum haberet. c. ſi. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulterium. ꝙ ſi hæc acta non ſint, ſed nulla fide coniugij eam adulterauit, & marito mortuo cungreſsi ſunt, filius ex hoc congreſſu genitus naturalis eſt, quia parentes ſine Romani Pontificis indulgentia iuſti coniuges eſſe potuerūt. c. ſuper hoc. c. ſignificaſti: de eo qui duxit in matrimonium quam polluit. Nec huic opinioni obſtat. c. tanta. qui filij ſint legit. quia agit quando filius natus eſt ex adulterio, qui non efficitur legitimus contracto inter parētes matrimonio: nos agimus quando ex ſoluto & ſoluta procreatus eſt filius, ſed pater matrem adulterauerat, ex coitu autem adulterino filius nō eſt genitus, quia in hoc caſu poterant parentes iuſti coniuges eſſe, cum alteruter eorum machinatns non ſit in mortem viri, nec ſcienter eo viuo fidem ſibi præſtiterint coniugij, nec matrimonium de facto contraxerint, vt ſatis apparet ex deciſione. l. 11. Tauri. Item
93 quæri ſolet an is naturalis filius ſit, qui natus eſt ex parentibus lege cōiugij ſolutis, ſed quorum alter ſimpliciter Deo vouerat caſtitatem, aut ſe monaſterium ingreſſurum, & ſpurium filium eſſe inde colligitur, ꝙ is qui votum vouerat ſine Pontificis Maximi diſpenſatione matrimonium contrahere non poterat. c. conſuluit. c. Rurſus ne clerici, vel vouentes. c. vni. de voto lib. 6. at vt notaturalis filius ſit, requiritur ꝙ parentes eius tempore conceptionis vel natiuitatis iuſtè nubere poſſent. l. 11. Tauri ſed qui votum vouit, iuſtè nubere non poteſt, ergò filius non iudi-



iudicabitur naturalis. Contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, vt is filius naturalis ſit ſecūdum deciſionem legis Tauri: vbi requiritur vt filius ſit naturalis, ꝙ parentes iuſtè potuerint matrimonium contrahere. Sed illud matrimonium iniuſtè contractum dicitur, quod lege prohibente contrahitur, ita vt diſſolui debeat. c. porrò in fine de diuortijs matrimonium autem ab eo contractum, qui ſe caſtè victurum Deo vouerat, aut ſe monaſterium ingreſſurum, non diſſoluitur. c. conſuluit. c. rurſus qui clerici vel voue. ergò iuſtè dicitur contractum: quod apertè probatur in. l. 5. titu. 19. par. 4. ex qua videtur deducta lex vndecima Tauri, quæ vno verbo (iuſta mente) comprehendit plura, quibus dicta lex. 5. parti. vtitur ibi (eſſo meſmo es delos que nacen de las mugeres, que tienen los homes por amigas manifieſtamente: como en lugar de mugeres: non auiendo entrellos embargo de parenteſco, o de orden de religion, o de caſamiento) qua lege docemur eum eſſe filium naturalem qui procreatus eſt ex ijs parentibus, qui lege coniugij ſoluti ſunt, ſacri ordinis & cognationis: ij enim iuſtè matrimonium contrahunt, quia lex de eo impedimento agit, quod diſſoluit contractum matrimonium: ergò in propoſita ſpecie cum matrimonium diſſolui non debeat, filius ex hoc congreſſu genitus naturalis eſt cenſendus, eiq; etiam iure ciuili alimenta præſtanda ſunt: vt dicemus in. §. Idem reſcripſit.

# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. ſed vtrum.

*Filius, etiam ſi non ſit in poteſtate, tenetur alere patrem. nu. 1.*

*Patrem bannitum filius tenetur alere, & vxor maritum bannitum. nu. 2. 3.*

*Deportato & in metallum damnato alimẽta relinqui poſſunt, & huius rationes redduntur. nu. 4. 5.*

*Alimenta in publicationem bonorum non rediguntur, nu. 6.*

*Deportatus reſtitutus nõ recuperat ea, quæ tempore banni non acquiſiuit. nu. 7.*

*Damnatus in metallum & reſtitutus recuperat alimenta, quæ non perceperat tẽpore quo erat ſeruus pœnæ, nu. 8.*

*Reſtitutio iuſtitiæ quid conferat, & quid reſtitutio gratiæ & noua interpretatio auth. idem eſt de Neſtioranis. C. de hæret. nu. 9. vsq; ad. 13.*

*Patrem bannitum propter turbatã pacem filius alere non tenetur, nu. 14.*

*Patris bona ſi publicentur reſeruata parte filijs, filij non tenentur alere patrem ex parte, quæ ad eos peruenit. nu. 15.*

*Patrem læſæ Maieſtatis reum filius alere non tenetur, nu. 16.*

*Patrem Hoſtem patriæ filius alere non cogitur, nu. 17.*

*Criminis reo qui præſtat alimenta puniendus eſt, nu. 18.*

*Delinquens an conſentiat pœnæ legali, & quæ obligatio naſcatur ex maleficio, & noua interpretatio. l. Imperatores. ff. de iure fiſci. nu. 19. vsq; ad. 22.*

*Nemo poteſt pro alio fide iubere vt corporali pœna teneatur, nu. 23.*

*Damnntus in metallum vltimo vè ſuplicio an poßit à carcere fugere pœnamq; vitare, nu. 24. 25.*

*Damnatus in metallum, quia ſeruus eſt pœnæ, non fruitur inmunitate eccleſiæ, & quando quiſpiam efficiatur ſeruus pœnæ. nu. 26. 27.*

*Sententia ſi pecnniariam pœnam aut operas corporales inferat, damnatus à carcere fugere poterit, ſecus ſi ſanguinis pœnam ſententia inferat. nu. 28.*



## Sed vtrum eos tantum liberos qui ſunt in poteſtate, cogatur quis exhibere: an verò etiam emancipatos, vel ex alia cauſa ſui iuris conſtitutos videndum eſt: & magis puto etiam ſi non ſint liberi in poteſtate, alendos à parentibus, & vice mutua alere parentes debere.

1 EX HOC. §.
colligitur, filios
etiam ſi non ſint
in poteſtate alẽ-
dos à parẽtibus,
& vice mutua a-
lere parentes debere. hæc ſen-
tentia fulcitur ex. l. legatum. ff.
de cap. diminut. traddit Cagno
lus in. l. vni. C. quando non pe-
2 ten. partes. nu. 25. Huic ſenten-
tiæ opponit Bart. l. ſiue contra.
§. quia Plautianum. ſupra eod
vbi apparet ſenatus conſultum
Plautianum locum non habere
niſi partus ſit in poteſtate eius,
quo cum agatur de partu agno-
ſcendo. Soluit Bartolus de alio
remedio hic agi: quæ ſententia
vera eſt, cum in hac lege nõ aga
tur de partu agnoſcendo, ſed de
liberis alendis atq; parentibus.
3 Bartolus hic quærit, vtrum pa-
trem bannitum filius alere coga
tur, & cogendum eſſe ait per. l.
mutus. §. manente. ff. de iure do
tium. & Auth. de inceſtis nuptijs
§. ſi verò cõtigerit. col. 2. Harũ
legum argumento in hac ſenten
tia fuit ſpeculator. titu. de dote
poſt diuortiũ reſtituenda. §. for
matis. num. 20. ſequitur Bart. l. ſi
conſtante. nu. 22. ff. ſolu. mat. Ri
pa ibi num. 47. Ferrara in. §. ſed
naturalia inſtitutis. de iure natu.
Ioãn. Hãnib. repetitione. l. poſt
cõtractum. ff. de donat. nu. 266.
qui hãc ſententiã exiſtimãt obti
nere in perſona vxoris, quæ virũ
bannitum etiã alere tenetur, vti
Bartolus ait in. l. ſi cõſtãte. nu. 22
ſuprascriptiq; doctores annota
rũt. Huic opinioni accedit Ripa
in. l. ſi cõſtante. nu. 47. Cœpola
cõſi. 48. nu. 12. Palat. Rubus in
Rubri. de donat. inter virum &
vxorẽ. §. 20. hãc ſentẽtiam multi
approbãt, quos in vnum cõtulit
Petrus Dueñas in regul. 68. limi
4 tatiõe. 10. Nec mirũ hoc eſt, quia
deportato & in metallum dãna
to alimenta legari poſſunt, eſt
enim alimẽtorum capax qui le-
gati in capax eſt. l. ſeruos ad cu-
ſtodiã tẽpli. ff. de alimen. & cib.
leg. vbi notat Bart. nu. 1. per tex.
in. l. is cui. ff. de alimen. & cib. le
ga. ſequitur Angel. de gãbelioni
bus in tractatu de teſta. glo. 45.
nu. 10. Robertus Marãta in. l. is
poteſt nu. 114. ff. de acqui. hæred.
per tex. in. l. ſi in metallum. ff. de
his quæ pro nõ ſcriptis habẽtur
qui propterea hoc fieri ait: quia
alimẽta ſunt iuris naturalis, cu-
ius eſt capax deportatus. Eſt &

alia cauſa propterquam relinqui poſſunt alimenta deportato, quia alimentorum legatum iudicis officio petitur, vt probatur à cõiugatis in.l.penul.§.illo. coniuncta.l.ſeruus. C.de neceſſa.ſeru.hære. inſti .l. ſeruo alieno.§.ſi poſt.ff. de leg.1.l. ex parte.§.ſeruæ.ff.fami.hærciſcundæ vbi legatum non valuit, & tamen iudicis officio (quod obligationem non ſupponit.l. qui per colluſionem.§. prætij ſorte. ff.de actio empt.)hæres cogitur præſtare legatum.l. hæreditas. ff. de peti. hæred. l. quintus. ff. de annuis legat. Item alia ratione hoc fit, quia legatum alimentorum dicitur naturalem habere præſtationem, quam ob cauſam iure ciuili non infringitur. l.eas obligationes. ff.de cap.diminu. Quartò alia ratione hoc introductum eſt, quia legatum alimentorum exorbitat ab alijs legatis, quia dicitur conſiſtere in facto.l.legatum.ff. de cap.dimi: ſed ea quæ ſunt facti, nulla iuris conſtitutione mutari poſſunt.l.deniq;. ff. exquibus cauſis maio. l. 1. §. ſi vir. ff. acqui. poſſ. l. imbello. §. facta. ff. de capti.l.librorum.§.quod tamen caſſius. ff. de leg. 3. l. ſi victum. ff.de reb. dub. hæc traddit Cumanus.conſi.35. Aliam rationẽ
5 huic ſententiæ reddit Felinus in c.qualiter & quando.2.de accuſſa.nu.28.qui ait propterea damnato in metallum vel in perpetuos carceres relinqui poſſe alimenta, quia alimenta capit natura non perſona, quia inmetellum damnatus non cenſetur eſſe perſona, ſed quidam eſuriens
6 argumento.c. non ſatis.c. paſce fame morientem.86.diſtinctione:hinc fit, q; alimenta in publicationem bonorum non redigãtur.l.legatum.ff.de cap.diminutione, ratio huius ſententiæ eſt, quia alimenta cohærent perſonæ, traddit Philippus Corneus conſi.204.lib.4. ſequitur Dominus Iacobus ſeptimancenſis cõciuis noſter vir multarum reum cognitione clarus epiſcopus Paſcenſis meritiſsimus in lib.inſtitu.catholicarum.c.9. nume.114. Nec ſanè fraudandus eſt quiſquam quotidianis alimentis.l.fi. C.qui bonis cedere poſſunt.l.penul. ff. de capitis diminutione, traddit Lucanus in tracta. de preuileg.fiſci.§.de publicatione bonorum.nu.5.Dominus Iacobus ſeptimancenſis dicto. nu. 114.atq; hinc fit, vt in metallum damnato alimenta relinquãtur.
7 Alciat. in.l. nihil aliud in fin.ff. de verb. ſignifi. vnde quamuis banniti bona publicentur.l. bona fides.ff. depoſiti.l.ſi inmetallum.ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur atq; hac de cauſa priuetur iure acquirendi vſum fructum bonorum filij, ſi principis indulgentia reſtitutus ſit, & tempore intermedio filius acquirat res aliquas, non recuperat pater vſum fructum. l.final.§.1. C.de ſenten.paſſ. vbi reſtitutio nõ dat ea, quæ deportatus tempore banni non acquiſiuit. notat Bart. in auth excipitur in principio.numero.1.C. de bonis quæ lib. hanc ſententiam ſcriptores approbant, vt colligitur ex Ioanne Luppo in rubica de donatio inter virum
8 & vxor. §. 42. numero.14. In legato autem alimentorum diuerſa regula conſtituitur, quia in metallum damnatus & reſtitutus recuperat alimenta, quæ non perceperat tempore quo erat ſeruus pænæ.l. is cui. ff. de alimentis & cib.leg. vbi notat. Bartolus poſt Accurſium, qui ait hocfauore alimentorum permiſſum eſſe, quia ſine alimentis viuere homo non poteſt, parum q; prodeſſet indulgentia Principis, ſi alimenta non de-
9 berentur. Cum hæc ſit captio ſiue limitatio quædam iuris communis, quo cautum eſt, eum, cui princeps indulſit, non recuperare fructus, qui ſuis ex rebus ante reſtitutionem percepti fuere, explicabimus hac de cauſa quid reſtitutio conferat, quæ principis indulgentia fit, quam noſtri reſtitutionem gratiæ vocant, quid item conferat ea, quæ à iure conceditur, quam noſtri iuſtitiæ reſtitutionem di-
10 xere. Exemplum conſtituitur in perſona minoris, cui ſi aduerſus alienationem ſuccurratur, res minori reddenda erit cum fructibus.l. q; ſi minor. §. reſtitutio.ff.de minorib.l.videamus 2.§.in Fauiana.ff. de vſuris.l.1. C ſi maior factus aliena. ratam. habue. quam legem in propoſito dixit ſingularem eſſe & vulgò ignoratam Coſta in.l. Gallus in.§.& quid ſi tantum. 2.parte numero. 71. ff. de lib. & poſthu. quarum legum argumẽto hanc ſententiam crebrius receptam eſſe atteſtatur illuſtriſsimus Dominus Couarru. lib. 1. variarum reſolut. c. 3. in principio. quam Bernardus approbauerat ſcholio, ſufficere in. c. ad noſtram. de rebus eccle. cui accedit Coſta in numero. 71. Carolus Ryunus conſil.26.numer. 34.lib.3.idem Ruynus conſi.53. numero. 13. lib. 5. Pinelus in. l. 2. C. de reſcenden. venditione. 2.parte. c. 4. numero. 4. qui in numero. 5. in vnum plures doctores colligit qui in propoſito meminere.l.1. C. ſi maior factus Si autem reſtitutio fiat indulgẽ
11 tia Principis, hæc enim reſtitutio gratiæ dicitur, in quo caſu quamuis reſtitutus bona recipiat, non tamen fructus perceptos ante reſtitutionem. Authẽ. idem eſt de Neſtorianis. C. de hæret. quam legem pro hac ſententia dixit ſolennem Iaſſon in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de lib.& poſth. nume. 64. Bal. Angel. Ioann. Imol. & Cuma. Alex. Aret. inibi: dicit legem ſingularem in propoſito Romanus.l. ius iurandum quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iur.iuran. argumento prædictæ

*Dominus Iacobus ſeptimancẽſis.*

ctæ auth. Idem. Hanc opinio-
nem communiter eſſe receptam
atteſtatur bis terq; Iaſſon in di-
cto. §. & quid ſi tantum num. 66
& Dominus Couarru. lib. 1. va-
ria. reſolut. c. 3. nume. 15. qui ait
pro hac parte eſſe textum illum
elegantem, hanc ſententiam cre
brius approbatam eſſe traddit
Coſta in prædicto. §. & quid ſi
tantum. 2. parte nume. 74. Pine
lus in præcitato. c. 4. nume. 20.
Anto. Gomez de delictis. c. 13.
nume. 39. Boſsius de remedijs iu
ſtitiæ contra ſententiam. nu. 8.
Menochius de Arbitrijs iudicũ
q. 70. lib. 1. & Auth. idem eſt pro
hac parte dixit eſſe textum ſin-
gularem Caſſaneus conſilio. 12.
nume. 6. qui ait, ꝙ illius textus
authoritate effectũ eſt, vt nullus
huic ſententiæ contradicat ex-
cepto Iaſſone præcitato. nu. 66.
qui rationes adducit, quibus in
nititur vt prædictam ſentẽtiam
reffellat. Sed argumentis Caſſa
nei & rationibus reſpondent
Neotherici, vt Coſta traddit
prædicto. numero. 74. ſed ante
Iaſſonem cõmunem opinionem
improbauit Nellus in tractatu
bannitorum. 1. part. 3. temporis
nu. 7. qui ait ita iudicatum fuiſſe,
vt ille qui principis indulgentia
reſtitutus eſt fructus reciperet.

*Noua interpretatio.*

12 Ego autem noto textum in
Auth. idem eſt de Neſtorianis,
quamuis in huius ſententiæ par
tes adducatur, nihil tamen mi-
nus probare quam eam opinio
nem, in cuius fauorem adduci-
tur: non enim agitur in auth. idẽ
eſt de Neſtorianis. de reſtitutio
ne gratiæ vt malè ſcriptores exi
ſtimarunt: quinimò agitur de re
ſtitutione iuſtitiæ, quæ ſenten-
tia inde apertè colligitur, ꝙ re-
ſtitutio in ſpecie auth. idem eſt,
fiat legis beneficio, ſed vt reſti-
tutio dicatur gratiæ ex princi-
pis indulgentia & beneficio de
fluere debet ex meraq; ipſius li-
beralitate. l. 2. ff. de ſent. paſsis.

Nec huic opinioni obſtabit
ſi quis dixerit, poſſe hanc de qua
agit. Auth. idem eſt, reſtitutio-
nem gratiæ dici inſpecto tem-
pore, quo princeps tulit conſti
tutionem prædictæ Authẽticæ:
quià huic argumento ipſe reſpõ
derem quod eadem ratione re-
ſtitutio, quæ minoribus indulta
eſt, poſsit appellari gratioſa, cũ
à principe conceſſa ſit ex mera
gratia legem condentis, quam
opinionem non frangit recepta
doctorum ſententia exiſtiman-
tium legis prouidentia ex iuſta
cauſa reſtitutum recuperare fru
ctus ante indultam reſtitutio-
nem perceptos, quia hæc rece-
pta ſententia locum habet, quã
do reſtitutio fit ex cauſa quæ ine
rat à principio, exempli loco
ſit reſtitutio, quæ minoribus cir
cumuentis conceditur, propte-
rea enim minori ſuccurritur,
quia læſus fuit tempore contra-
ctus ex eo, ꝙ quid fecerit, præ-
termiſſerit vè, ex quo damnum
patiatur. l. 1. §. reſtitutio. ff. de
minorib. non tamen obtinet cõ
munis



munis ſententia ſi ex noua cau-
ſa reſtitutio à lege ipſa conceſſa
ſit, vt in ſpecie prædictæ auth.
Idem eſt de Neſtorianis: vbi re-
ſtitutio conceſſa fuit hæreticis,
quia ad ortodoxam fidem con-
uerſi fuere: ibi etenim ob eam
cauſam, quia conuerſi ſunt, reſti
tuti fuere: in ſimili ſpecie facti re
ſtitutione conceſſa fructus is nõ
capiet, qui reſtitutus fuerit niſi
à die cauſæ ſuperuenientis, hæc
eſt mens ac intentio deciſionis
prædictæ Authenticæ, cuius in
terpretationis ea ratio eſt, quia
reſtitutio nõ trahitur retrò, quã
do hodiè incipit competere, ſed
tantum valet ex nunc traddit
Tiraquell. de iure primo genio
rum. q. 34. nu. 9. pro qua ſenten-
tia adduco tex. in. l. lutius. ff. de
euictio vbi cauſa euictionis nõ
trahitur retrò. Hinc apparet
omni legũ auxilio deſtitutã cõ-
munẽ doctorum ſententiam ſta
)( tuentium eum qui Principis in
dulgentia reſtitutus eſt, non re-
cuperare fructus ante reſtitutio
nem perceptos. Cumq; ſolis do
ctorum authoritatibus creden-
dum non ſit. c. ego ſolis. 9. diſtin
ctione, ipſe cõmuni doctorum
opinioni non acquieſco.

13 Sed vniuerſam hanc contra-
uerſiam diſtinctione componẽ
dam eſſe reor, an bona quæ cri
minis cauſa in publicationẽ re-
dacta fuere, alienata ſint, ac in-
tertium poſſeſſorem translata,
an verò in poteſtate & iure ſint
fiſci, ad quem fuere deuoluta. Si
in alienum poſſeſſorem transla
ta fuere, fructus nõ capare eum,
qui Principis indulgentia reſti-
tutus eſt ratio ſuadet, cum bo-
næ fidei emptor fructus iuſtè ſi-
bi quæſierit. l. bonæ fidei. ff. de
acqui rerũ domi. Imo nec rem
ipſam recuperabit, quia cum
emptor rei dominꝰ ſit, dominiũ
rei iure gentium quæſitum Prin
ceps ſine cauſa aufferre non po
teſt. l. item ſi verberatũ. ff. de rei
vendi. traddit Pinelus in Rub.
C. de reſcind. vendit. 1. parte. c.
2. numer. 14. & iure Regio hæc
opinio comprobatur. l. 2. titu. 1.
par. 2. l. 31. titu. 18. par. 3. nec Prin
ceps præſumitur cum alterius
detrimento alicui indulgere, ac
in priſtina iura ſua reſtituere. l.
2. §. meritò. §. ſi quid à princi-
pe. ff. ne quid in loco publico.
huic ſententiæ has rationes ad-
ducit Coſta in. §. & quid ſi tan-
tum. 2. parte num. 45. prætium
tamen rei, quam princeps di-
ſtraxerit, acquiret ille, qui Prin
cipis indulgentia reſtitutus eſt:
cum prætium in locum rei ven-
ditæ ſubſtituatur. l. ſi & rem.
ff. depeti. hæred. l. item ſi ver-
beratum. ff. de rei vendi. l. fin. ff.
de nego. geſtis. l. ſi eum ſeruum
ff. ſi certum peta. hoc ea de cau-
ſa fiet, quia beneficium Princi-
pis q̃ latiſsimè ſit interpretandũ
vt hic ponemus, ſi vero bona
quæ in publicationem redacta
ſunt in Principis poteſtate ac iu
re ſint, ille capiet cum fructibus,
qui principis beneficio reſtitu-
tus

*Aduerſus cõmunem ſentẽtiam*

tus eſt: quæ ſententia ea ratione
fulcitur, quia ille, cui lex ſuccu-
rit ex iuſta cauſa vt minori ec-
cleſiæ vè circum ſcriptis, pro-
pterea res capit cum fructibus,
quia reſtitutio hæc debet eſſe
plena. l. videamus. 2. §. in fauia-
na. ff. de vſuris, ergò reſtitutus
Principis indulgentia perci-
piet fructus maiori ratione, cũ
reſtitutio gratioſa debeat eſſe
plenisſima. l. beneficium. ff. de
conſtitutio. Princip. illis ver-
bis (beneficium principis quod
à diuina ſcilicet eius prouiden-
tia proficiſcitur q̃ plenisſimè in
terpretari debemus) ſed non
eſſet plenisſima reſtitutio, niſi
fructus in ea cõtinerẽtur, cũ fru
ctus ſint pars rei. l. fructus. ff.
de rei vendi. meritò igitur iu-
dicum ſuffragio deffinitum eſt,
vt ille, qui à principe reſtitutus
eſt, rem publicatam, quam prin
ceps poſsidet, capiat cum fru-
ctibus, in quo caſu obtinet iure
optimo ſententia Nelli prædi-
14 cto. numero. 7. Hoc axioma,
quod ex hoc. §. doctores deprõ-
pſere, ꝙ filius patrem alere te-
neatur, captiones habet. Pri-
ma eſt, ſi pater exul, bannitus
vè ſit propter turbatam pacem:
quo caſu filius alimenta præſta
re non tenetur. c. 1. §. ſi quis ho
minem. de pace tenenda & eius
violato. Vbi notat Bald. nume-
ro. 7. Matheus de aflictis. nume.
22. Gregorius ſcholio finali in.
15 l. 2. titulo. 19. part. 4. Hinc di-
dit Baldus in. l. bona damna-
torum numero. 4. C. de bonis
proſcript. ꝙ ſi bona homici-
dæ in publicationem reddacta
ſunt reſeruata parte filijs, ꝙ fi-
lij ex parte, quæ ad eos perue-
nit, non tenentur alere patrem.
ſequitur Angelus in tractatu ma
leficiorum in parte & eius bo-
na publicantur colun. fin. per. §.
ſi quis hominem, ſequitur Gre-
gorius prædicto ſcholio fi. Ioan
nes Luppus in. c. per veſtras
de donat. inter virum & vxo-
rem ante notab. §. 19. numero. 3.
Roma. in. l. ſi verò. §. de viro.
numero. 39. ff. ſolut. matri.
16 Secundò ſuperiori ſententiæ
locus non eſt, ſi pater læſæ Ma
ieſtatis reus ſit, quia filius alere
non cogetur. l. quiſquis. C. ad
legem iul. mag. vbi filio læſæ
Maieſtatis Reo alimenta dene-
gantur, ergo fortiori ratione
ipſi patri ſunt deneganda, vt
conſiderat Ioann. Hannibal in
repetitione. l. poſt contractum
ff. de nonat. numero. 266.
17 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi pater ſit hoſtis pa-
triæ, quo caſu non tenetur fi-
lius alimenta præbere. l. mini-
mè. ff. de religio. & ſumpt. fu-
nerum. vbi filio permiſſum eſt
occidere patrem, qui ad pa-
triam delendam venit, ergò &
alimenta denegare: cum paria
hæc ſint fame morientem non
paſcere, & quemquam inter-
ficere. c. paſce fame morientem.
86. diſtinctione. l. necare. ff. de
lib. agnos. debet quippè filius
in pro



in propoſito patriæ parere, nõ
patri. l. poſt liminum. §. filius.
ff. de captiuis. Hæc eſt recepta
ſententia teſte Iaſſon. l. veluti.
ff. de iuſtic. & iur. & Claudio
ibi coluna fina. Ioanne Oroſcio
numero. 4.
18 Ex his colligitur veram non
eſſe ſententiam Iacobi Boulenc
in repetitione. l. capitalium. §.
famoſos. ff. de pænis. nume. 108.
qui ait pæna non eſſe afficien-
dum, qui criminis reo præſtat
alimenta: quæ ſententia ratio-
nem non habet: cum malefici vè
alij ſe à criminibus abſtineant,
debeant egeſtate laborare. l. bo
na fides. ff. depoſiti cui pænæ
ipſo facto reus ſe ſubiecit. l. Im-
peratores. ff. de iure fiſci: ex qua
lege colligunt plures, delinquẽ-
tem cõſentire pænæ legali Bart.
Auth. de non alienan. aut per
mutam rebus eccleſiaſticis. §.
quia vero. nume. 1. colla. 2. & alij
plures quos aggregat Pinelus
in Auth. niſi tricenale. nume. 32.
C. de bonis maternis. Accurſius
ſcholio honorari in. l. 1. §. deniqꝫ
ff. de poſtulando Bart. l. ex hoc
iure. nume. 15. ff. de iuſtitia & iu-
re: cuius opinio crebrius rece-
pta eſt teſte Paul. caſtre. ibi. nu.
8. Clau. col. fina. Oroſcio. nu. 64
idem teſtatur ipſe Oroſcius. l.
ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. nu-
mero. 5 Fortunius in. l. legitima
numer. 62. ff. de pact. Hæc ſen-
tentia deffenditur argumento.
l. 1. ff. de furtis. Tex. in principio
inſtitutis de obliga. quæ ex deli-
cto naſcuntur, vbi apparet ex
furto oriri obligationem natu-
ralẽ, quæ etiam ex iniuria naſci
tur. l. non ſolum. §. 1. ff. de iniu-
rijs. atqꝫ hinc fit, vt conſenſu de
linquentem obligari dicat ipſe
tex. l. Imperatores illis verbis
(tu te huic pænæ ſubdidiſti.)
Item dicitur delinquens ſua mẽ
te puniri. l. fina. C. ad. leg. Iuliam
Maieſtat. l. fina. C. de collatio.
20 fundo. patrimo. lib. 11. Hinc ap-
paret erraſſe Accurſium ſcho-
lio penul. in. §. ius autem gen-
tium. inſtitutis de iure naturali
qui ait ex maleficio non naſci
naturalem obligationem, quam
uis ſententiam Accurſij dixerit
ſingularem Matheſela. ſingu.
47. ſed improbat Bart. l. 1. ff. de
condi. ex lege. numero. 10. idem
Barto. l. non ſolum. §. 1. ff. de in-
iurijs. & Accurſij ſententiam
communiter reprobari affir-
mat idem Matheſelanus notab.
77. Decius in. c. 2. numero. 6.
de conſtitu. Gomeſsius in. §. 1.
iuſtitu. de actio. colu. 1. Iaſſon. l.
ex hoc iure. numero. 76. ff. de
iuſti. & iure. Sed quamuis lege
conſtitutum ſit ex delicto naſci
naturalem obligationem, non
tamen inde ſequitur delinquen
tem pænæ legali conſentire vt
traddit Fortunius. l. legitima.
numero. 61. Hinc dicit Pinelus
conſenſum allegari ad iuſtifica
tionem pænæ legalis in. l. Im-
peratores: non autem ꝙ delin-
quẽs verè conſentiat pænæ le-
gali, vult enim delinquere, ſed
non

*Aduerſus Iacobum Boulenc.*

non pænam pati vt docet Paul.
Caſtren.l.ꝙ tuberonis.§. fin.ff.
de peculio.Hæc Pinelus:quæin
ter ſeſe non conueniunt: quià
ſi delinquens pænæ legali non
conſentit, quid eſt quod dicit
Pinelus conſenſum allegari ad
iuſtificationem pænæ legalis, ſi
non conſentit delinquens, non
eſt quare allegetur eius cõſenſus
22 . Ego autem vim legis ac pote-
ſtatem non tenere doctores cre
do:Propterea verò ꝙ quidã di-
xerint delinquentem pænæ le-
gali conſentire,quidam negaue
rint:diſtinctione res eſt compo
nenda: an delicti pæna corpus
torqueat,an ciuilis pecuniariaqꝫ
ſit. Si ciuilis aut pecuniaria ſit,
conſentit delinquens pænæ le-
gali:quia cum ſit pars Reipubli
cæ legi à Republica conditæ cõ
ſentit,cum fiat lex communi vo
to Reipublicæ. l. 1. ff. de legib.
cũ leges ea de cauſa nos teneãt,
ꝙ populi iudicio cõditæ appro
batæqꝫ ſint.l.de quibus.ff.de le-
gib. Vnde ſi quiſpiã delinquat
punietur pæna legali ſuo quidẽ
conſenſu, ſi pæna ſit ciuilis, Si
autem corporalis pæna ſit,non
conſentit, quia conſentire non
poteſt,vt torqueatur: cum non
ſit corporis ſui Dominus.c.con
tingit de ſententia excomu. l. li
ber homo.ff. ad leg.aquiliam.l.
23 10.titu.29.par.7.Hinc fit,vt pro
alio fideiubere nõ poſsit,vt cor
porali pæna teneatur glo.c.cum
homo.23.q.5.ſcholio ſuppliciũ:
approbatur communiter teſte
illuſtriſsimo Domino Couarru.
lib.2.variarum. c.8. numero.8.
24 ¶Ex hac interpretatione colli-
gitur enodatio quæſtionis 1, an
dãnatus in metallum vltimo vè
ſupplicio poſsit à carcere fugere
pænamqꝫ vitare. Et fugere poſ-
ſe ſine conſcientiæ reatu atteſtã
tur ſanctus Thomas & Caieta-
nus.2.2.q.69.arti.4. quibus ac
ceſſere alij, quos in vnum contu
lit Dñus Couarru. lib.1.variarũ
reſolutionum.c.2.nu.10.verſi.in
2.qui ab hac ſententia non diſsi
det, quam ſequitur Silueſter in
ſumma verb.fugere.q.1. Nabar
rus in manuali confeſſorũ.c.117.
nu.112.Soto de iuſt.& iure lib.5
q.6.arti.4.pagi.462. quia nulla
lege tenetur in carcere manere,
neqꝫ agere quidquam ex quo ſi-
bi ſequatur mors, ſed tantum à
iudice ſibi illatam mortem pati:
ac inferenti non reſiſtere argu.
l.1. ff. de bonis eorum qui ante
ſent.ſibi mor.conſci. Contrariã
ſentẽtiã, vt dãnatus vltimo ſup
plicio à vinculis fugere nõ poſ-
ſit ſine peccato, deffendit Bart.
in.l.relegati.num.1.ff. de pænis.
hãc opinionẽ approbare Theo
logos ait ipſe Bartolus quã ful-
cit.l.relegati: vbi pænam cumu
lat contumatia eius, qui pænæ
non obtemperat: ſi acrius pu-
nitur ergò peccat. ſequitur Iaſſ.
in.l.admonendi.num.175. ff. de
iur.iur.Abb.c.1.num.3.de teſti-
bus cogen.traddit dominus Co
uarru.in prædicto.c.2.num.10.
25 Huic opinioni fauet ſententia
Ioan-



Ioannis ſcholio ſeruitutes. c. ius
gentium. 1. diſtinctione dicens
peccare ſeruũ, qui à dño fugit,
ſed hanc Ioannis ſententiã non
fulcire opinionem Bartoli cum
iudicio conſiderauit Dominus
Couarru.ea de cauſa quia de ſer
uo procedere nõ liceat ad eum,
qui à iudice damnatus eſt: quià
Reſpublica regulariter non fa-
26 cit quemquam ſeruum.Sed hæc
ſentẽtia aduerſatur iuris ciuilis
Regulis,quo iure qui vltimo ſup
plitio dãnatus eſt, pænæ ſeruus
fit.l.qui vltimo.ff.de pænis.Hac
ratione effectum eſt, vt in me-
tallum aut in trirremes dãnatus
quia ſeruus eſt pænæ, fugere nõ
poſsit, nec eccleſiæ inmunitate
potiatur, à qua inuitus & renitẽs
27 extrahitur.l.9.§.penul.titu.24.
lib. 8. nouæ. recop. vnde ipſe
propoſitam quæſtionem diſtin-
ctione eſſe componendam cen-
ſeo, aut enim ſententia lata eſt,
qua in aliquem animaduerti iu-
betur,hoc caſu ille, qui damna-
tus eſt, cõfeſtim pænæ fit ſeruus
l.qui vltimo.ff.de pænis,aut ſen
tentia lata nõ eſt, ſed cõmiſſum
crimen capitale & crimẽ ipſum
nõ facit quemquam ſeruum pæ
næ.l.quod ad ſtatũ. ff.de pœnis.
Secũdum hãc diſtinctionem in
telligenda ſunt verba legis.15.
tit.13.par.2. (ca ſin dubda el que
faze el yerro, el meſmo ſe mete
en ſeruidumbre, de la pena que
merece auer por el.) vnde ante
ſententiam fugere licebit. Hinc
apparet ex ſupradictis, quæſtio
nem hanc poſſe explicari,vt di-
ſtinguẽdum ſit in propoſito an
ſententia pænam ſanguinis cor
poralem vè reo inferat,an verò
pecuniariam corporales ve ope
ras, vltimo caſu à carcere aufu-
gere permiſſum non eſt:quià pæ
næ ſeruus effectus eſt ille, qui
exemplo ſerui operas præſtare
tenetur, in qua ſpecie obtinet
præ dicta lex. 9. quæ de prõpta
eſt ex.c.de raptoribus.36.q.1. Si
verò ſententia ſanguinis ſit, illi,
in quem animaduerti iubetur,
effracto carcere aufugere ſine
peccato licet, qui eccleſiæ inmu
nitate fruetur.c.inter alia in fine
de inmunitate eccleſiarũ. c. reũ
c.difiniri.17.q.4.Hæc diſtinctio
iure Regio comprobata eſt.l.2.
titu.11.p.1. vbi quia legis fictio-
ne ſeruus fit pænæ,nõ cenſetur
ſeruus reſpectu pænæ, qua cor-
pus plectitur, ſed tãtum quo ad
pecuniariam pænam,operas vè
corporales, non verò vt plecta-
tur,traddit Xuarez.l.2.titul. de
los emplazamientos lib. 3. fori.
q.5 nu. 1. Nec huic diſtinctioni
obſtat. l. relegati. ff. de pænis:
quia lex agit de pæna relegatio
nis non de pæna ſanguinis,quã
vitare quiſqꝫ poteſt, & propriũ
ſanguinem redimere ex ratio-
ne.l.1. in fin. ff. de bonis eorum
qui ſibi mor.conciue.l.in omni-
bus cauſis.ff.de reg. iur.

# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. vtrum.

¶ *Alimentorum cauſa eſt fauorabilis & pia ſi alimenta pauperi relicta ſint, ſi diuiti alimenta relinquantur fauorabilia ſunt, nu. 1. 2. 3. 4.*

*Alimenta vſq; ad pubertatem relicta, debentur pueris vſq; ad decimum octauũ annum, puellis vſq; ad decimum quartũ, & huius rei ratio redditur. nu. 5. 6.*

*Plena pubertas quæ ſit num. 7.*

*Ratio redditur quare vir longiori tempore alatur q̃; fœmina, nu. 8.*

*Dictio impuberi ſi iungatur verbo diſpoſitiuo à quo regatur an adiecta cenſeatur cauſa demonſtrationis, nu. 9.*

*Inſpecie. l. mella. ff. de alimen. & cibar. lega per quæcumq; verba fuerint alimenta relicta, intelliguntur perpetuò relicta, nume. 10.*

*Prætor nemine petente poteſt cognoſcere de alimentis, nu. 11.*

*Seruus capax eſt legati alimentorum, quod petet iudicis officio, non iure actionis. nume. 12. 13.*

*Monachus Franciſcanus alimentorum legatum petere poteſt, nec poteſt ei petenti alimenta obijci quòd ſit incapax culpa ſua, nu. 14. 15.*

*Pupillus petere poteſt alimenta ſibi legata. numero. 16.*

*Falcidia ceſſat in legato alimentorum, quæ pauperi relicta ſunt, nu. 17.*

*Iure Regio ſunt qui exiſtiment ceſſare falcidiam in omni legato, ſed verius eſt nõ ceſſare, nu. 18.*

*Rem prætioſam ſi alter donet alteri, vt donatori dum vixerit præſtet alimenta donatarius, donatio hæc ſine inſinuatione valet, quod ſi alimenta Donatarius non præſtiterit, dabitur donatori vtilis rei vendicatio. nu. 19. 20.*

*Fidei commiſſum minuitur ex cauſa alimẽtorum, nu. 21.*

*Primogeniũ minui & euerti poteſt vt alatur maioratus poſſeſſor, nu. 22.*

*Alimentorum fauore portio defficiens accreſcit cum onere, nu. 23.*

*Alimẽtorum fauore iudex in cauſa alimẽtorũ ſententiã dicere debet ex animi ſui motu, non ex cõuentione partiũ. nu. 24.*

*Alimẽtorum legatũ præſtari debet, quãuis hæreditas non adeatur nu. 25.*

*Teſtator ſi præcipiat, vt legata ex aliqua parte minuantur, non minuetur alimentorum legatum, nu. 26.*

*Stipulatio quantitatis incertæ valet alimẽtorum fauore. nu. 27.*

*Alimẽta ſi quis abſenti ſtipuletur, et promiſſor iuret ſe daturũ, cogetur dare. nu. 28.*

*Vſurarius ſi pauperibus alimẽta relinquat, alimentorum legatum ante omnia detrahetur, nu. 29.*

*Vſusfructus ſi relinquatur alicui, in multis caſibus cenſentur relicta plena alimẽta numero. 30.*

*Annuũ aliquid ſi relinquatur, cẽſentur relicta alimẽta, niſi diuiti relictũ ſit, nu. 31.*

*Annuum aliquid ſi nubenti relinquatur, cẽſetur relictum vt onera matrimonij ſuſtineat, nu. 32.*

*Teſtator qui alimẽta reliquit, ſi declaret ex quibus bonis ſunt præſtanda, bona ſunt pro alimẽtis obligata, & cum eo onere trãſeunt ad ſucceſſorẽ quẽmlibet. nu. 33.*

*Prædijs legatis vt ex eis alatur is, cui alimenta relinquntur, cenſetur legata plena proprietas, nu. 34.*

*Teſtator*



*Teſtator ſi alicui relinquat alimenta, & futuræ eius vxori, nõ ſolum primæ vxori cenſentur relicta, ſed omnibus vxoribus quas duxerit, nu. 35.*

*Executor teſtamenti poteſt agere aduerſus hæredem, vt per iudicem hæreditatem adire cogatur, & legatum alimentorum præſtare, nu. 36.*

*Executor teſtamentarius ſi bis monitus ab epiſcopo non præſtet alimentorum legatum, ipſe epiſcopus præſtare poterit, numero, 37.*

*Triẽnalis præſtatio alimentorum, quæ in minus ſolenni teſtamento relicta ſunt, efficit, vt debeantur alimenta perpetuò in futurum, nu. 38.*

*Triẽnalis præſtatio annui legati prodote relicti in minus ſolenni teſtamento efficit, vt obligatio præſtandi oriatur in futurum, nu. 39.*

*Legatum annuum non poteſt hæres præſcribere, quamuis longo tempore non petierit illud legatarius, & diſputatur latè vtrum legatum alimentorum & quodlibet legatum poſſit præſcribere hæres, numero. 40. vſq; ad. 60.*

*Prælatus an repudiare poſſit legatum eccleſiæ relictum, diſputatur, numero. 61. vſq; ad. 73.*

*Tributa, ſi ex Regionis conſuetudine præſtentur fiſco ex rebus, quas quis poſſidet, vtrum ex rebus exquibus alimenta ſuſcipiuntur præſtãda tributa ſint, traditur, num. 74.*

*Ex eo, quod cauſa ſit alimentorum, non præſumitur priuilegiata, niſi in caſibus à iure expreſſis, nu. 75.*

*Inuentarium ſi non confecerit, qui debet præſtare alimenta, an teneatur vltra vires hæreditarias, nu. 76.*

*Auus maternus cogitur alere nepotes ſpurios ex filia procreatos, nu. 77.*

*Filius ſpurius vtrum patrẽ alere teneatur & quomodo, nu. 78. vſq; ad. 86.*

*Filius vulgò quæſitus tenetur alere matrem, nu. 86.*

*Filius legitimus an teneatur dotare matrẽ ſecundò nubentem, nu. 87.*

*Mater quæ ſecundò nubit perdit legatum à filio relictum ſub conditione ſi honeſtè vixerit & caſtè, nu. 88.*

*Filius dotare matrem legitimam non tenetur, quamuis iuuenis ſit & formoſa. numero. 89.*

*Filius naturalis tantum cogitur dotare matrem, nu. 90.*

*Filius ſpurius cogitur dotare matrem. numero. 91.*

*Filius legitimus tenetur matrem dotare, quæ filio approbante nubit. nu. 92.*

# Vtrum autem tantum patrem, auum

vè paternum, proauum vè paterni aui patrem, cæterosq; virilis
ſexus parentes: an verò etiam matrem, cæterosq; parentes per
illum ſexum contingentes cogamur alere, videndum eſt, & ma-
gis eſt vt vtrobiq; ſe iudex interponat, quorũdam neceſsita-
tibus facilius ſuccurſurus, quorũdam ægritudini. Et cũ ex
æquitate hæc res deſcendat, charitateq; ſanguinis: ſin-
gulorum deſideria perpendere iudicẽ oportet. Idem
in liberis quoq; exhibendis à parẽtibus dicẽdum
eſt: ergò & matrem cogemus præſertim vulgò
quæſitos liberos alere, nec non ipſos eam.
Itẽ diuus Pius ſignificat quaſi Auus quo-
q; maternus alere compellatur.

1 PRIMO colli-
gitur ex hoc tex
tu. vers. cum ex
æquitate. ꝙ ali-
mentorum cau-
ſa eſt fauorabi-
lis & pia. Idem depromitur ex
l. Mella. ff. de aliment. & cib. leg.
illis verbis (tamen pietatis intui
tu) quam legem dixit eſſe ſingu-
larem Marcus mantua ſing. 22.
nume. 4. Sarayna in additione
Bart. ſing. 187. Alex. in. l. 1. nu. 5.
ff. de ferijs. Iaſſ. in eadem. l. 1. §.
ſed excipiuntur. nu. 7. Iacobus à
canibus tractatu de executione
vltimæ voluntatis. §. conſultis.
nu 7. Gigas in tractatu de pen-
ſione. q. 51. nu. 10. Caſtillus in. l.
40. Tauri parte por ſu orden
verſ. Item ex quo præſtatio. Gra
tus conſi. 22. nume. 4. lib. 1. idem
Gratus conſi. 140. num. 3. lib. 2.
Coraſiius in repetitione. l. pre-
cibus. num. 24. C. de Impub. &
alijs, illuſtriſsimus dominus Co-
uarru. in epitome de matrimo-
nio. 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 6. Tira-
quell. de priuilegijs piæ cauſæ
in præfatione. pag. 10. Aretinus
conſi. 94. idem Areti. conſi. 97.
Euerardus loco. 24. Matheus
de aflictis deciſione. 252. nu. 8.
Hæc ſententia obtinet, quando
alimenta relinquntur pauperi,
ſecus ſi diuiti relinquantur, quo
caſu non cenſentur cauſa pia.
Bart. in. l. alio nu. 4. & 5. ff. de
alimen. & cib. leg. idem Bart. in
tractatu alimentorum. num. 14.
per. l. cum ij. §. ſi in ſingulos. ff. de
tranſactio. auth. vt cum de ap-
pellatione cognoſcitur. §. aliud
quoq; capitulũ illis verbis (ege-
nis alimenta impendant) ſequi-
tur Aretin. conſi. 97. hæc eſt re
cepta ſententia vt apparet ex
Iaſſ. in. l. cum ij. §. ſi mulier. ff. de
cond. indeb. Ioann. Imola in. l.
cum mater. §. 1. in fin. ff. de legat.
2. Alex. conſi. 125. lib. 4. Decius
conſ. 72. col. 3. in princi. Xuarez
in. l.



in. l. quoniam in prioribus in de
claratione legis Regiæ. q. 9. nu. 3
Gomeſsius in. §. præiudiciales.
nu. 5. inſtitutis. de actio. Paulus
de Monte Pico in. l. titia cum te
ſtamento. §. titia cum nuberet.
nu. 161. ff. de leg. 2. Alciat. in. l. ſi
certis annis pag. 4. C. de pacti.
Alex. in. l. hæreditatem. nu. 2. ff.
ad leg. falcidiam. Vbi pro hac
opinione adducit. l. alimenta, ex
qua nihil minus depromitur ꝗ̃
id, ad quod adduxit Alexander,
cum de ſola ætate minore, nihil
autem de paupertate agat, qui
nimò ex generalitate legis col-
ligitur, non eſſe diſtinguendum
inter pauperem puerum & di-
3 uitem. Contrariam tamen ſentẽ
tiam multi approbãt, vt alimen
torum cauſa ſit pia, ꝗ̃uis locu-
pleti homini alimenta relinquã
tur. Alex. in. l. ſi certis annis. C.
de pactis. & ibi Decius. nume. 9.
Alciatus. nu. 19. Iaſſon in. l. 1. in li
mitatione. 3. C. de fidei cõmiſsis.
vbi Dominus Antonius Padilla
iuris aſyllum, (qui propter ſin-
gularem virtutẽ generisq; ſplen
)( dorẽ ad maximæ dignitatis cul
mẽ euectus inclitæ crucigerorũ
nobilitati præeſt,) nu. 26. hanc
opinionem atteſtatur crebrius
receptam eſſe, hanc ſententiam
ſequitur Guillermus in. c. rainũ
tius verb. ſi abſq; liberis. 2. in
tractatu fidei comiſſariæ. nu. 179
Bal. nouel. in repetitione. l. 1. ff.
ſoluto. mat. nu. 43. Lãberti. lib. 3
de iure patronatus. q. 3. princi-
pali arti. 6. nu. 19. Aymõ cõſ. 199
nu. 10. qui tamen fatẽtur alimen
torum cauſam, quæ diuiti reli-
cta ſunt, nõ dici piam, quamuis
fauorabilis ſit. Huius opinionis
partes, ꝙ pia ſit hæc cauſa, ful-
cit. l. cum ij. §. eam tranſactionẽ
in fine. ff. de traſactio. illis ver-
bis (nihil autem intereſt vtrum
libertini ſint, quibus alimenta
relicta ſunt, an ingenui ſatis lo-
cupletes, an minus)
4 Ex quo apparet in conſulto
prætore nõ licere tranſigere ſu
per futuris alimentis, ſiue hæc
pauperi relicta ſint, ſiue diuiti.
Hinc defluit alimentorum cau-
ſam eſſe fauorabilẽ in omni ca-
ſu, quia multæ ſunt humanæ ſor
tes: quod traddit Bart. in. l. alio.
ff. de alimen. & cib. leg. ſequitur
Marcus mantua. conſi. 13. nu. 4.
Tiraquell. de priuileg. piæ cau-
ſæ in præfatione. pag. 11. Cacialu
pus. in tracta. de penſionibus.
q. 10. nu. 12. quæ opinio vera eſt,
poteſt enim locuples depaupe-
rari, vt conſiderat aduerſus An
gelum Decius in. l. Si certis an-
nis. nu. 10. C. de pact. atq; hac de
cauſa alimẽtis multa ſunt indul
ta priuilegia quia ſemper fauo-
rem illus concernunt, cui relicta Dominus Antonius Padilla.
5 ſunt: cum pro vita ſuſtinenda re
linquãtur. Baldus de Bartolinis
in repetitione. l. 1. ff. ſolut. matri.
nu. 42. eſt ſemper alimentorum
cauſa præcipua, quæ multis de-
corata eſt priuilegijs. ſexdecim
priuilegia aggregat Caſtillus in
l. 10. Taur. parte alimentos,
ipſe quædam tractabo, locus

enim iſte non permittit vt con-
ſultò illibata alimentorum pri-
uilegia relinquam.
Primum igitur priuilegium
quod alimentorum cauſæ indul
tum eſt, illudq; ſummũ, ꝙ ſi pue
ris alimẽta vſq; ad pubertatem
relinquantur, pueri vſq; ad de-
cimum & octaunm, Puellæ vſq;
ad decimum quartũ annum ali
debẽt. l. Mella. ff. de alim. & cib.
legat. hunc dicit eſſe caſum ſin-
gularem, & ꝙ quilibet diceret
contrarium Cremẽſis ſing. 78.
vbi ait, ꝙ ſit fauore ſpecialiſſi-
mo alimẽtorum: notat Xuarez
in. l. quoniam in prioribus. am-
pliatione. 3. in fine. C. de inoffi-
cio. teſta. Nemauſenſis in tracta
tu clauſularumpag. 948. Angel.
de gambelionibus tratractu de
teſtamẽtis glo. 45. nu. 9. Politus
in tratactu ſubſtitutionum Ru-
brica de compendioſa. nu. 34.
Coraſius in. l. precibus. nu. 18. C.
6 de impub. & alijs ſubſ. Huius de
ciſionis rationem ſubiecit ipſe
Modeſtinus illisverbis, (ſed &
ſi generaliter pubertas non ſic
definiatur: tamẽ pietatis intuitu
in ſola ſpecie alimentorum hoc
tempusætatis eſſe obſeruãdum,
non eſt inciuile) quibus apparet
puerorum fauore hoc introdu-
ctum eſſe in hac ſpecie alimen-
torũ pietatis intuitu. notat Fer
rara in. §. minorem in principio
inſtitutis. de adoptio. Hoc ſum-
ma cum ratione fit, quia ante eã
ætatem, vt plurimum videmus
non ſufficere pueris ſuam ipſo-
rum Artem, vel induſtriam, vt
ſe alãt: meritò in id tempus pro
ferenda alimenta fuere. Cora-
ſius in. l. precibus. C. de impub.
7 & alijs. nu. 25. Oldendorpius. in
tractatu de vſu capio. §. ætates
hominum & eorum tempora.
nu. 6. verſi. cumrelinquitur: quia
ex eo tempore plenæ puberta-
tis eſſe incipiunt. l. arrogator. §.
non tantum. ff. de adoptio. quæ
plena pubertas in ſpecie alimẽ-
torum quæ pueris relinquntur,
deſideratur: vti Accurſius notat
in. §. non tantum ſcholio, Plena,
ſequitur Oroſius ibi. nu. 2. pro-
pterea autem hæc dicitur plena
pubertas, quia illi qui tardiꝰ pu
beſcũt tanto tempore adpuber
tatis habitudinem deueniant,
Coſta lib. 2. ſelectarũ interpre.
c. 12. propterea autem longiori
8 tempore vir alitur, q̃ fæmina:
quia: vt Plutarcus in problema-
tibus traddit natura cauſam ſu
ſtinet, augeturq; fæmina, & cre
ſcit, & adulta perficitur anteq̃
maſculus, ideo fæminis octauo
Dieveteres Romani nominaim
ponere conſueuerunt: quamq̃
in maribus in nonũ difinderẽt:
vt traddit Coraſius in repetitio
ne. l. precibus. C. de impub. &
alijs ſubſ. nu. 25. Idem Coraſius
in. l. in multis. ff. de ſtatu homi.
Alciat. in. l. pueri appellatio. ff.
9 de verb. ſignifi. Huius. l. Mella.
argumento exiſtimauit Bart. in
l. ex facto. ff. de vulga. nu. 1. ꝙ ſi
verbũ (impuberi) iungatur ver
bo diſpoſitiuo, à quo regatur:
tũc



tũc diſpoſitionẽ nõ alterat ſed
cenſetur adiectum cauſa demõ-
ſtrationis. Sed hæc opinio non
apertè deducitur ex. l. Mella,
vbi teſtator vſus non eſt verbo
diſpoſitiuo, ſed lex loquitur ſim
10 pliciter ac indiſtinctè: Vnde nõ
eſſet improbabile ſi quiſpiam,
quantum ad illius legis ſpeciem
attinet, dixeritꝙ per quæcumq;
verba, ſiue diſpoſitionem ſiue
executionem ſignificantia fue-
rint alimenta puero vel puellæ
relicta, intelligantur relicta per
petuò: quod fiet fauore cauſæ
alimentorum, cui multa præci-
pua indulſit lex illa: hæc eſt ſen-
tentia Lanceloti Politi intracta
tu ſubſtitutionum. titu. de com
11 pendioſa. nu. 34. Tertium priui
legiũ quod cauſæ alimẽtorũ eſt
indultum in eo conſiſtit ꝙ ali-
mentorum cauſa ad curam præ
toris ſpectat, qui nemine peten
te poterit de ea ſtatuere. l. diui.
ff. ad leg. falcid. illis verbis (&
vt idoneis hominibus colloce-
tur pecunia, ad curam ſuam re
uocaturum præſidem prouin-
tiæ) vbi notat Alex. numero. 7.
12 Hinc fit, ꝙ ſeruus capax ſit lega
ti alimentorum, quod iudicis of
ficio implorato poteſt petere,
Decius in. l. 1. C. qui admitti. nu.
26. quamuis, iure actionis non
poſsit, cum ſeruus ſit actionis
in capax. l. ſeruus. ff. de alimen.
& lib. leg. & ibi notat Accurſius
l. ſeruo alieno poſt principium
ff. de legat. 1. traddit Iaſſ. in. l. ſi
victum. numero. 6. ff. de re iudi.
13 Ratio huius ſententiæ eſt, quia
actio manet in perſona eius qui
experitur. in. §. 1. inſtitu. de actio.
officium verò iudicis ſedem ha-
bet in perſona iudicis: vnde per
ſeruum implorari poteſt argu-
mento. l. ꝙ ſi minor. §. ex hoc
14 edicto. ff. de minoribus. Quæ
ſententia æqua lance locum ha-
bebit in perſona monachi Fran
ciſcani, qui quamuis bonorum
ſit incapax, ſi ei legata ſint ali-
menta, poterit ea in iudicio iu-
dicis officio petere ab eo, qui
præſtare tenetur. Bart. l. ſeruo
alieno. ff. de legat. 1. idem Bart.
in tractatu minoritarnm. ſequi-
15 tur Socinus in. l. 1. ff. de leg. 1.
numero. 310. Nec agenti mona-
cho obijere reus poterit, ꝙ ſit in
capax culpa ſua. Signorolus in
16 conſili. 40. Idem de perſona pu
pilli ſtatuendum eſt, qui iudi-
cis officio alimenta petet: Spe-
culator titul. de actore nume. 3.
argumento. l. 1. C. de aliment.
pupi. præſt. fauet. l. Imperator.
ff. ad trebell.
17 Quartum priuilegium ꝙ in
alimentorum cauſa ceſſat Falci-
dia: Specul. titul. qui filij ſint le-
git. numero fina. Idem Specula
tor. titulo de teſtamentis. §. 1. nu
mero. 30. argumento auth. ſimi
liter. C. ad. l. falcid. quamuis iu
re vetuſtiori ex legato alimen-
torum deduceretur Falcidia. l.
Diui. ff. ad leg. falcid. Quæ ſen-
tentia obtinet, ſi pauperi alimẽ
ta relicta ſint, ſecus ſi diuiti: cum
eo caſu non dicantur relinqui

in cauſam piam. Bart. l. alio. ff.
dē ali.& cib.leg.idem Bart.l.di-
ui.ff.ad legem falcidiam,cui ac-
cedit. Alex. ibi. numero.2. An-
gel. de gambelionibus in tra-
ctatu de teſtamentis glo.45. nu
mero. 5. traddit latiſsimo ſer-
mone Bal. à Bartolinis in repe-
titione.l.1.ff.ſolut.matri. nume.
41. Iure Regio cum legata va-
leant,quamuis nemo adeat hæ-
reditatem.l.1.titulo.4. lib.5. no
uæ compilatio. ceſſat Falcidia
in legatis, quià ceſſat ratio pro-
pterquam falcidia introducta
18 eſt Anto. Gomez lib. 1. reſolu-
tio.titulo de legatis. c.12. nume.
11.quæ ſententia iudicum calcu
lo non eſt approbata Dominus
Antonius Padilla. l. eamq;. C.
de fidei commiſsis. numer. 109.
Dominus Ludouicus Molina
de primogenijs Hiſpaniæ lib. 1.
c.17.numero.10.
19 Quintum priuilegium ꝙ ſi al
ter donet alteri rem magnæ æſti
mationis hoc onere impoſito ꝙ
alimenta præſtare teneatur do-
natori dum vixerit, hæc dona-
tio inſinuationem nonrequirit,
quæſine inſinuatione efficax eſt
Alex.conſilio. 12. lib.1. ſequitur
20 Riminaldus in. §.1.inſtitutis de
donatio.nume.490. In hac ſpe-
cie ſi donatarius non paruit cō
ditioni, alimētaq; donatori non
præſtiterit, vtilis vendicatio do
natori dabitur,ideſt vtilis actio
qua dominium priſtinum ei re-
ſtituatur, quod ſpeciali alimen-
torum fauore conceſſum eſt, vt
ibi notat Accurſius ſcholio fina
li quem reliqui doctores ſe-
quūtur, & hæc opinio crebrius
recepta eſt teſte Domino Co-
uarru.lib.1. variarum reſolutio.
c.1.numero.4.
21 Sextum priuilegium, ꝙ ſicut
fidei cōmiſſum minuitur ex cau-
ſa dotis Auth. res quæ. C. com-
munia delegat. æqua lance mi-
nuetur fidei comiſſum ex cauſa
alimentorū Bart. Auth. res quæ
C.communia de leg. numero.9.
argumento auth. contra roga-
tus.C. ad trebellia. l. obæs alie-
num tantum. C. de prædijs mi-
norum. Hæc ſententia commu
ni ſcriptorum calculo approba
ta eſt,vt probat Dominus Ant.
Padilla. Auth. res quæ. num.78.
22 Dominus Ludo. Molina lib.4.
c.6.nume. 8. contra Accurſium
ibi.Eadem ratione primogeniū
minui,& euerti poteſt,vt alatur
maioratus poſſeſſor Author eſt
Gregorius ſcholio fin. in. l. 24.
titu.9.par.6. cui accedit Domi-
nus Anto. Padilla. numero. 79.
quam ſententiam memoriæ co
mendādam ſcripſit Euerardus
loco à dote ad alimenta.num.2.
ſed eam refellit iure optimo Do
minus Ludouicus Molina lib.
4.c.6.numero.22.
23 Septimum preuilegium eſt,
ꝙ fauore alimentorum intro-
ductum eſt, vt portio defficiens
24 accreſcat cū onere Bart. l. Mella
in principio. ff. de aliment. &
cib.legat.ſequitur Iaſſ.in.l.ſi duo
bus.§.hæres.nu.14.ff. de legat.1.
argu



argumen.l.libertis libertabusq;
meis. ff. de alimen. & cib.leg.
Octauum, ꝙ licet iudex ſecū
dum partium conuentionē ſen
tentiam dicere debeat. l. ſi con-
25 uenerit. ff. de re iud.in cauſa ta-
men alimentorum iudex ſenten
tiam non dicet ex conuentione
partium ſed ex animi ſui motu.
l.cum ij in principio.ff. de trāſa
ctio.Ratio eſt,quia huic conuē-
tioni lex reſiſtit alimentorum
fauore. l. cum ij in principio &
l.de alimentis.C. de tranſactio.
traddit Iaſſ. in. l. ſi conuenerit.
numero.3.ff.de re iudi.
Nonum priuilegium ꝙ licet
vt legata valeant, neceſſum ſit
ꝙ adeatur hæreditas.l.ſi nemo.
ff.de teſta. tutel. l. 3. ff. de leg.1.
legatum tamen alimentorū præ
ſtari debet, quamuis hæreditas
non ſit adita. Corneus in.l.eam
q;.nume.24.C.de fidei commiſ-
26 ſis.Iure autem Regio hoc priui
legium datum eſt omni legato,
quod valet quamuis hæreditas
non adeatur.l.1.titu.4.lib.5. no
uæ compila.
Decimum priuilegium ꝙ ſi
teſtator ſiue in teſtamento ſiue
in codicillis præceperit: vt lega
ta ex tertia parte minuantur, ali
mentorum legatum non minue
tur, ſed integrum præſtabitur
Bart. l. Mella. ff. de aliment. &
cib.legat.argumento.l. libertis.
§. poſthumis. ff. de aliment. &
cib.leg.&. l. Caius.ff.de annuis
legatis.ſequitur Iaſſon in.l. talis
ſcriptura numer.25.ff. de leg. 1.
Angelus de gambelionibus in
tractatu de teſta.glo.45. nume.
9. Matheus de aflictis Deciſio-
ne.111.numero.10.
27 Vndecimum ꝙ quamuis ſti-
pulatio quantitatis incertæ non
valeat.l.ita ſtipulatus.l.triticum
ff.de verb. obliga. valet tamen
alimentorum fauore argumēto
l.ſi cui.ff. de annuis legat.l. cum
alimenta.ff.de alimentis & cib.
leg.traddit Bart.in. l.1. ff. ſolut.
matri. idem Bart. in. l. quidam
teſtamento reipublicæ. ff.de le-
gat. 2. ſequitur Riparius. l. ita
ſtipulatus.nume.20. ff. de verb.
28 obliga.traddit diffuſe Bal.à Bar
tolinis in repetitione. l.1. ff. ſo-
lut.matri. nume.43. Hinc fit, vt
vera ſit ſententia Ioannis in. c.
quoties cordis oculos.1. q.7. di-
centis poſſe quempiam abſen-
ti alimenta ſtipulari; & ſi pro-
miſſor iure iurando ſe aſtringat
ea præſtare, reddere compelle-
tur: ſequitur Alex. l. ſtipulatio
iſta habere licere.§.alteri. ff. de
verb. obliga. Bertrandus conſi-
lio.361.numero.6.lib.2.
29 Duodecimum ꝙ ſi vſurarius
pauperibus alimēta relinquat,
vt hoc pio officio vſuras reſti-
tuat, alimentorum legatum an-
te alia detrahetur: hæc fuit ſen
tentia Dyni in. l. doli clauſula.
ff.de verborum. oblig. ſequitur
Angel.ibi.& Bertachinus in tra
ctatu de epiſcopis. 4. parte in
numero.85.
30 Decimum tertiū ſit, ꝙ ſi vſus
fructus cuippiā relinquatur in

multis caſibus cenſentur ei reli-
cta plena alimenta Ruynus. cõ
ſilio.35.& conſilio.50. lib.2.Ex
31 eo ꝙ alimentorum legatum ſit
pium & præcipuũ, ſit vt ſiquid
quam annuum alicui relictum
ſit, cenſeantur legata alimenta.
l.cum ij.§.ſi in annos.ff. de trãſa
ctio.Paul. Caſtren. conſil. 424.
lib.2.ſequitur Ioann. de Amicis
conſilio.56.nume.1.Hæc ſenten
tia vera eſt,niſi diuiti aliquid an
nuum relinquatur,quia non cẽ-
ſetur relictum ad alimenta. Iaſſ.
in. §. ſi in annos.nume.2. Palat.
Rub.in.c. per veſtras. notab.3.
32 §.24.nume.6. Sed ipſe exiſtimo
hoc locum non habere ſi nuben
ti aliquid annuum relinquatur,
quia cenſetur relictum, vt one-
ra matrimonij apte ſuſtinean-
tur,& familia alatur argumẽto.
l. pro oneribus. C. de iur. dot.
33 Hinc fit ꝙ ſi teſtator declaret ex
quibus bonis alimenta, quæ re-
linquit, præſtanda ſint, bona
illa pro alimentis præſtandis o-
bligata cenſeantur. Vnde one-
re præſtandorum alimentorum
aſtricta adquemlibet tranſibũt
ſucceſſorem Bart.l.lucius. ff. de
aliment.& cib.legat.idem Bart.
in.l.fundus.ff. de annuis legatis
argumento.l.2.ff.de alim.&cib.
legat. &.l.codicillis.§.inſtituto.
ff. de legat.2. ſequitur Ripa. l. 1.
§.hæres num.14.ff.ad treb. poſt
Roma. conſilio.388. Corneus
conſil. 296.lib. 1. Guido Papæ
q.32.in fin.Rebuffus in conſtitu
tiones Regias.tomo.2.de conſti
tutio. reddituum articulo.1.glo.
14.num.38. Oroſcius.l.cum ij.§.
ſi vni.ff.de tranſactio.
34 Decimum quartum priuile-
gium ꝙ legatis prædijs vt ex eis
alatur is,cui alimenta relinquun
tur, cenſetur relictum nõ ſolum
ius vſus fructus, verũ etiam ple
num dominium prædiorum.l.li
bertis libertabusq; meis. ff. de
alimen.& cib.leg.illis verbis(vi
dẽtur mihi ipſa prædia eſſe liber
tis relicta vt pleno dominio hæc
habeant, & nõ ſolum per vſum
fructũ)notat Fulgoſius in.l. cum
ij.§.integra.nu.2.ff.de trãſactio.
Hipp.ſing.414.incipit teſtator.
35 Decimum quintum priuile-
gium ꝙ ſi teſtator reliquerit ali
mẽta cuippiam &futuræ ipſius
vxori, intelligitur non tantum
de vna & prima vxore,ſed & de
omnibus quas poſtea ducet,ali-
mentorum fauore argumento.l.
1.C.de fidei cõmiſsis.l. cum ij.ff.
de tranſactio.hæc ſcripſit Alex.
in conſi.181. col.2.lib.2. ſequitur
Felinus. c. fi.de tregua & pace.
nu.6. Socinus conſi.4.lib.3. Ti-
raque.l.bobes.§. hoc ſermõe. ff.
de verb.ſignifica.limita.3.nu.13.
36 Decimum ſextum, ꝙ execu-
tor teſtamenti poteſt agere ad-
uerſus hæredem, vt per iudicẽ
adire cogatur hæreditatem &
alimẽtorum legatum præſtare
Bart.l.alio.nu.3.ff.de alimen.&
cib. legat. ſequuntur Iacobus à
canibus in tractatu executionũ
vltimarum voluntatum.2.parti
cula tractatus.§.cõſultis autem.
nu.7.



numero. 7. quæ ſententia iure
Regio approbatur.l.4. titul.10.
part.6.quod ea ratione fit, quia
alimentorum legatum ſemper
ad piam cauſam pertinet,vt ar-
gumento.l. alio hærede. ff. de
alimen.& cib.leg.annotauit Ac
curſius ſcholio vt miniſtrum in
l.ſi quis titio.ff.de legat.2.ſequi-
tur Alciatus in.l. ſi certis annis
pag.4. C. de pact. Ioann. Lup-
pus in.l.10. Tauri. numero. 43.
& 44.Loriotus de gradibus A-
xiomate. 60. Abb. conſilio. 63.
numero.5. lib. 2. & aliud agens
multa de hac ſententia Accur-
37 ſij tradidit Dueñas in Regula.
31. limitatione. 9. ꝙ ſi executor
teſtamentarius bis monitus ab
epiſcopo non præſtet legatum
alimentorũ ipſe epiſcopus præ-
ſtare poterit. And. Barba. in.
c.3.de teſta. ſed eius ſententiam
reffellit Illuſtriſsimus Dominus
Couarrub.ibi.numero.5.
38 Decimum ſeptimum, quod
ex triẽnali præſtatione alimen-
torum, quæ minus ſolenni teſta
mento legata fuere, debentur
alimenta perpetuò infuturum.
l.1. C. de fidei commiſsis. cuius
legis argumento in hac ſenten-
tia fuit Bart.l.Mella. ff.de alim.
& cib. legat. dixitq; legem ſin-
gularem,& ꝙ non eſt alibi ipſe
Bart. ſi is eſt ſing. 187. ſequun-
tur plures quos aggregat Saray
na ibi.ſequuntur Iaſſon in dicta
l.1.numero.1.&.3.Corneus num.
3.Alex.in.l.ſi certis annis.nume
ro. 5. C. de pactis & ibi Alciat.
pag.3.Euerardus loco.24. Sen-
tentiam hanc extendit Decius
in dicta.l.ſi certis annis. num.8.
Hanc opinionem crebrius rece
ptam eſſe atteſtatur Siluanus cõ
ſilio.59.nume.16.lib.2. & Men-
chaca in quæſtio.illuſtribus.lib.
2.c.84.numer.42.tradidit Oro-
ſcius.l.ſolent.§.fin.numer.14.ff.
de officio. proconſu. Ang. de
gambelionibus in tractatu de
teſta.glo.5.nume.11. Menchaca
lib.2.contrauerſiarum. c.93.nu-
39 mero.27.Eadem ratione trien-
nalis præſtatio annui legati pro
dote relicti in minus ſolenni te
ſtamẽto efficit,vt obligatio præ
ſtandi oriatur infuturum.Bart.
in.l.ſi certis annis.C de pact. nu
mero.2.per.l.cum poſt.§.gener.
ff.de iure dotium.l.ſi tibi annuũ
ff.de annuis legat.l. cũ quidam.
ff.de leg.2.ſequuntur Bal.Alex.
Angel. & Iaſſ.ibi. idem ſcripſit
Bart. in.l. cum de in rem verſo.
ff.de vſuris.idem Bart. in diſpu
tatione incipienti mulier habẽs
amplum patrimonium in fine.
ſequitur Curtius iunior in repe
titione.l. ſi certis annis. num.7.
& nume.12.& ibi Decius.nu. 7.
Corneus nume.fin. C.de pactis.
& ibi Alex. & Iaſſ.vbi dominus
Anto.de Padilla.nume.25.atte-
ſtatur hanc ſententiam commu
niter receptam eſſe.cui acceſsit
Alex.in.l.1.ff.ſolut.matri.nume.
40 41.Euerardus in loco ab alimẽ-
tis ad dotem. numero.8. Sed in
præſenti incidit quæſtio, an ſi-
cut præſtatio triennalis legati

alimentorum, quod in teſtamen
to non iure facto relictum eſt,
efficit, vt præſtari debeat infu-
turum: & alimentorum fauore
hæc præſcriptio introducta eſt:
ſimili modo ipſe hæres, ſi ali-
mentorum legatum pluribus an
nis non præſtiterit, acquirat ſi-
bi ius non præſtandi, & peten
tem poſt longum tempus ali-
mentorum legatum repellat.
In hac quæſtione diſtinguẽdum
eſt, an legatum alimentorum re
lictum ſit ſimpliciter non diſtri-
butis temporibus, an verò le-
gatum ſit diſtributis tempori-
bus, veluti ſi annuum legatum
ſit, in hac vltima ſpecie libera-
tionem præſtationis legati tem
pore non acquiri ex ſententia
Ioãnis auhtor eſt Accurſius ſcho
lio: cuiusque anni in. l. cum notiſ-
ſimi. §. in ijs. C. de præſcript. tri
ginta vel quadraginta anno-
rum: quià legata annua tot ſunt
quot anni. l. ſi ſtichum. §. ſtipu-
latio. ff. de verb. obliga. l. ſena-
tus. §. fin. ff. de donatio cauſa
mortis. l. cum in annos. ff. de an
nuis legat. l. 1. ff. quando dies
vſus fructus leg. cedat. Accur-
ſij ſententiam crebrius recep-
tam eſſe traddit Ruynus conſi.
34. numero. 6. lib. 2. quam ſen-
tentiam dicit eſſe notatu dignã
41 Alciatus in. l. 1. C. de ſenten. quæ
ſine certa quanti. profer. num.
16. In prima autem ſpecie quan-
do ſimpliciter ſunt alimenta le-
gata vnicum & purum eſt lega
tum Iacobus Butricarius in. l. 1.
C. de ſentent. quæ ſine cert. quã-
tita. profer. quæ ſententia pro
batur in. l. ſcire debemus. §. ſti-
pulationem. ff. de verborum o-
bliga. Ex quo ſequitur ꝙ præ-
ſcriptio incipit à principio, nec
dinumeratur per ſingulas præ-
ſtationes ita Bal. in. l. 1. C. de
ſententijs quæ ſine certa quan-
tit. profer. numero. 16. vbi ait
hoc eſſe notabile, & ſubtile. Ex
quo apparet in ea ſententia fuiſ
ſe Baldum, vt exiſtimaret lega-
tam rem lõgo tempore ſibi quæ
rere poſſe hæredem: in hac ſen-
tentia fuit idem Bal. in. c. 1. §. ex
eadem lege. numero. 5. de lege
conrradi. hanc ſententiam plu-
res colligunt ex Bart. l. ſequitur.
§. ſi viam. ff. de vſu capio. idem
ſcripſit Bal. in. l. ſi ſtichum. §. ſti
pulatio. ff. de verb. obliga. ſe-
quitur Alex. ibi numero. 2. qui
ait deciſionem hanc eſſe memo-
riæ tenendam, quia non repe-
ritur textus à quo melius & cla
rius depromatur quam ex. l. 1. ff.
quando dies vſusfructus legati
cedat: quæ lex de præſcriptio-
ne legati non agit, ſed tantum
ait, legata annua tot eſſe, quot
42 ſunt anni. Tempus autem, quo
hæres non præſtitit legatum, vt
repellere poſsit legatariũ illud
petentem, non erit breuius tri-
ginta annorum ſpacio: ratio eſt,
quià actio quæ legatario com-
petit ad petendum legatum tan
to tempore extinguitur. l. ſicut.
l. omnes. C. de præſcrip. trigin-
ta vel quadraginta annorum.
trad-



traddit Ruynus. conſi. 34. nu. 5.
lib. 2. Huic ſententiæ fauet rece
pta quædam concluſio, quæ ha
bet ꝙ ex longi temporis curſu
bona fides præſumitur. Innoce.
in. c. 2. de reſtitu. in integ. ſequi-
tur Ioann. Andre. in addi. ſpecu
lat. titu. de teſta. §. nunc viden-
dum in prima additione mag.
verſ. item opponunt. Bart. &
Salicet. in. l. fin. C. vnde vi. Bal.
in. l. 1. C. vnde vi Angel. l. penul.
C. quibus non obſtat longi tem
poris præcriptio. Abb. in. c. ſi di
ligenti de præſcriptio. Alexan.
conſi. 110. lib. 1. Ruynus conſi. 34
44 numer. 10. lib. 2. Hæc ſententia
quæ habet triginta annorũ ſpa
tium requiri vt hæres liberetur
onere præſtandi legatum, obti-
net in perſona hæredis, qui le-
gatum prætare debet, ſecus in
perſona eius, qui hæredis eſt hæ
res, quià ſi à morte hæredis qui
legatum dare dãnatus eſt, anni
decẽ lapſi ſint obligatione præ-
ſtandi legati tanto tẽporis cur
ſu liber erit: cum bonæ fidei poſ
ſeſſor ſit. l. qui in alterius. ff. de
regul. iuris. traddit Paul. caſtre.
in. l. ſi quis ſub cõditione in fin.
ff. de condi. inſtitu. Idem Paul.
conſilio. 289. incipit hæreditas
dictæ puellæ. ſequitur Ruynus
cõſi. 34. nu. 11. lib. 2. Contariã ſen
tentiam, vt hæredis hæres non
poſsit actionem tollere, quæ le-
gatario competit ad legatũ pe-
tendum, deffendunt Ioan. Imol.
& Felin. numero. 3. in. c. fin. de
præſcrip. quam ſententiam cre
briorem eſſe & canonizatã per
doctores in vtroque foro tam ſe
culari quam eccleſiaſtico atte-
ſtatur Alciat. conſi. 267. num. 7.
45 Superior autẽ opinio, ꝙ hæ-
res ſibi acquirere tempore poſ-
ſit rem legatam, fulcitur iure cõ
ſulti reſponſo in. l. ſi tibi homo.
§. cum ſeruus. ff. de leg. 1. illis ver
bis (cum ſeruus legatur: & ipſius
ſerui ſtatus, & omnium quæ per
ſonam eius attingunt, in ſuſpen
ſo eſt: nam ſi legatarius repule-
rit à ſe legatum: numquam eius fuiſ-
ſe videbitur, ſi nõ repulerit: ex
die aditæ hæreditatis eius intelli
gitur,) quibus apparet legatũ nõ
deberi donec legatarius agnoue
rit: ac præſtari ſibi petierit. Igi-
tur medio tẽpore, quo legatarius
non petit rem legatã, hæres bo-
na fide poſsidet, & tẽpore eam
ſibi quærit: iusque petendi legatũ
quod legatario cõpetit, præſcri
ptione diluit, ac perimit. Huius
legis argumento huic opinioni,
ꝙ lõgo tẽpore hæres legatũ ſibi
quærere poſsit, accedit Anchar
ra. in. c. ſine poſſeſsione de Re-
gul. iuris lib. 6. oppoſitione fina.
hãc ſentẽtiam ſequitur Socinus
cõſi. 63. nu. 7. lib. 1. Balbus in tra
ctatu præſcriptionem. 2. parte. 3
partis. q. 13. ſequũtur plures Do
ctores, quos aggregat illuſtriſsi
mus Domius Couarru. in Re-
gula poſſeſſor. 2. parte. §. 11. nume
ro. 5. verſiculo nono. Hanc opi-
nionem crebrius receptam eſſe
atteſtatur Cagnolus in. l. 2. C.
de pactis inter empto. & vendi.
nu. 28.

nume.28.vti refert Hippoli. Ri
minaldus in princi. inſtitu. per
quas pers. nobis acquiri. nume.
26. qui incautè retulit Cagnolũ,
cum Ancharrani opinionẽ cõ-
muniter receptam eſſe non di-
xerit, ſed id potius, ꝙ facultas
retrò emendi conceſſa vendito
ri in perpetuum quando volue-
rit, præſcribitur triginta annis.
Opinionem hanc ꝙ præſcribi
legatum poſsit, ſequitur, Emi-
lianus conſi.156. nume.12. Ripa
46 in.l.fina. C. de reuocandis do-
nat.q.69. Tiraquell.in.l.ſi vnꝗ̃
verb.reuertatur numero.311. C.
de reuocand.donatio. Contra-
riam ſententiam, vt hæres non
poſsit tempore quærere ius le-
gati, nec legatarium petentem
repellere, neruoſè deffendit Cu
manus conſilio. 147. hanc opi-
nionem ſequitur Decius in.c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. numer.
26. de conſtitutio. & Mencha-
ca lib. 2. contrauerſiarum Illu-
ſtrium.c.55. nume. 27. & Alex.
conſilio.267.numrro.6.qui om-
nes multis rationibus innitun-
tur: ea maximè, quòd poſſeſſor
malæfidei vllo tempore nõ præ
ſcribat.c.poſſeſſor malæfidei.de
47 regul. iuris lib. 6. Sed alimenta
legata cum iure actionis debeã
tur, atq; repeti poſsint per eum
qui de ſuo ſe aluerit. Bal. & Iaſſ.
in.l. de alimentis. C. de tranſa-
ctio. ſequitur ꝙ hæres non eſt
bonæ fidei poſſeſſor, cum ſciat
legatum à ſe exigi per legata-
rium poſſe: atq; ita legatum tem
pore ſibi quærere non poterit.
48 Secundò hæc opinio ea ratio
ne commendatur ꝙ legati ius
nanciſcatur legatarius ſtatim te
ſtatore defuncto. §. noſtra au-
tem inſtitut. delegat. l. cum pa-
ter. §. ſurdo. ff. de legat. 2. vbi
emolumentum legati quæritur
legatario ignoranti: ergò dum
legatarius non repullerit à ſe le
gatum, ius habere intelligitur:
qua de cauſa hæres non poterit
ſibi tempore acquirere rem le-
gatam ob malæ fidei obicem,
quia ſcit rem ad legatarium per
49 tinere iure legati, hæc ſententia
ea ratione commendatur, ꝙ le-
gatum ſic quæritur legatario, vt
actionem realem vel perſona-
lem habeat ante aceptationem
in quibuſdam caſibus à morte
teſtatoris, in quibuſdam verò à
die aditæ hæreditatis. l.1. C.
communia de legat. l. à titio. ff.
de furtis, his à iure ductis ratio-
nibus innitens ſentẽtiam An-
charrani reffellit Illuſtriſsimus
Dominus Couarrub. prædicto
c.9. numero.5. qui ſentit domi-
nium rei legatæ acquiri legata-
rio ante aceptationem fictè à
morte teſtatoris, verè ab adita
hæreditate ſed reuocabiliter,
verè autem & irreuocabiliter
quando petierit legatum. Idem
placuit Accurſio ſcholio aditæ
in.l.ſi tibi homo. §.cũ ſeruus. ff.
de leg.1. vbi Alex. nu.4. ſcribit
hanc ſententiam crebrius rece-
ptam eſſe: cui accedit Lancelo-
tus Decius in. l. ſeruum filij. §.
ſiquis



ſiquis rem.col.1.&.2.ff.de legat.
1. hanc ſententiam tenere docto
res ſcripſit Iacobus de nigris in
l.1.ff.de lega.1. nume. 107. & ibi
Sadoletus.numero.21. dominus
Couarru.in.c. rainuntius de te-
ſtamentis.§.1.nume.2.Ioann.Ba
ptiſta in.l.legatum.nume. 16. ff.
de legat. 1. Fortunius. l. Gallus.
§.& quid ſi tantum.numer.265.
ff. de lib. & poſthu. Menchaca
lib. 2. de ſucceſsionum creatio-
ne.§.17.nume.131. hæc ſententia
iure Regio approbata eſt. l.34.
titulo.9. part.6. vbi Grego. hac
de re multa verba fecit.
Tertiò Ancharrani ſenten-
tiam defendit Aretinus.l.quihæ
res.§.neq; filius.ff.de acqui. hæ-
redi. qui ait legatum morte ipſa
teſtatoris effici legatarij, ſed re
uocabiliter: hoc prædixit Bart.
in.§.cum ſeruus. Si igitur res le-
gata ipſius eſt legatarij mortuo
teſtatore anteꝗ̃ petat eam, con
ſequens eſt, ne poſsit tempore
hæres capere: cum ſciat alienam
eſſe.
50 Quartò Ancharrani ſenten-
tiam fulcit Papiniani Reſpon-
ſum in.l. legatũ.2. ff. de legat.2.
legatum, inquit, ita dominium
rei legatarij facit, vt hæreditas
hæredis res ſingulas: quod eo
pertinet, vt ſi purè res relicta ſit,
& legatarius non repudiauerit
defuncti voluntatem: recta uia
dominiũ, quod hæreditatis fuit,
ad legatarium tranſeat nunꝗ̃
factum hæredis. Ex quo appa-
ret legati dominium ex die adi-
tæ hæreditatis ad legatariũ tran
ſire, quod cum iure cautum ſit,
deducitur non poſſe hæredem
tempore acquirere rem legatã,
quam ſcit eſſe legatarij, cum nõ
repudiauerit. Ex quo deducitur
non aptè Ancharranum deprõ
pſiſſe ſuam ſententiam ex dicto
§. cum ſeruus: quià ex eo ꝙ lex
dicat medio illo tempore, quo
legatarius nec petit, nec repu-
diat legatum, in ſuſpenſo eſſe le
gatæ rei ſtatum, non colligitur
legati dominium non eſſe lega-
tarij, vt capere illud hæres lon-
go tempore poſsit: quoniam illa
verba (in ſuſpenſo eſt) ſignifi-
cant incertum eſſe, quis nam
*Interpretatio noua*
rem legatam habiturus ſit, hæ-
res an legatarius qui poteſt eam
repudiare: non autem intelligẽ-
da ſunt vt velint, quod domi-
nium ſit in ſuſpenſo, id eſt in in-
certo: cum legatarij ſit à die adi-
tæ hæreditatis, vt ſtatuit. l. lega
tum. Ex qua lege apparet erraſ
ſe Connanum lib. 4. cõmenta-
riorum iuris. c.9. numero.11. qui
*Aduerſus Franciſcũ Cõnanum*
interpretans verba. l. à titio. ff.
51 de furtis ibi (quia ea quæ legan-
tur recta via ab eo qui legauit,
ad eum cui legata ſunt, trãſeũt)
intelligit recta via id eſt à teſta-
tore ad legatariũ, quod verum
eſt, ſubdit tamen, ꝙ cum lega-
ta non valeant niſi adita hære-
ditate, aditio autem fieri nõ poſ
ſit niſi ab hærede, per quam ipſe
omniũ bonorum, quæ fuerũt de
functi, ſit dñus: fieri non poteſt
quin aliquo momẽto eorũ lega-
torũ

torũ fiat hæres Dominus; nullo
enim momẽto legatorũ eſt hæ-
res Dominus, ſed ipſa aditione
nã ciſcitur hæres dominiũ bono
rum, quæ ſunt in hæreditate, le-
gatariusq; dominiũ rei legatæ.
Ita aditione ipſa ſeparantur do
minia bonorum, quæ ſunt in hæ
reditate: eorum quæ hæres ha-
biturus eſt nanciſcitur Domi-
nium hæres, legatorum autem
dominium cedit legatorio, nec
momento hæredis ſit. Hoc do-
cet Papiniani Reſponſum in. l.
legatum, dum ait, (recta uia do-
minium, quod hæreditatis fuit
adeum pertineat, numquam fa-
ctum hæredis) itaq; verba illa
52 (recta via) ſignificant legati Do
minium tranſire à teſtatore ad
legatarium abſq; eo ꝙ vllo mo-
mento penes hæredem ſit. Hũc
in modum ex Paniani Reſpon-
ſo in. l. legatũ interpretor Mar-
tiani Reſponſum in. l. à titio.
53 Secundò deducitur minus di
ligenter Ancharrani ſentẽtiam
perpendiſſe Ferdinandum Mẽ-
chacam, qui ait numq̃; incidere
facti ſpeciem, quæ dirimenda
ſit iuxta Ancharrani pronuntia
tum, quod ſic colligit, aut lega-
tarius defuncti repudiat volun
tatem, numq̃; q; fuiſſe eius in-
telligitur legatum, pertinet q;
ad hæredem hæredis nomine.
Si verò legatarius petierit, ſem
per intelligitur Dominus fuiſſe
rei legatæ, ergò numquam An-
charrani ſententia obtinebit:
Quid ſi accidat legatarium nec
petere, nec repudiare legatum
annis triginta: repudiaſſe taci-
tè ex eo intelligetur, quia lapſus
temporis à lege præſtituti ad pe
tendum legatum vices obtinet
repudiationis. l. ſi quis filium.
C. de inofficio. teſta.
54 Primò noto. l. ſi quis filium
non ſolum obtinere in querela
inofficioſi teſtamenti, ſed in a-
lijs, nec obſtat ꝙ inofficioſi que
rela ſit odioſa, quia vltimis vo-
luntatibus aduerſatur, quià hoc
efficit tantum, vt quinquenio
intercludatur: vt notat Angel.
l. certi condictio. in principio
55 probatq; Iaſſ. numero. 25. ff. ſi
cert. petat. Vnde etiam illa ſen-
tentia, quæ habet, ꝙ lapſus tem
poris æquiparatur repudiatio-
ni, obtinebit in petitione hæ-
reditatis, quæ cum fauorabilis
ſit, durat annos triginta, nec
ante diſſoluitur adeundi ius. Ac
curſius ſcholio. 1. & in ſcholio
beneficio. l. cum in antiquiori-
bus. C. de iure de lib. idem Ac-
curſius ſcholio. 1. l. vni. C. quan-
do nõ peten. part. idem Accur
ſius ſcholio. 1. l. quandiu. ff. de
acqui. hæredi. ſequitur. Bart. l.
vni numero. 4. C. de condi. ex
lege in hãc ſententiam ſcripto-
res frequentes ierunt teſte So-
cino conſilio. 36. colun. 2. & con
ſilio. 81. lib. 1. in fin. Balb. tractat
præſcrip. 4. parte. 4. partis. q. 19
Galdenſis de Arte teſtandi ti-
tulo. 11. caut. 6. Boerius deciſio-
ne. 58. numero. 7. Molineus in
addit. ad Alexan. conſilio. 89.
lib. 2.



lib. 2. Xuarez in. l. 8. titulo de
las herencias lib. 3. fori. numer.
47. nemine relato hanc dicit
communem omnium interpre-
tationem Illuſtriſsimus Domi-
nus Couarru. lib. 1. variarum re
ſolu. c. 9. nume. 2. & Curt. Iunior
l. vni. C. quando non peten. par.
numer. 25. Bernardus Diaz Re
gul. 21. incip. adeundi, Mencha
ca de ſucceſsionũ creatione lib.
3. §. 22. numer. 26. dicit commu-
nem Xuarez in. l. quoniam in
prioribus. C. de inofficio. teſta.
in declaratione legis Regni limi
56 tario. 3. nume. 2. Hæc ſententia
probatur in. l. hæreditatis. C.
de petitio. hæred. huius ſenten-
tiæ ratio eſt, quia actiones per-
ſonales perſonaliaq; iura tri-
ginta annis diſſoluuntur. l. ſicut
l. ſiquis emptionis. C. de præ-
ſcrip. 30. annorum. l. 2. C. de con
ſtitu. pecunia. poteſtas autem
adeundi eſt ius quodam. l. ſi ma
ter. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub
condi. quam legem ad hoc co-
mendat Bart. l. is poteſt colu. 3.
& ibi recentiores. ff. de acqui
hæred. idem Bart. l. vni. colu. 2.
C. de cond. ex lege Bal. l. licet.
C. de iure de lib. Paul. in Rubri.
ff. de acqui. hæred. hanc ſenten-
tiam crebrius receptã eſſe trad-
dit Bal. nouel rep. l. cum filio nu
mero. 52. ff. de legat. 1. quæ opi-
nio vera eſt, eaq; de promitur
ex. l. ſi mater. vnde fugiendus eſt
Salicetus in. l. 2. C. de iure delib.
qui ait adeundi poteſtatem eſſe
facultatem, quæ nullo tempore
amittatur. l. viam publicam. ff.
de via publi. quod magis pro-
bat Molineus in additia ad
Alex. conſilio. 89. lib. 2. atteſta-
tur q; Saliceti ſententiam ve-
ram eſſe ſeruariq; vſu forenſi
Idem Molineus in conſuetud.
Pariſi. §. 130. ſequitur Coraſius.
l. ſeruitutes. 4. §. ſeruitus. nume.
7. ff. de ſeruitutib. Sed hanc o-
pinionem veram nõ eſſe ipſam
q; adeundi poteſtatem non eſſe
facultatem ſed ius, conuinci-
tur ex. l. ſi mater. Vnde Saliceti
ſententiam iure optimo reffel-
lit. Menchaca de ſucceſsio. crea
tione lib. 3. §. 22. numero. 26.
Quæ opinio iure communi ob-
tinet, Regio autem ius adeundi
anni ſpacio circumcluditur. l.
2. titulo. 6. part. 6. quæ loquitur
quando terminum, intraquem
hæres adeat, iudex præſtituit:
finitur enim ius adeundi ſtatu-
ti temporis ſpacio, ſed ſi termi-
nus non ſtatuatur, perpetuò
durabit ius adeudi iure Regio:
cum hoc iure ciuili permiſſum
ſit vt ſupra ſcripſimus.
57 Item lapſu temporis propte-
rea inducitur repudiatio iuris
petendi ſupplementum legiti-
mæ, quod quinquenij tranſcur-
ſu euaneſcit teſte Bart. l. ſi quis
filius. C. de inofficio. teſta. Ro-
mano. l. certi condictio. in prin
cipio. ff. ſi certum petatur. Fa-
biano de Brochis repetitione
auth. nouiſsima. C. de inoffi-
cio. teſta. numero. 121. quià ſup-
plementum legitimæ ſufficitur
in lo-

in locum querelæ. l. ommi mo-
do. C. de inofficio. teſta. quod
recentiores approbant, vt ſcri-
pſit Tiraquell. de iure primoge
ni. q. 56. nu. 3. Hanc opinionem
omnium conſenſu receptam eſ-
ſe atteſtatur Menchaca lib. 3. de
ſucceſsion. creatio. §. 30. nu. 75.
ſed quamquam in locum quere
læ ſubſtituatur ius petẽdi vt ſup
pleatur quod legitimæ deeſt: ta
men hoc ius nõ euaneſcit lapſu
quinquenij, ſed durat annos tri
ginta, vnde Bartoli ſententia re
fellitur, eamqꝫ neruoſis argumẽ
tis fregit Bal. dicta. l. ſi quis filiũ,
& alibi paſsim quẽ refert Xua
rez. l. quoniam in prioribus in-
declaratione legis Regiæ. limi-
tatione. 3. qui hanc atteſtatur re
ceptam eſſe ſententiam, quam
magis probarunt Angel. & Iaſſ.
nu. 25. l. certi condictio in princi
pio. ff. ſi cert. peta. Idem Iaſſ. di-
cta. l. ſi quis filium. num. 10. Paul.
conſi. 122. & Alex. conſi. 128. lib.
10. Balb. de præſcrip. 4. parte
quartæ partis. q. 23. refert plures
Tiraquell. l. ſi vnqꝫ verb. reuer-
tatur. nu. 312. C. de reuocand. do
nat. Hanc ſententiam, quæ Bar
toli opinioni aduerſatur eſſe re
ceptam traddit Hieronimns ve
rus. Repet. l. ex facto. ff. de vul-
gari. nu. 287. & . 311. & . 308. Men-
chaca de ſucceſsionum creatio-
ne lib. 3. §. 30. nu. 95. quibus argu
mentis quibuſqꝫ rationibus Bar
toli ſententia refellatur diffuſè
præcitati interpretes demõſtrãt
58 Ex his conſtat lapſum tempo
ris à iure dati repudiationis vim
habere, ergo qui intra annorũ
triginta interuallũ legatum nõ
petierit, à petione repelletur. ſed
hoc verum non eſt, vt oſtende-
mus: non enim præſtitutum eſt
à lege tempus, intra cuius termi
nos legatum petatur, vt falſò o-
pinatus eſt Menchaca, cum le-
gati petẽdi poteſtas non ſit ius,
ſed facultas, ergò ſemper pote-
rit petere, ꝙ autem ſit facultas
probatur, quià quando quis de
bet aliquid facere præcepto le-
gis, vt quæſitum ius tueatur, po
teſtas hæc faciendi non eſt ius,
ſed facultas, vt docet Bartolus
ab omnibus receptus in. l. vnica
nume. 4. ff. de condictio. ex lege
ſed legatarius anteqꝫ legatum
agnoſcat ius habet in re lega-
ta. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de
lega. 2. ergo vt ius hoc tueatur
irreuocabileqꝫ efficiat, debet
non repellere legatum. §. cum
ſeruus: hac de cauſa dicitur le-
gatarius agnoſcere legatũ, Ac-
curſius ſcholio fina. l. ei qui ita
hæreditatem. ff. de conditio. in-
ſtitut. agnitionem autem pro-
priè is habet, qui & ius habet:
vt notat Cõnanus lib. 10. cõmen
tari. iuriſciuilis. c. 5. nume. 7.
59 Ex quibus colligitur peten-
di legati poteſtatem non ius eſ-
ſe, ſed facultatem, facultatis au-
tem quæ ſunt, poteſt quis fa-
cere, dum voluerit, nec exclu-
ditur tempore. l. 2. ff. de via pu-
blica. Bart. in. l. 1. numero. 4.
ff. de condictio. ex lege. Cora-
ſius



ſius in. l. ſeruitutes. 4. §. ſeruitus.
mero nu. 7. ff. de ſeruit. Bal. no-
uel. l. cum filio. ff. de leg. 1. nu. 52.
omneſqꝫ paſsim. Ex quo appa-
ret primò certum temporis ſpa
cium, intra quod petatur lega-
tum à lege non eſſe diffinitum.
60 Secundò legatum longo tempo
re non poſſe hæredem ſibi ac-
quirere ex eo quod longiſsimo
tempore non agnouerit legata-
rius, nec iure probari Anchar-
rani ſententiam, ſed cõtrariam
eſſe iuris ciuilis Regulis. Huic
ſententiæ contradicit Vlpiani
reſponſum in. l. magis puto. §.
fundum. ff. de rebus eorum. qua
lege ſtatutum eſt legatum ante
agnitionem eſſe legatarij, pro-
ptereaqꝫ ſine prætoris authori-
tate non poteſt illud repudiare
pupillus, quià repudiando alie-
nat, alienareqꝫ prohitus eſt. Sed
quia huic ſententiæ aduerſatur
ipſe Vlpianus, qui ſecum diſsi-
dere videtur. l. qui autẽ. in prin
cipio. ff. quæ in fraudem credi.
negat enim repudiationẽ legati
eſſe alienationẽ, propterea age
mus de interpretatione vtriuſqꝫ
reſponſi, vt ſibi ipſi Vlpianus
conueniat, quod vt concinè fiat
quæſtionem proponam, quæ do
ctorum ingenia contorſit: ſcin-
duntur enim in ſtudia cõtraria,
defluit tamen ex repugnantia.
§. fundum cum. l. qui autem.
61 Quæri ſolet, vtrum prælatus
ſolus legatum eccleſiæ relictum
repudiare poſsit: & poſſe præla
tum repudiare ſcripſit glo. c. ſi
epiſcopũ. 16. q. 6. ait enim in ac-
quirẽdis poſſe prælatum nocere
eccleſiæ, idẽ probauit glo. fi. c. fi.
ead. quæſtione. Bernardus ſcho
lio. 3. c. 2. de donatio. hanc ſentẽ
tiam Ioãnis. d. c. ſi epiſcopum. di
xit ſing. Abb. c. 1. de in. integ. re-
ſtitutio. nu. 9. Idem Abb. c. verũ
nu. 3. de cõditio. appoſitis. idem
Abb. c. 1. nu. 12. de dolo. & contu
matia. Imola. c. vt ſuper de rebus
eccleſiæ Probus. c. 1. de integ. re
ſtitutio. lib. 6. nu. 18. Felin. c. cum
inter nu. 4. de re iudi. Iaſſ. l. is qui
hæres. §. nec filium ad fi. ff. de ac
qui. hæred. Pala. Rub. Rub. de
donatio. §. 47. col. 2. Lãbet. de iu
re patrò. lib. 3. arti. 9. q. 3. princi.
nu. 1. Rochus. c. fi. de cõſuet. nu.
268. Hipp. o ſingu. 194. Decius.
l. ſeruus. num. 9. c. de pact. Eue-
rar. loco. 58.
Ex his colligit Fredericus cõ
ſilio. 9. prælatum ſolum poſſe
repudiare quod eccleſiæ relictũ
ſit, quam opinionem approbat
Abb. c. 1. de in integ. reſti. idem
Abb. c. tua. nu. 9. de his quæ fiũt
à prælato. vbi Cardi. idẽ Abb.
in. c. contingit. 1. de ſenten. ex-
com. idem Abb. in. c. quoniam
de decimis. idem Abb. c. 1. nume
ro. 22. de dolo & contu. Imol. c.
nulli. nume. 11. de rebus eccleſiæ.
hanc opinionem cõmunem eſ-
ſe canoniſtarum traddit Are-
tin. l. is qui hæres. §. nec filius
ad finem. ff. de acqui. hæred.
ait qꝫ hanc opinionem forenſi
praxi probari: quam dicit eſſe
receptam canoniſtarum ſenten
tiam

tiam Albarot.c.vni.§.& iterum ſi clericus nu.19.de capit.corradi, idem probat Mathe.de afflictis ibi. nu.6. Præpoſitus. c. verum. nu.13. de foro cõpet. idem Præpoſitus.c.ſine exceptione in fine.12.q.2. hoc probant plures quos in vnum congeſsit Rebuffus in compẽdio alienationum fol.92.Cagnolus.l.non fraudantur.ff.de regu.iur. dicit communem ſententiam Iaſſ.l. legatum. 1.nu.19.ff. de legat.1. idem Iaſſ.l. ſi quis.§.filiꝰ nu.3. ff.quod quicq; iuris, Beroius. c.1. nu. 102. de in integ.reſtitu.Nauarus.c.ſi quãdo pagi. 16. de reſcript. Anto. Rubeus.conſi.11.nu.6. Ambroſius de opizonibus. l. filius fam. §.diui.nu.75. ff. de legat.1. Bernardus Diaz Reg.219. Sigiſmũdus.conſi.40.nu.25.inter conſilia feudalia. Natta. conſi. 441. nu.16. Martius deciſione.311. dicit communem Mẽchaca de ſucceſsionum creatione lib.3. §. 21. nu.254. Hoc colligunt ij patres ex ſententia gloſſarũ & ex.l.qui autẽ in principio.ff.quæ in fraudem creditorum.qua lege prohibetur debitor alienare bona ſua infraudem creditorum,& tamẽ repudiãdi legatum poteſtatem habet ea de cauſa, quia repudiare non eſt alienare, ſed verius non acquirere, ergò relictum eccleſiæ poterit repudiare prælatus, cum in quærendis poſsit eccleſiæ dãnum dare vt ſupra ſcriptum eſt. Omnis enim alienatio quæ fieret infraudem creditorum, eſt prohibita.l.1.§. final.ff. quæ infraudem credit.& tamen non prohibetur repudiatio legati.l.qui autem: ergò repudiatio legati non eſt alienatio.

62 Contrariam ſententiam, vt ſine cõſenſu capituli prælatus repudiare non poſsit, quod eccleſiæ legatum ſit, defendit Bal l.cõtra iuris.§.1.ff.de pact.idem probat Paul.l.legatum.1.nu.4.ff.de legat.1. qui ait contrarium conſuluiſſe Fredericũ, ſed malè, quia conſuluit contra. §. fundum. & hanc opinionem contrariã ſentẽtiæ Frederici dicit crebrius receptã eſſe Alex. l.legatũ.1. nu.2. ſupra alleg. congeſsitq; plures doctores approbantes hanc ſentẽtiam. Ex quo colligitur in cautè ſcripſiſſe Iaſſ.l. legatum.1. nu. 16.errore ductum Alexandrum exiſtimaſſe hanc eſſe cõmunem opinionem, quam aduerſus Fredericum approbat Barba. c. vt ſuper de rebus eccleſiæ.Socinus Reg.100. fallen.9. qui huius ſententiæ plures aſſeclas refert. & in hanc partẽ inclinat Beroius. c.1.de reſtitu.in integ.nu.115. & Felinus.c.contingit.1.num.5. de ſententia excõmu.quamuis perperam in contrarium allegetur à quibuſdam. Hanc opinionem cõtra Fredericum approbat ſiluanus.conſ.25.nu.32.lib.1.hanc atteſtatur eſſe communem additionator Socini.l.legatum.1.nu. 25.Lãber.de iure patrona.lib.3 quæſ.24. princi. articulo .9. in num. 1. Menchaca de ſucceſsio. creatio.lib.3.§.21.nu.254.Anto. Gomez lib. 1. de contractibus. c.14.nu.13.huic accedit Pinelus. l.1.C. de bonis Mater. 3. parte. nu.103. aitq; ſententiam Frederici malè à doctoribus receptã eſſe. huius ſententiæ partes defendit.§.fundum. qua lege docemur legati alienationem eſſe repudiationem. Sed in alienatione rei immobilis capituli cõſenſus requiritur: ꝙ ſi alienationi capitulum non conſentiat, efficax non erit alienatio.c.1.c.2.de rebus eccleſiæ lib. 6. ergo & in legato repellẽdo capituli requiritur conſenſus, ipſeq; prælatus ſine capitulo quod eccleſiæ legatum ſit, non repellet.& huic. §. fundum Fredericus non reſpõdet, perpendit Abb.c.tua in fine de his quæ fiunt à prælato. Hæc in vtrãq; partem collecta ſunt vt diiudicari poſsit quam deſidant.textus.§.fundum. &.l. qui autem.

63 Ipſe Frederici ſententiam magis probo, qui exiſtimo alienationem legati non eſſe repudiationem, quod depromitur ex.l. qui autẽ in principio.Opus autem & labor eſt intẽtionem Vlpiani aperire in dicto.§. fundũ. vnde multi multifariam interpretantur.

Primò Abb.c.tua de his quæ fiunt à prælato. num.9. ait ꝙ.§. fundum.agit de pupillo, qui bonorum adminiſtrationem non habet, at Fredericus de prælato agit, qui eccleſiæ in ijs, quæquæſita non ſunt, poteſt nocere. c. quoniam.decimis. & ſupra poſuimus. hanc interpretationem refellit Ioann.Imol. c.tua de his quæ fiunt à prælato. duplici argumento: Primò quia ſi propterea pupillus repudiare legatum non poteſt, quia bonorum adminiſtrationẽ non habet, conſequens eſt, vt tutore autore repudiare poſsit, quod negat Vlpianus in.§.fundum.

64 Secundò quia Vlpianus dicto.§.fundum. docet quare non poſsit pupillus repudiare legatum ſine prætoris Autoritate, ex eo ſcilicet, quia repudiatio legati eſt alienatio, quæ ratio obtinet in prælato: ergo non eſt cõſtituendum diſcrimẽ inter prælatum & pupillum cum tutore. Hunc in modum Abbatis ſententiam refellit Imola cuius opinioni adhæret Iaſſon.l.legatum. 1. nu.18. & Socinus numero. 2. ff.de legat.1.

Secundò modo explicat Socinus in.l.legatum.1.num.2. qui ait ꝙ non licet inferre de poteſtate tutoris ad prælati poteſtatem, cum ſit prælati poteſtas maior poteſtate tutoris. Vnde non ſequitur quod proptera prælatus non poſsit repudiare quod eccleſiæ legatũ eſt, quia pupillus tutore autore repudiare non poteſt quod ipſi pupillo eſt legatũ: quia prælati poteſtas maior eſt poteſtate tutoris. Ioãnes ſcholio.1.c. fin.5. q.3. quod dicit notatu dignum Abb. c.qualiter.2.

numer.25.de accuſat. Fel.inibi. nume.8. idem Felin. c. cum deputati.numero.10. de iud. Probus.c.licet.1.numer.16. depræb. lib. 6. Lambert. de iure patro. lib. 3. q. 2. articulo.9. Barb. de præſtantia Cardi. q. 5. baſilica. Bernardus Diaz Reg.219. incipit eccleſia fungitur. 14. ſimilitudine. Rebuffus in inquiridio iudicum eccleſiaſticorum fol.12.

*Aduerſus Socinum.*

Hoc quod ſuppoſuit Socinus non obtinet in propoſita quæſtione, quæ in alienatione conſiſtit: cum in alienando par ſit prælati tutoriſq; poteſtas.l. iubemus nulli in principio. C. de ſacroſan. eccle. Auth. de eccleſiaſticis.titulis. §. fina.notat Bernar.in.c.auditis. de reſtitutione in integrum. Bart. l. ſi procurator.§.final. ff. de iure fiſci.

*Aduerſus Boerium.*

Nec par eſt vtriusq; poteſtas propterea, quia prælatus donare poteſt, cum hoc liceat ſi, modicum ſit quod datur:cum ius donandi rem exiguam cõſuetudine inſtroductum ſit glo.c.2.de donat. c.cæterum inibiq; doctores notant de donat.

65 Tertiò interpretatur Corneus conſilio. 32. nume.11. lib.1. qui ait quod ſicut qui repudiat hæreditatem non dicitur alienare.l. alienationis verbo. ff. de verb. ſig. ita qui repudiat legatum.l. qui autẽ. ff. quæ infraud. cred. Ex quibus colligitur repudiationem legati verè ac propiè non eſſe alienationem, ſed in propriè & fictè: quod negat Vlpianus in.§.fundum.illis verbis (eſſe enim & hanc alienationem) cum verbum eſſe veritatem ſignificet nõ fictionẽ. Bart. l.ſi maritus.§. legis.ff.de adulterijs Ex quo ſequitur errore lapſum cagnolũ in.l. nõ fraudatur. ff.de regu.iuris. dixiſſe repudiationem legati eſſe alienationem impropriam. )(

66 Quartò declarat Beroius.c.1. de reſtitu.in integ.numero.107. qui deſidentia interſe Vlpiani reſponſa hunc in modum componit, ꝙ. §. fundum.agat delegato,quod legatario debetur ex quo die adita eſt hæreditas.

)( Hæc autem interpretatio non diluit difficultatem & nodum, quià quamuis neceſſum ſit, vt legatum valeat, ꝙ hæreditas adeatur.l.ſi nemo. ff. de teſta. tut.l.3. ff.de leg.1. aditione tamen hæreditatis non quæritur legatario dominium rei quæ legata eſt. l. ſi tibi homo.§.cum ſeruus. ff. de leg.1. igitur vt legatum legatarij eſſe dicatur in ſpecie.§.fundum. nihil facit, quod debeatur à die aditæ hæreditatis.

67 Quintò interpretatur Præpoſitus. c. ſine exceptione. 12. q. 2. num.17. in fine. qui magis componit inuicem ſibi aduerſantes ſentẽtias doctorum, ꝙ in vnam conſonantiam Vlpiani oppoſita reſponſa iungat. probat Rebuffus, & ante tradiderat Capra in.c.tua.cui & alij doctores adhærent dicentes, ꝙ prælatus ſine capitulo vel capitulum ſine



prælato, quod eccleſiæ legatum eſt repudiare non poſsit, & de hac ſpecie agit. §. fundum. Baldus Ancharranus & reliqui, qui ſunt in eorum partibus, aut prælatus cum capitulo repudiat, & repudiare poteſt ſine conſenſu ſuperioris, & in hac facti ſpecie obtinet ſententia Frederici.

)( Hæc explicatio non vndiq; concludit: finge eccleſiam non habere capitulũ ſed ſolum Abbatem, quæſtionis eſt num ſolus Abbas ſine epiſcopo repudiare poſsit: deinde vis quæſtionis in eo cardine verſatur an ſicut in pupillo prætoris autoritas neceſſaria eſt: exigatur ſimili modo epiſcopi autoritas in eccleſia, ex quo colligitur extra cauſam oraſſe Præpoſitum.

68 Sextò conciliat Paul. caſt. cõſilio. 172. lib. 1. qui ait ꝙ in ſpecie.§.fundum, fuit legatum quæſitum reuocabiliter, innitebatur enim in nuda voluntate legantis, quam ob cauſam repudiatio legati dicitur eſſe alienatio. Mihi videtur Paulum id mẽte concepiſſe quamuis dilucidius ad nos non pertulerit, ꝙ in ſpecie.§. fundum.repudiatio legati dicitur alienatio minus propria, non enim propria eſt niſi is qui alienat rem, dominiũ irrebocabiliter nactus ſit.l.2.C. de reb. alien. no alien. qua lege docemur maritos dotales res alienare non poſſe, quod ſi alienent, in efficax eſt alienatio, at dotalis rei dominium, dum matrimonium conſtat, in maritum tranſit. l. doce ancillam. C. de rei vendica: vnde colligitur alienationem in ſpecie. §. fundum. impropriam eſſe: quod approbat Siluanus conſilio. 25. lib. 1. Sed ꝙ propria alienatio ſit in ſpecie. § . fundum . docent illa verba (eſſe enim & hanc alienationem) verbum eſſe propriè & verè non fictè ſignificat, vt ſupra poſui: ergo alienatio vera eſt, ac efficax in ſpecie.§. fundum.

*Aduerſus prepoſitũ*

69 Septimò explicat Lambertinus in tracta. iuris Patronat. lib. 3. q. 2. principali articulo. 9. numero.17.& numero.18. dicẽs ꝙ propterea quia prælatus eccleſiæ dãnum inferre poteſt in his, quæ quærenda ſunt, poteſt repudiare quod eccleſiæ legatum eſt: cum rei legatæ dominium iure quodam ſpeciali ac reuocabiliter ſit quæſitum ante agnitionem, qua de cauſa repudiatio non eſt vera ac propria alinatio, at pupillus repudiare legatum non poteſt in conſulto prætore, quià non tantum parta alienare non poteſt, verum etiam quæ quæſita nõ ſunt, ſed quæri poſſunt. Sed hoc eſt diſcrimen conſtituere inter prælatum & tutorem cum in alienando inter vtrumq; diſcrimen non ſit, vt ante traddidi: nec cõponit Lambertinus. §.fundum. cum.l.qui autem.

70 Octauò explicat Alciat. l. alienationis. ff. de verb. ſignifi.

verſi. non intelligitur, ait enim
ꝙ legata ipſo iure in legatarij
dominium tranſeunt: vnde ſi re
pudiat dominium ſibi iam quæ
ſitum abſe abdicat, meritò alie
nare intelligitur: quæ eſt ſen-
tentia. §. fundum. Edicto tamen
quo prætor in fraudem credi-
torum geſta reuocat, non com-
prehenditur qui legatum repu-
diat, quoniam alienationis ver
bo prætor vſus non eſt, ſed ſim
pliciter non permittit frauda-
tionem, quæ minimè interueniſ
ſe videtur in eo, qui repudiat,
quod ex relinquentis intentio-
ne ei permiſſum eſt, cuius pote-
ſtati conceſsit vt acciperet vel
repelleret: nec enim hoc egit te-
ſtator vt creditoribus prodeſſet.

Interpre-
tatio noua

Ex his primum noto Alcia-
tum ex. §. fundum, generale the
ma collegiſſe: vt alienare exiſti-
metur is, qui legatum repudiat,
ſed hoc nemo doctus probabit,
quià alienatio rei reuocabiliter
quæſitæ infirma eſt, vt paulò an
te poſui, nec tale fuit Vlpiani
propoſitum in. §. fundum. Sed
l. qui autem vim ac poteſtatem
verè tenuit Alciatus dicens, in
edicto illo prætorem non pro-
hibuiſſe alienationem, ſed frau-
dationem, quod dilucidè demō
ſtrant edicti verba, quæ poſuit
Vlpianus. l. 1. in principio. ff.
quæ in fraudē creditorum. vn-
de difficultas in eo ſtat, ꝙ in. §.
fundum. dicatur repudiatio le-
gati alienatio; quod vt decla-
71 rem ſuppono: Seuerum Impe-
ratorem aduerſus tutorum cu-
ratorũq; calliditatem & captio
nes pupillis conſuluiſſe, ne dam
no afficerentur. l. magis. §. in
primis. ff. de rebus eorum, at
dubium non eſt, quim damno
afficiatur minor ſi parta non tu
eatur: nec non ſi lucra non ca-
piat. l. final. C. de codicillis. l.
non omnia. ff. de minorib. hac
de cauſa Seuerus Imperator mi
norum infirmo conſilio conſu-
lens decreuit, ne incōſulto præ-
tore minorum bona alienētur.
prohibuitq; alienationem non
tantum rerum, quarum domi-
nium eis irreuocabiliter eſſet
quæſitum. l. 1. ff. de reb. eorum.
ſed earum rerum, quarum do-
minium eſſet reuocabile. l. ma-
gis puto in principio. Hac de
cauſa in dicto. §. fundum. dicit
Vlpianus repudiationem lega
ti eſſe alienationem, quoniam
res erat pupilli, quià agitur in
titulo illo de prohibenda alie-
natione rei quæſitæ etiam reuo
cabiliter: cumq; legatum, ex
quo die adita eſt hæreditas, quæ
ſitum ſit legatario. l. cum pater
§. ſurdo. reuocabiliter quidem.
l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. di-
cit Vlpianus legati repudiatio-
nem eſſe alienationē iuxta ora-
tionem Seueri Imperatoris ac
iuxta thema propoſitum in ti-
tulo de rebus eorum. Qua inter
pretatione aptiſsimè compo-
nuntur Vlpiani interſe diſiden
tia reſponſa, conſtatq;. §. fun-
dum. Frederici opinioni non
aduer



aduerſari, quæ crebrius à docto
ribus approbatur, prælatumq;
poſſe repudiare quod eccleſiæ
72 legatum eſt. Sed hoc ita accipi
opportet, vt eccleſiæ ad idquod
intereſt teneatur prælatus, qui
legatum repudiauerit. glo. aut
neglectum. c. final. 12. q. 4. Abb.
c. 1. de reſtitutione in integ. nu-
mero. 8. Peralta. l. titia. §. ſi ea.
numero. 5. ff. de lega. 2. l. quic-
quid. C. arbit. tutellæ. qua lege
pupillo tenetur tutor ad idquod
intereſt, ex eo ꝙ non acquiſie-
rit pupillo, cum acquirere po-
tuiſſet: pari igitur ratione præ-
latus tenebitur, cum de tutore
ad prælatum in hac ſpecie li-
73 ceat procedere. Eſt etiam ſub-
notandum, eccleſiam aduerſus
factũ prælati repudiantis lega
tũ reſtituēdã eſſe glo. reſtituimꝰ
in. c. auditis de reſtitutione in in
teg. argu. l. ait prætor. §. fin. l. nō
omnia. ff. de minorib. quæ leges
ſubueniũt minori, qui quod ac-
quirere potuit emolumētũ ami-
ſit: ergò eccleſiæ ſuccurrunt,
quià eccleſiæ & minoris par eſt
conditio in auxilio reſtitutio-
nis. c. 1. de reſtit. in integ. Abb.
in. c. auditis. docet in propoſi-
ta facti ſpecie reſtituendam ec-
cleſiam. idem Abb. c. conſtitu-
tus notab. 6. de in integ. reſt.
idem probat Pala. Rubios in
Rub. de donatio. §. 47. numero.
12. qui ait hoc eſſe tenendum mē
ti, quià non reperit tactum ab
aliquo. Huic ſententiæ ad hæ-
ret Bernard. Diaz ibi in addi-
tione. Colligitur hæc concluſio
ex. l. final. titulo final. part. 6. vn
de conſtat eccleſiam duplici iu-
re ſe poſſe tueri, poteſt enim ec
cleſia aduerſus prælatum age-
re ad id quod intereſt: poteſt
etiam reſtitutionem petere ad-
uerſus emolumentum omiſſum
à prælato. Nec ꝙ propoſita in
prælatum actione experiatur,
amittit recurſum ad iudicis of-
ficium. l. etiam. 2. C. ſi tutor vel
curator interuenerit. notat Gre
gorius. l. 2. titul. fina. part. 6. ſcho
lio de ſu guardador. Ex quibus
conſtat, (vt diffuſè diſputata in
compendium reducamus,) lega
tum non poſſe hæredem longo
tempore capere. Item præla-
tum repudiare poſſe quod eccle
ſiæ legatum ſit.

74 Decimum octauum priuile-
gium quod ius ciuile alimento-
rum cauſæ indulget illud eſt,
quod ſi ex regionis conſuetudi
ne functiones fiſco præſtentur
ex rebus, quas quis poſsidet, vt
moris eſt in omni principatu
Caſtellano, ſi alicui alimenta le
gata ſint, non contribuet in tri-
buta ob eas res, exquibus ha-
bere debet alimenta: ſed is, qui
daturus eſt alimenta, functio-
nem præſtabit: cum rerum do-
minus ſit, exquibus præſtat ali
menta, vti traddidit Bart. in. l.
1. numero. 5. ff. de aliment. &
cib. leg. argumento. l. cum im-
plures. §. vehiculum. ff. locati.
Hanc ſententiam fulcit. l. 1. C.
de eroga. milita. anno. lib. 10.

quæ tamen nihil ad rem facit.
hanc Bartoli ſententiam appro
barunt Ioann. Imol. & Anchar-
ra. numero. 7. in. c. indicante de
teſtamentis. Sed hanc opinio-
nem frangit Vlpianus in. l. ſi
pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff.
de vſu fructu: qua lege fructua-
rius tenetur functiones fiſco præ
ſtare. Vnde modum alimento-
rum perpẽdere debemus. Vt ſi
quidem demonſtrati fundi fru-
ctus legãtur in alimenta, ex qui
bus poteſt ea fructuarius per-
cipere, & functiones fiſco præ-
ſtare, ipſe præſtabit argumen-
to. dicti. §. ſiquid cloclarij. Sed
ſi alimenta tantum legata ſint,
cum ali debeat legatarius, fun-
ctiones non præſtabit, cum eæ
*Aduerſus Bal.* ex alimentis detrahendæ ſint,
quæ integra legata ſunt: eaq; ha
bere alimentarius debet. l. qui
concubinam. §. qui hortos. ff.
de legat. 3.

75 Vtrum autem hæc priuile-
gia cenſeantur concesſa alimen
torum cauſæ, quæ diuiti relicta
ſunt, traddit Alexan. l. diui. nu
mero. 4. ff. ad. leg. falcid. qua
de re ſupraſcripſimus in quar-
to priuilegio. Eſt tamen notan-
dum ꝙ licet infinita priuilegia
alimẽtorum cauſæ indulta ſint,
non tamen ex eo quòd cauſa a-
limentorum ſit, præſumitur præ
cipua & ſumma, vt ſemper pri
uilegijs frui debeat, niſi in caſi-
bus à iure concesſis. hæc eſt ſen
tentia Hieronimi Grati conſil.
69. numero fina. lib. 2. Sed licet
hæc vera ſint, in dubijs quæſtio-
nibus pro alimentis præſtan-
dis iudicandum eſt. l. ſed & ſi
is. ff. de carboni. edicto illis ver
bis (nec mirum debet videri hæ
reditatem propter alimenta mi
nui eius, quem fortaſſe iudica-
bitur filium non eſſe: cum om-
nium edictis venter in poſſeſsio
nem mittatur, & alimenta mu-
lieri præſtentur propter eum,
qui poteſt naſci, & cura maior
adhiberi debeat, ne fame pe-
reat filius, q; ne minor hæredi-
tas ad petitorem perueniat ſi
apparuerit filium non eſſe) le-
gem hanc pro hac ſententia no
tat Forcatulus in libro qui in
ſcribitur penus iuris ciuilis. c.
fina. pag. 2.

76 Ex his, quæ de alimentorum
priuilegijs ſcripta ſunt, colligi-
tur defendi non poſſe ſenten-
tiam Bal. in. l. voluntatis. nume
ro. 4. & numero. 5. C. de fidei
commiſsis, qui ait, ꝙ ſi legata
ſint alimenta, quià legatum hoc
taxari debet iudicis arbitrio,
præſtariq; de redditibus patri-
monij, ꝙ hoc arbitrium vide-
tur in eſſe ipſi legato, ac ſi eſſet
declaratum. Vnde nihil refert,
conficiat hæres inuentariũ nec
ne, quià qualitas legati non mu
tatur ex eo, ꝙ factum ſit inuen-
tarium, vel non ſit confectum,
nec hac de cauſa debetur plus
vel minus. Huic opinioni ac-
ceſſere Cumanus conſilio. 30.
coluna. 2. Ioann. de Amicis con
ſilio. 56. numero. 4 Martins de
ciſione



ciſione. 323. numero. 1. Sed hæc
opinio non eſt vndiq; ſecura &
certa: finge vniuerſum patri-
monium teſtatoris in ſupellecti-
li conſiſtere, pluribusq; alimen
ta relinquere, adæratur ſupel-
lex, vt ex pecuniæ redditibus a-
limenta præſtentur, quamuis
certa ſit quantitas, quæ hoc le-
gato continetur, ſi tamen hæ-
res non cõfecerit inuentarium,
nec pecuniæ acceſsiones alimẽ-
tis ſufficiant, cogetur quod de
eſt præſtare hæres, propterea
quia non confecerit inuenta-
rium, inſolidumq; conuenietur
argumento l. final. §. ſin autem.
C. de iure delib. quæ maximè ob
tinere debent alimentorum fa-
uore, cum legatum hoc pium
ſit.

77 Secundò colligitur ex hoc. §.
ꝙ auus maternus compellitur
exhibere nepotes ſpurios ex fi
lia procreatos, qua de re latius
alibi dicitur in. §. idem reſcripſit
infra eod. Auus autem Pater-
nus alere non tenetur nepotes
ſpurios: vt ibi ſcripſimus. l. 5. ti
tulo. 19. part. 4.

Vtrum autem pater cogatur
filios ſpurios alere traddidimus.
78 Sed an ſpurius patrem alere te-
neatur quæſtionis eſt, & non te
neri lege duo decim tabularum
ſancitum eſt, è meretrice na-
tus, inquit lex; patrem non ali-
to: quæ relata eſt in libro. 2. hi-
ſtoriæ iuris ciuilis. Idem cautum
79 erat lege Solonis, vt Plutarchus
author eſt in Solonis vita. Huic
conſtitutioni doctores rationes
plures adducunt: prima eſt, quià
ſpurius patris odio plectitur,
cũ naſci ex adulterio patris cri-
men ſit non filij. c. naſci ex adul
terio. 56. diſtinctione. traddit
Alexan. conſilio. 202. numero. 3.
lib. 6. Bertrandus conſilio. 169.
numero. 3. lib. 2. Hinc dicit Ay-
mon conſilio. 137. numero. 2. ꝙ
non valeret ſtatutum vt ſpurij
ſuccederent in bona parentum
quamuis optimo iure valeret vt
in eorum bona alij ſuccedant.
Hæc ratio ꝙ ſpurius patris cri-
mine arceatur à ſucceſsione pa
terna depromitur ex. l. fin. C. de
natura. lib. & ex. l. legem. C. eod.
titul. traddit Ruynus conſilio.
69. numero. 11. lib. 3.

Eſt enim hæc viua & ſubtilis
ratio, quià ſi ſpurius filius patri
ſuccedere prohibitus eſt ob pa
tris crimen, cum filius ſit inno-
xius & innocens, fortiori ratio-
ne debet pater prohibitus iudi
cari, omnis enim cauſa impe-
diens fortior eſt in impediendo
primam & immediatam perſo-
nam, q; vlteriores. argumento
Auth. multò magis. C. de ſacro
ſanctis eccleſijs. l. videamus. ff.
quod metus. cauſ. hæc traddidit
Bal. in. l. 1. C. de ſacro ſanct. ec-
80 cle. numero. 27.

Secundam rationem adducit
Paleotus de nothis ſpurijsq; fi-
lijs. c. 46. numero. 1. qui ait pro-
pterea patrem alendũ non eſſe
à filio ſpurio, quià cum volupta
ti pater operã det non procrea


tioni

tioni, iuſtum eſt careat fructu
hoc, & iure patris. Hanc opi-
nionem, quæ habet, ꝙ ſpurius
filius patrem alere non cogi-
tur, defendit Azo in ſumma.
C. de legit. hæred. numero fina.
Bart. l. final. ff. de his quibus
vt indignis. numero. 5. Bald. in
auth. licet. C. de natura. lib. nu-
mero. 3. idem Bald. in. l. 1. C. de
ſacro ſanct. eccleſi. numero. 27.
ſequitur Ludouicus de Sardis
in tracta. de legitimatione. §. de
obligatione inter patrem & fi-
lium. numero. 4. Bertrandus cō
ſilio. 290. numero. 20. lib. 3. trad
dit Alexan. in. l. quià ſemper.
ff. de inius. vocand. legem ꝙ
illam interpretatur vnà cum. l.
2. ff. illo titu. numero. 13. Anto.
Gomez in. l. 10. Tauri. numero.
45. & ibi Tellio nu. 25. Andreas
de beſetis in. l. 1. C. de ſacro ſan
ctis eccleſijs. num. 111. huius opi-
nionis partes defendit. l. bona
fides. ff. depoſiti: quæ ſtatuit vt
malefici egeſtate laborent.

Itē huic opinioni fauet dictio
nis etymus, nam ſpurius dicitur
quaſi ſine patre, ergò patrem
non alet, cum patrem non ha-
beat, non enim filius eſt, qui ex
tra matrimonij iura procreatus
eſt, argumento. l. 1. §. ius natura
81 le. ff. de iuſt. & iure. vbi iure con
ſultus eam coniunctionem dicit
eſſe iuris naturæ, quam nos ma-
trimoniū appellamus, inter be-
ſtias ſimplex eſt coniunctio, in-
ter homines verò matrimoniū,
ex hac matrimoniali cōiunctio-
ne ſuſceptos liberos patres edu
cant. Hæc Vlpiani ſententia
quamuis ethnici & impij in ſer
uatoris ieſu fidē, cōſonat verita
ti chriſtianæ, qua docemur in
paradiſo delitiarum inſtitutum
fuiſſe matrimonium, primosꝗ
parentes matrimonij iure con-
greſſos eſſe. Geneſis. c. 2. Eſdræ.
c. 3. quod ſcribitur in. c. debitum
de bigamis. vnde apparet non
eſſe filium ſecundum naturam,
niſi qui ligitimus ſit, cuius parē-
tes fide matrimonij ſe inuicem
82 miſcuerunt. Quamuis in hoc ar
ticulo diuerſa ſit iure conſulto-
rum ſententia. l. vxorem. §. pa-
ter. ff. de legat. 3. Priſci etenim vi
ri, qui Philoſophiæ ſtudebant
varia in hoc traddidere: alij
quippè exiſtimarunt principio
creati orbis homines ſine iure le
geꝗ matrimonij ferarum more
corpora interſe miſcuiſſe. Cice-
ro. lib. 1. de inuentione poſt prin
cipium (nam fuit quodam tem-
pus cū in agris homines paſſim
beſtiarum more vagabantur,
& ſibi victu ferino vitam pro
pagabant: nec ratione animi
quicquam ſed pleraꝗ viribus
corporis adminiſtrabant: non
dum diuinæ religionis, non hu-
mani oficij ratio colebatur: ne
mo legitimas viderat nup-
tias, non certos quiſquam in-
ſpexerat liberos.) alij authores
primos parentes iuſtas legiti-
masꝗ nuptias vidiſſe memoriæ
prodiderunt, vt ſcripſimus in. §.
non tantum. numero. 58. huius

re i



rei meminit Pinelus in Rub. C.
de reſcindē. vēd. 1. parte. nu. 20.
83 Contrariam ſententiam, vt
ſpurius filius patrem alere co-
gatur authores magni nominis
defendunt perpenſa iuris pon
tificij deciſione: qua ſtatutum
eſt patrem cogendum eſſe ſpu-
rio filio alimenta ſubminiſtra-
re. c. cum haberet, de eo qui du-
xit in matrimonium: in permiſ-
ſis autem & prohibitis pareſt
patris & filij cōditio Bal. Auth.
licet. numero. 3. C. de naturali-
bus lib. hinc fiet, ꝙ ſi iure cano
nico pater cogatur filium ſpu-
rium alere, ꝙ eadem ratione &
filius patrem alere cogetur, in
hac ſententia fuit Fortunius in
l. 1. §. ius naturale. numero. 105.
ff. de iuſt. & iure. Bald. de Bar-
tolinis in. l. 1. ff. ſolut. matrim.
numero. 144. Caſtillus in. l. 10.
Taur. parte. en caſo. Capitius
deciſione. 163. numero. 4. Do-
minus Couarrub. de matrimo-
nio. 2. parte. c. 8. §. 6. numero. 5.
Gregorius ſcholio penul. in. l.
5. titulo. 19. part. 4. poſt. Bald.
nouel. de dote. folio. 13. Alexan.
ad Bald. auth. ex complexu. le-
ctu. 1. C. de inceſtis nupti. Hanc
ſententiam fulcit. l. parentes. ff.
de inius vocan. illis verbis (vna
eſt omnibus parentibus ſeruan
da reuerentia) ex quibus appa-
ret filio patris perſonam ſan-
ctam ac religioſam videri de-
bere, vt patri honorem & re-
uerentiam exhibeat. l. libero
& filio. ff. de obſequijs: æqua-
ꝙ lance alimenta præſtabit ſi
ad egeſtatem pater deductus
ſit: licet maleficus ſit & impius
pater tamen eſt. Auth. de in-
ceſtis nuptijs. §. ſi verò contige-
rit. Item cum iure canonico ſta-
tutum ſit, vt ſpurium filium pa-
ter alat, receperitꝗ à patre a-
limenta filius, conſequens eſt
& æquum, vt reponat filius, ac
patrem alat: cui adantidora o-
bligatione aſtrictus eſt. l. ſed &
ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit.
hæredi. Nec obſtat ꝙ filius
non poſſit in patris opes ſuc-
cedere, quià non inde ſequitur,
ꝙ alere non tenetur, quamuis
non ſuccedat in bona patris,
alitur tamen à patre: vnde &
ipſe patrem alet, ꝙ ſpurius hæ-
res eſſe nequeat, ipſius patris
odio introductum eſt. l. final. C.
de natu. lib. quod fit vt in hoc
pater torqueatur, vti ait Bald.
in. l. duodecim tabularum. C.
84 de leg. hæred. ſequitur Guiller-
mus in. c. rainuntius. Verb. &
vxorem nomine adalaſiam. nu
mero. 122. de teſtamentis, trad-
dit Dominus Couarrubias di-
cto. §. 6. numero. 5. qui Solonis
legem refelit, ac frangit. Hæc
autem alimenta vtrum pro di-
gnitate patris conſtituēda ſint,
an verò debeant eſſe naturalia
tantum, quæſtionis eſt, & na-
turalia cōſtitui debere, ideſt ea,
quæ ad vitā tuendā ſunt neceſſa
ria, ſine quibus corpus ſuſtineri
non poſſet, author eſt Petrus be
nintendus deciſione. 22. nu. 8.

Contra

Contrariam tamen ſenten-
tiam vt pro dignitate conſti-
tuenda ſint alimenta, defendit
Tellius in. l. 10. Tauri. nume-
ro. 25.
Ego autem ſcio æqualem in hoc
articulo eſſe debere patris & fi-
lij conditionem, ſunt enim vtri
cꝫ pari formiter præſtãda, quæ
enim pater filio ſpurio præſta-
re tenetur, eadem ſpurius filius
præbere patri debet. l. 8. titu. 13.
part. 6. filio extra quintam pa-
ter dare non poteſt, vt alatur,
ergò nec filius patri vltra eam
dare poterit.
86 Tertiò colligitur ex hoc. §. ꝙ
filij, etiam ſi vulgò quæſiti ſint,
tenentur alere matrem, notat
Accurſius hic ſcholio vulgò quæ
ſitos per auth. quibus modis na
tur. effi. ſui. §. opportet &. §. ſi
quis habens. collatio. 6. & l. fin.
C. de alend. lib. l. 1. & 2. C. eod.
87 titulo. l. 8. titu. 13. part. 6. Vtrum
autem filius matrem dotare co-
gendus ſit, quæri ſolet: & non te
neri filium pro matre nubente
dotem dare docet Vlpianus in
l. 1. §. de ſeruis verſiculo præte-
rea. ff. de tutellis & ratio. dis. illis
verbis (ſed ſi munus nuptiale
matri pupilli miſerit non eum
pupillo imputaturũ, labeo ſcri-
bit: nec enim perꝗ neceſſaria
eſt iſta numeratio) hanc legem
pro hac ſentẽtia notant Batr. &
Bald. ibi. numero. 1. Idem Bal.
l. vnica. in fine. C. de inoffici.
dotibus.
Secundò huic opinioni fa-
uet. l. tutor ſecundum dignita-
tem. §. final. ff. de adminis. tuto
rum illis verbis (ſed nec nuptia
le munus matri pupilli, vel ſoro
ri mittere debet.)
Tertiò fauet Auth. de nuptijs.
§. ſoluto collatio. 4. illis verbis
(& non procreatam ſobolem
ſequentibus matrimonijs forſi-
tam contriſtare.) Quartò hanc
opinionem fulcit auth. de non
eligendo ſecundò nubentes. §.
proſpeximus itaqꝫ colla. 1. illis
verbis (& nullam eſſe licentiam
matri alios quidem filiorum eli
gere, alios autem ex honorare:
quoniam omnibus ſimul ſecun-
dis nuptijs fecit iniuriam) & di
cto. §. proſpeximus, nemo au-
tem cogitur ad iniuriam ſuam
conferre Angel. l. 1. ff. de tute.
& ratio diſtra. per. l. qui accu-
ſare. C. de edendo. l. nimis gra-
ue. C. de teſtibus. c. 1. de proba.
pro hac parte notat Dominus
Couarrub. de matrimonio. 2.
parte. c. 3. §. 9. numero. 11. qui
refert Plutharcum in problem.
Roma. problemate. 105. dicen-
tem fædum eſſe viduis multis
præſentibus nubere, eſt enim
honeſtum à ſecundis nuptijs ab
ſtinere. c. final. 31. q. 1. l. hæc con-
ditio. ff. de cond. & demonſtra-
tio. Hinc dicunt Angel. & Ale-
xan. l. mulier. §. cum proponere
tur. ff. ad trebell. ꝙ ſi filius lega-
tum matri reliquerit, ſi caſtè vi-
88 xerit: perdet illud, ſi ſecundò nũ
pſerit. quæ ſententia cõtra Bar-
tolum ibi crebrius recepta eſt,
vt trad-



vt traddit Claudius in. §. cũ pro
poneretur, quod multi atteſtan
tur vti Dominus Couarrub. ait
dicto. §. 9. numer. 12. his rationi
bus innituntur doctores vt af-
firment filium non teneri do-
tem pro matre ſecundò nuben-
te dare. vt Bart. & Bal. traddi-
dere. l. 1. §. præterea. ff. de tu-
tellis & ratio. diſtra. ſequitur
Romanus in conſilio. 413. Ale-
xan. in. l. à filia. numero. 8. ff.
ad trebellia. idem Alexan. in.
l. 1. ff. ſolut. matri. numero. 21.
& ibi Aretin. numero. 7. vbi
Franciſcus Ripa. numero. 82.
atteſtatur hanc opinionem cõ-
muniter approbari, cui acce-
dit Ioann. Crotus ibi numero.
89. ſequitur Decius in. l. ſi cer-
tis annis numero. 9. C. de pactis.
Paul. de montepico Repetitio
ne. l. in quartam. ff. ad. leg. fal-
cid. numero. 198. ſequitur Ioan
à Garronibus Repetitione Ru-
bricæ. C. de ſecundis nuptijs.
numero. 83. Iaſſ. in auth. res quæ
numero. 9. C. commu. de leg. &
ibi Dominus Anton. Padilla.
numero. 67. Ioann. Luppus in.
c. per veſtras de donatio. inter
virum & vxorem not. 3. §. 20.
numero. 6. &. §. 22. numero. 1.
Corraſius in. l. qui liberos. nu-
mero. 113. ff. de ritu. nupti. Tira
quell. tractatu de iure primoge-
niorum. q. 69. numero. 5. trad-
dit Baetius tractatu de non me
liorandis filiabus. c. 12. numero.
46. Siluanus conſilio. 2. numer.
26. lib. 1. Tellius in. l. 10. Tauri
numero. 25. Baetius autem con
tra nititur exiſtimans filium do
tare teneri matrem, ne luxurio-
ſe viuat cum filij maxima iniu-
ria: quià probro non datur fi-
lio ꝙ mater ſecundò nupſerit
ſecundum hominũ mores. Equi
dem ipſe diuerſa exiſtimo, cum
iure ciuili ſtatutum ſit, matrem
ſecundò nubentem iniuria fi-
lium afficere, quod ſi filio pro-
bro non datur, hoc fit reueren-
tia matrimonij. Sed quis nega-
bit vmꝗ homines mutire, ac ſe
cretò parui facere eum, cuius
mater libidini alterius ꝗ patris
ſeruit, quamuis coniux ſit? quis
negabit dolore ſummo affici fi-
lium, qui videat matrem cum
vitrico corpus miſcentem, ma-
ximè ſi nobilis filius ſit?
89 Ego me hercule lubens in hoc
articulo communia ſequor. Sed
opinionem hãc, quam crebrius
interpretes receperunt, contra-
hit Riparius dicto. numero. 82.
cui accedit Tiraquell. in. l. 2.
connubiali numero. 9. ſi mater
iuuenis ſit, & formoſa: hanc
quippè filius ſecundò nubẽtem
dotare compellitur: ne luxurio
ſe viuat, maioriꝗ iniuria filium
afficiat: ex duobus etenim ma-
lis eligetur quod minus nocet.
c. duo mala. c. nerui teſticulo-
rum. 13. deſtinctione. hanc ſen-
tentiam ſequitur Bal. à Bartoli
nis in repetitione. l. 1. ff. ſolu. ma
tri. numero. 139. & Tellius in. l.
10. Tauri numero. 25. Sed eam
refellit Coraſsius repetitione. l.
qui

qui liberos.ff. de ritu. nupti. nu
mero.115. ea ratione quià etiam
in propoſita ſpecie filius iniu-
ria afficitur, ad quam eſſet ini-
quum ſi cogeretur confferre.
Item ea ratione quià filius gra-
uiter patrem offenderet, ſi ma-
tri dotem conſtitueret, vt ſecun
das iniret nuptias, quibus ani-
ma defũcti cõtriſtaretur. Auth.
de nuptijs. §. Nos igitur coll.4.
& probatur hæc opinio in.l.
ſi vineæ meæ. C. de præſcript.
longi temporis. quæ ſententia
ex iuris rationibus defluit, cui
90 ipſe lubens accedo. Sed ſi filius
naturalis tantum ſit, cogetur do
tem matri nubenti conſtituere
vti Ioan. Boſchius ait in tractatu
de legit. nup. lib.5. num.24. ceſ
91 ſat etenim in hoc caſu iniuria,
atq; ita cogetur filius naturalis
matrem dotare, quæ ſententia
æquiore ratione in ſpurio filio
locum habebit: qui matri nu-
benti dotem conſtituere com-
pelletur Bal. nouellus tractatu
de dote fol.13. ſequitur Bal. à
Bartolinis repetitione. l.1. ff. ſo
lut. matri. numero. 139. Tellius
ſupra. numero. 25. Tiraquellus
de iure primogeniorum. q.62.
numero. 13. Gregorius ſcholio
penul. in.l.5. titulo. 19. part.4.
92 Vlterius hæc prior ſententia lo
cum non habet ſi mater ſecun-
dò nubſerit conſenſu & appro
batione filij, quià in hoc caſu
matrem cogetur dotare: Ioan
Crotus repetitione. l.1. ff. ſolut.
matri. numero.90. ratio eadem
in hac ſpecie locum habet cum
ceſſet iniuria quæ conſentienti
non fit.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. Idem reſcripſit.

*Pater alere tenetur filiam naturalem tantum, numero.1.*

*Naturalẽ filiam an pater dotare teneatur, numero.2.3.*

*Spuriam filiam pater dotare non tenetur secũdum regulas iuris ciuilis, nu.4.& 5.*

*Filij incrimine læſæ Mageſtatis quamob cauſam puniantur, nu.6.*

*Spuriam filiam mater alere non tenetur ſecundum regulas iuris ciuilis, nu.7.*

*Auth. ex complexu. locum habet inquolibet ſpurio quamuis natus non ſit ex dãnato coitu, nu.8.*

*Spurium filium pater alere tenetur iure canonico quamuis natus ſit ex inceſtis nephariſq; nuptijs, nu.9.10.11.*

*Sunt qui dicant non probari quod ſpurij ſint à patre alendi, ſed reprobatur hæc ſententia, & declaratur nouè.c.cum haberet de eo qui duxit in matrimonium & redditur ratio deciſionis. l.cum duæ. ff. de capti. à nu.12. vſq; ad.16.*

*Ius canonicum præcipiens vt pater alat ſpurium filium ſeruari debet in vtroq; foro. numero.17.18.*

*Pater non poteſt teſtamento ſuo cauere ne hæres alat filios ſuos ſpurios; idem in perſona aui conſtituendum eſt, numero. 19.20.& 82.*

*Refellitur ſententia Ferdinandi Menchacæ dicentis quod Auth. ex complexu ſeruari debet in vtroq; foro. nu.21.*

*Auus nihil poteſt relinquere nepoti legitimo ex inceſtuoſo filio procreato. nu.22.*

*Filiam ſpuriam an pater teneatur dotare, & quid ſi pater ſit clericus an dotare poßit de redditib9 beneficij, & quid ſi diues aut opifex ſit filia tradaitur à num. 23. vſq; ad.30.*

*Dos data filiæ ſpuriæ an tranſmittatur ad eius hæredes, nu.31. & nu.74.*

*Dotis nomine filiæ ſpuriæ vltra quintum dari non poteſt, quod ſi detur ab hæredibus patris reuocari poterit ſoluto matrimonio, niſi maritus ſciens ſpuriam duxerit, quià conſtante motrimonio reuocabitur, nume.32.33.34.*

*Mater alere tenetur ſpurium filium ſicut pater, niſi mater nobilis ſit, quæ lactare filium non tenetur, nume.35.36.*

*Mater inops, ſi artifex non ſit, non tenetur lactare filium ſpurium, nu.37.*

*Pater tenetur alere vxorem filij ſpurij, numero.38.*

*Iure communi nepotes ex filio ſpurio tenetur auus alere, ſed iure Regio auus paternus alere non tenetur nepotes legitimos ex filio ſpurio, ſed an lex Regia ſit correcta iure canonico tradditur, numero.39. vſq; ad. nu.47.*

*Spurio vtrum danda ſint alimenta vitæ ducendæ neceſſaria, an verò pro dignitate, nume.48. vſq; ad 52.*

*Boni viri arbitrio relinquitur iure communi quæ alimenta ſpurio filio ſint præſtãda, ſed iure Regio pars quinta ſubſtantiæ paternæ illi datur. nu.55. & nu.58.*

*Vir bonus quis dicatur in iure. nu.56.57.*

*Quinta ſi alendo ſpurio filio non ſufficiat, an ſuppleri poßit quod alimentis deeſt, & ſi ſuperet alimenta quæ filio ſpurio præſtanda ſunt pro dignitate, an minus*

*debeatur*

debeatur tradditur à numero.59. vſq; ad.numero.66.

Spurio filio diuiti quintam donare poteſt. numero,67.

Spurio filio quod pater reliquit cenſetur relictum in cauſam alimentorum & quod filiæ ſpuriæ reliquit, cenſetur relictum in cauſam dotis,nu.68.&.69.

Spurio filio egenti poterit pater donare fundum ex quo alatur, dum fructus non excedant quantitatem quæ alimentis conueniat, & an fundus iſte alienari poſsit & an cauere debeat ſpurius ſe fundum reſtituturum illis ad quos peruenire debet,& an fundus iſte tranſmittatur ad hæredes ſpurij,nu.70.vſq; ad.76.

Spurio quod pater legauit ad alimenta, cenſetur pium,nume.77.

Spurius ſi velit poterit alimenta petere apud eccleſiaſticum iudicē, ſed inuitus non cogetur,nu.78.

Spurium filium an patris hæredes alere teneantur,nume.79.80.

Emptores non tenentur alere filios ſpurios venditoris, niſi fraude emerunt. numero. 1.

Frater tenetur alere fratrem legitimum eiſdem parentibus procreatum. Idem ſi ex patre tantum genitus ſit, idem ſi naturalis tantum, idem ſi vterinus & legitimus, vel etiam ſi naturalis aut ſpurius ſit,ſi vterinus eſt, numero.83. vſq; ad. 89.

Fratri ſpurio ex matre vtrum alimenta præſtanda ſint pro dignitate, nume.90.

Fratrem ſpurium ex patre frater alere nō cogitur,nume.91.

Frater ſororem legitimam eodem patre procreatam dotare tenetur, vterinam non tenetur,nume.92. vſq; ad.95.

Frater clericus de redditibus beneficij an poſsit ſororem dotare,nume.95.96.

Sororem ſpuriam an frater dotare teneatur,nume.97..

Fratrem diuitem frater alere non tenetur, niſi in nouum maioratum ſucceſſerit, numero.98.

Fratrem, qui officium habet, ex quo honeſtè poſsit ali extra patriam, ſi illo vti nolit ſed patriam redire non cogitur frater alere,numero.99.

Fratrem qui doloſè bona dilapidauit non tenetur frater alere ſecus ſi animi leuitate dilapidet,nu.100.

Fratrem virum effectum qui bona dilapidauit,non tenetur frater alere. nu.101.

Frater qui bona communia habet cum ſorore, ſi pro ea dotem dederit, de bonis communibus dare an intelligatur, & ſuam partem donare,numero.102.vſq; ad.106.

Patruus an egentem ſobrinum alere teneatur,& ſobrinam dotare, numero. 107. vſq; ad.111.

L.titio centum in principio. ff. de conditio. & demons. reiectis quam plurimis interpretationibus nouè declaratur.numero.112.vſq; ad.118.

Pecunia in quibus caſibus relinquitur vt aliquis alatur, debet fundus emi vt ex redditibus alatur,nume.119.

Iuterpretatur. l. ſiquis cum ſciret. ff. pro emptore.l. ſi verò non remunerandi. §. adoleſceus.ff.mandati,nu.120.&.121.

Meritrici bonis interdici poteſt, & declaratur. l. & mulieri. ff. de curat.furio. & aliqua de muliere libidinioſa.nume. 122.vſq; ad.125.

Sobrinus qui innouum maioratum ſucceſſit nō cogitur alere patruos aut amitas, quos pater ipſius alebat.nu.127.

Maioratus bona aſtricta ſunt onere alendi filios eius qui maioratum erexit, quibus pater ligitimam debet, non autem poſteros quibus legitima non debetur, numero.128.

Maio-



Maioratus antiqui bona pater non poteſt vllo onere grauare, nec onere alendi filios ſuos ipſius poſſeſſoris, numero.129. vſq; ad,137.

Sobrinus non cogitur alere patruum,nume. 138.139.140.

Succeſſor in maioratum antiquum non tenetur ſoluere debita prædeceſſoris, numero.141.

Ingratus filius non poteſt priuari primo genio,nume.142.

Bona ſi ad primogenitum deuoluantur longa conſuetudine hoc onere affecta, vt alat fratres diuites, ſuceſſores omnes hoc onere aſtringentur,nume.143.

Maioratum ſi beneficio principis ac licentia conſtituat quiſpiam, & in reſcripto cautum ſit, vt reliquis filijs præſtet alimenta, an ſat ſit quod in vſufructu conſtituantur, vel requiratur quod etiam in proprietate, tradditur à numero,144 vſq; ad finem.

Legitima an poſsit lege ciuili intotum tolli tradditur, num.146.147.148.149.151.

Princeps an poſsit rem poſſeſſori adimere.tradditur,nume.152.

Legitima quaſi debita eſt filio mortuo patre anteq̄; filius acceptet,nume.152.

Argumentum de alimentis ad legitimam non valet.nume.154.

Familiæ conſeruandæ fauore filios priuare princeps poterit tota legitima,nu.156.

# Idem reſcripſit, vt filiam ſuam pater exhibeat ſi conſtiterit apud iudicem iuſtè eam procrèatam.

1 COLLIGE
primo ex hoc.§.
patrem teneri fi
liam exhibere,
quæ ex iuſtis nu
ptijs procreata
ſit, qua de re plura verba feci-
mus in principio huius legis.
Quæ concluſio extenditur & lo
cũ habet in dote quã pater pro
filia dare tenetur, de qua re agi
mus in . §. nõ tãtum infra eodẽ.
Secundò ſuperiori ſententiæ
locus eſt in perſona filiæ, quæ
naturalis & legitima non ſit, ſed
naturalis tãtum, quam pater ale
re tenetur iure ciuili Auth. licet.
C. de naturali. liber. illis verbis
(huiuſmodi enim naturales fi-
lios paſci boni viri arbitrio eſt
neceſſe) traddit Iaſſ. auth. res
quæ nu.8.C. communia. de lega
2 tis, Ioann. Luppus in repetitio-
ne.c.per veſtras de donatio. in-
ter virum & vxorem notab.3.§.
20.nu.6.l.8.titu.13.part.6.&.l.5.
titu.19.part.4. Vtrum autem fi
liam naturalem dotare pater te
neatur iure ciuili quæri ſolet, &
non teneri apparet ex.l. vxorẽ.
§. pater naturalis. ff. de legi. 3.
vbi ſeruidius Scæuola ait, pa-
trem naturalẽ qui filiæ debitor
erat, cum dotem genero pro fi-
lia dediſſet, cõueniri à filia non
poſſe pro debito, ſed mulieri
ipſius debiti perſecutionem de
negandam: ergò pater naturalis
non tenebatur filiã dotare: quià
ſi dotandi onere eſſet aſtrictus,
filiæ liceret debitum per ſequi.
l.fin.C. de dotis promiſſ. quo ar
gumento doctores impellũtur,
atq; in eas anguſtias trahuntur,
vt dicant patrem naturalem iu-
re ciuili non teneri naturalem fi
liam dotare: vt colligitur ex Ac
curſio ſcholio naturalis in.§. pa
ter naturalis. ſequitur Bart. l. ſi
quis à liberis.§. vtrum.nu.3.ff. de
lib. agnoſcend. Bald.l.fin. C. de
dotis promiſsione. nu. 2. Alex.
l.1.ff. ſolut. matri.nu.11. & nu.17.
Decius.l.ſi certis annis.nu.9. C.
de pactis. Ioann. Luppus in. c.
per veſtras de donatio. inter vi-
rum & vxo.not.3.§.20.nu.6. Vul
garinus in repetitione.l.1. ff. ſo-
lut. matri.num.27. ibi Camillus.
nu.106. Boerius deciſione. 127.
num.11.in.1.parte. Tiraquell.l. ſi
vnq; verb. ſuſceperit liberos.
nu.61. & .119. C. de reuo. donat.
idem Tiraquell. tractatu de iure
primogeniorum. q.62. num. 12.
Rolandus conſi.54.nu.53.lib.2
Siluanus conſi.2. nu.26. Domi-
nus Anto. Padilla in Auth. res
quæ.C. communia de legat. nu.
3 63. & nu.64. Contrariam ſentẽ-
tiam, quæ habet ꝙ filiam natu-
ralẽ dotare pater teneatur iure
ciuili,



ciuili, multi defendunt. Bal. l.
neq; mater. C. de iur. doti. quod
ſic accipiendum eſt, vt filiam na
turalem diuitem non teneatur
pater dotare, & in hac ſpecie ob
tinet deciſio.l. vxorem. §. pater
naturalis. ſecus autem ſi filia na
turalis pauper ſit, quià pater do
tare cogetur. argumento.l. fina.
C. de dotis promiſsione. cuius
legis decretum locum habere in
perſona filiæ naturalis, vti Bal-
dus ait, atteſtantur plures quos
aggregat Vulgarin9.l.1.ff. ſolut.
matri.nu.28. cui conſentiunt in
terpretes in.l.1.ff. ſolut. matri. ſe
quitur Rolãdus conſi.54.nu.53.
hanc ſentẽtiam communiter re
ceptam eſſe affirmat Coraſius in
l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarũ
nu.114. Ipſe huic ſanè ſententiæ
accedo propterea, quià.l. vxo-
rem.§. pater naturalis. agit aper
tè de filia naturali diuite, cui pa
ter debebat fidei cõmiſſum, hãc
pater dotare intelligitur ex ipſo
debito, vti Scæloua ait, quæ ſen
tentia ex veteri iuris prudientia
defluit: quià in eadem facti ſpe-
cie legum antiqui latores in ſtu-
dia diuerſa ſcindebãtur in per-
ſona filiæ legitimæ, cum ex eis
quidam exiſtimarent patrem,
qui dotem pro filia legitima &
naturali dedit, ex ipſo debito
dotem dediſſe, alij negarent. Si
in perſona filiæ legitimæ & na-
turalis ex debito dotaſſe patrẽ
ipſi legum latores ſtatuere.l.fin.
C. de dotis promiſsione, non mi
rum ſi in perſona filiæ naturalis
tantũ hoc ſtatui debere omnes
conueniant, ſed cum iam quæri
nõ poſsit de hoc, quia ſtatutum
eſt.l.fi.C. de dotis promiſsione,
de ſuo patrem dotare teneri, nõ
de ijs rebus, quas filiæ debet, cõ
trouerſia in perſona filiæ legiti-
mæ legis deciſione finem acce-
pit. de filia naturali non agitur
in.l.fin. atq; ita in correcta ma-
net.l. vxorem.§. pater naturalis.
Vnde hoc diſcrimen conſtitue-
mus inter filiam legitimam &
eam, quæ naturalis eſt, ꝙ filiam
legitimam de ſuo pater dotare
intelligitur non de debito, natu
ralem tantum de debito dotat.
l. vxorem. §. pater. vbi de hoc
quærebatur, non autem vtrum
pater dotare teneretur, & tene-
ri patrem dotare filiam legiti-
mam & naturalem docet. l. fin.
C. de dotis promiſsione. verſic.
neq; enim leges. Vtrum autem
locum habeat lex illa in perſo-
na filiæ naturalis tantum, quæri
ſolet, & locum habere exiſtimat
vulgarinus Repetit.l.1. ff. ſolut.
matri.nu.29. quià dos non debe
tur ratione patriæ poteſtatis,
ſed ex charitate ſanguinis, quod
apparet ex dicta.l.fin. vbi eman
cipatam filiam pater tenetur do
tare, ergò etiam naturalem quæ
filia eſt. Item ꝙ naturalem ino-
pem pater dotare cogatur iure
ciuili apparet ex. l. ſi quis à libe-
ris.§. non tantum. vbi pater qui
alit iure ſanguinis, non ſolũ te
netur filiã alere, ſed cætera one-
ra præſtare. onus dicitur dos,

quià dotandi onere aſtrictus eſt
pater.l.qui liberos.ff.de ritu nu
ptiarum, ergò qui alere tenetur
ex charitate ſanguinis, tenetur
dotare, vnde cũ pater naturalis
alere teneatur, auth. licet.C.de
naturalibus. liber conſequens
eſt, vt & dotare, nec obſtat ſi-
quis dicat, ꝙ de filia legitima
agat.§.non tantum:quià alimen
ta debentur legitimæ ex chari-
tate ſanguinis, & ex eadem cha
ritate debẽtur filiæ naturali tan
tum, ergò & dos:quià cui alimẽ
ta debentur ex charitate ſangui
nis, debetur dos, vti Vlpianus
ait in.§.nõ tãtũ. Vlterius hæc ſen
tẽtia, ꝙ filia naturalis dotari à pa
tre debeat, deducitur ex authẽ.
ex cõplexu. C. de inceſtis nupt.
vbi filij ex improbato coitu pro
creati nec naturales nominan-
tur, omnisq; paternæ ſubſtan-
tiæ beneficio iudicãtur indigni,
vt nec alantur à patre. Hinc ap-
paret ꝙ ſi naturales eſſent, &
alerentur, & paternæ ſubſtan-
tiæ beneficio fruerentur, ergò
& dote, quæ in locum alimento
rum ſub rogatur, vt placet Cy-
no Baldo Alexãdro & alijs quos
aggregat Gaſpar Baetius de nõ
meliorandis filiabus in. c. 2. nu.
33. cum ex dote alatur mulier. l.
vbi ad huc.C.de iure dot. Vnde
colligitur ſecundum iuris ciuilis
regulas patrem naturalem dota
re filiam teneri, quamuis iure ca
nonico hoc introductum eſſe illi
traddant, qui ſpuriam filiam ali
dotariq; à patre debere dicunt.

qua de re inferius agemus.
4 Huius.§.ſententiæ locus non
eſt in perſona filiæ ſpuriæ, quã
alere pater non tenetur ſecun-
dum regulas iuris ciuilis. Auth.
ex complexu. C. de inceſtis nu-
ptijs. cuius argumento in hac
opinione fuit Speculator titul.
qui filij.ſunt legit. numer.17. ſe-
quitur Bald. in. l.id quod pau-
peribus colu.final.C.de epiſco-
pis & clericis Abb. c. tanta nu.
13. qui filij ſint legit. Guillermus
bened. in. c. Rainuntius de te-
ſta. verbo & vxorem nomine
Adalaſiam nume. 123. Roland.
conſil.74.nume.29.lib.1. Anto.
Gomez. l. 9. Tauri numero.37.
Mẽchaca de ſucceſsionum crea
tione lib. 2. §. 20. numero. 313.
Emilianus conſil. 139. numer.1.
Dominus Couarrub.in epitho-
me de ſponſalibus.2.parte. c.8.
§.6.numer.6. Tellius.l.10. Tau.
numer.7. & numero. 14. verſic.
reſpectu noſtræ legis.idem Ga-
ſpar Baetius in tractatu de non
meliorandis filiabus. c.2.nume.
28. Ratio huius ſententiæ eſt, vt
homines abſtineant ab impro-
5 bo in honeſtoq; coitu, propter
quod innocens filius ſine culpa
punitur, quià naſci ex adulte-
rio vitium eſt patris non filij. c.
naſci ex adulterio.56.diſtinctio
ne. Sed quià pater punitur in
perſona filij. l. iſti quidem. ff.
quod metus. cauſ. ius ciuile hac
pæna patrem afficit, ꝙ filium
ſpurium alere non poſsit: nec
ex ſua ſubſtantia aliquid ei da-
re, hæc



re, hæc eſt pæna acerrima, &
quæ vix vmq̃; legibus ſtatuta eſt
niſi vt atrociora crimina coer-
6 ceantur. Quod apparet exem-
plo criminis læſæ Maieſtatis,
huius criminis reus non ſolum
punitur, ſed eius filij.l. quiſquis.
C.ad legen. Iuliam mag. hãc ob
cauſam in hoc caſu filij puniun-
tur, vt parentes charitas libero
rum amiciores Reipublicæ red
dat, docet Cicero epiſtola. 12.
ad Brutum. nec verò me fugit,
inquit, q̃; ſit acerbum paren-
tum ſcelere filiorum pænis lui.
Sed hoc præclarè legibus com-
paratum eſt, vt charitas libe-
rorum amitiores parentes Rei-
publicæ redderet, cuius memi-
nit Dominus Iacobus ſeptimã-
)( cenſis in lib. inſtitu. catholi. c.9.
numero.7. vnde illorum ſenten
tia improbanda eſt, qui dicunt
propterea puniri filios eius, qui
læſæ Maieſtatis reus eſt, quià
creditur ſectam patris ſequi.
Tiraquellus in. l.7. connubiali.
Thomas grammaticus conſi.31.
nu. 4. quæ opinio prudentum
virorum fuit, quorum conſilio
leges ſeptipartitæ conditæ fue-
re. l.2. titulo.2. part.7. huius rei
rationem à Cicerone traddi-
tam ſequi tutius eſt: qui vixit
illo ferè tempore quo leges pu-
nientes reos læſæ Maieſtatis cõ
ditæ fuere.
7 Hæc autem ſententia quæ ha
bet, ꝙ ſpurij ali non debeant à
patre ſecundum Regulas iuris
ciuilis, locum habet in matre,

quæ ſpurios non alet: in qua ea-
dem ſubeſt ratio & ſanè maior,
cum fædior ſit ac turpior impu-
dicitia in fæmina q̃; in viro. ec-
cleſiaſticus. c. 42. ſuper filiam
luxurioſam cõfirma cuſtodiam,
nequando faciat te in oppro-
brium venire inimicis: maior
enim caſtitas ſecundum mores
hominum exigitur à fæminis q̃;
à viris Accurſius. l. palam.§.quæ
in adulterio. ff. de ritu nuptia.
Bernardus. c. debitus de biga-
mis, de qua re multa memoriæ
prodidit Tiraquellus in.l.1. con
nubiali numero.45. iureq; Re-
gio text. in principio titulo. 13.
part. 4. illis verbis (porque no
caen en verguença, como los o-
tros por razon de las madres)
vnde decretum Auth. ex com- *Aduerſus Tiraquel. & Thomam gramma.*
plexu. locum habere in matre
cum iudicio ſcripſit Rolandus
conſilio. 79. numero. 44. lib.2.
cui ſententiæ fauet auth. qui-
8 bus mod. natura. effi. ſui.§.fina.
colla.2. in illis verbis (nec alen-
dus eſt à parentibus) Receptam
ab omnibus ſententiam, quæ
habet, ꝙ pater ſpurios alere
non teneatur iure ciuili, ait Do
minus Couarru. dicto numer.6.
non depromi ex auth. ex com-
plexu: quià ius ciuile ſpurijs non
denegat alimenta, ſed ijs tan-
tum, qui nati ſunt ex coitu dam
nato, hæc ille. Quæ opinio de-
fendi non poteſt: cum recepta
ſententia concinè deducatur ex
auth. ex complexu. quæ lex de
prompta eſt ex auth. quib. mod.

natur.effici.ſui.§.fina.coll.2.vbi
legislator pollicitus eſt ſe enu-
meraturum filios, qui natura-
lium nomine digni non ſunt, ne-
q; ali à parentibus debent, &
ait, ꝙ ij qui ex nepharijs aut in-
ceſtis aut damnatis nuptijs pro
ceſſerint, non ſunt nominan-
di filij naturales: & hac de cau-
ſa ali à parentibus non debent,
nec quod legislator pollicitꝰ eſt
opere adimpleuit, quià ſunt per
ſonæ, quas non numerauit, quæ
tamen dici non poſſunt natura-
les. Vnde Accurſius ſcholio. par
ticipium. dicta Auth. quib. mod.
nat. effic. ſui. §. fina. aduertit le-
gislatorem malè numeraſſe per
ſonas, quæ naturalium nomi-
ne dignæ non ſunt. Ipſeq; Ac-
curſius ait decretum dicti. §. fin.
locum habere in progenitis ex
ijs perſonis, interquas non po-
teſt matrimonium cõſtare: quæ
hæc ſint, docet. §. ſunt & aliæ.
inſti. de nuptijs, quià quicumq;
nati ſunt ex ijs, qui iuſti coniu-
ges eſſe non poſſunt, non ſunt
naturales. auth. vt liceat matri
& auiæ. §. ad hoc colla. 8. glo. l.
2. ff. de concubinis. Sed qui na-
turales non ſunt ali non debent
dict. Auth. ex complexu: ergò
apertè lex docet, ꝙ ſpurius ali
non debet ex quibuſuis nuptijs
natus ſit, cum ſpurij ex non per
miſſu coitu naſcantur, & æqua
lance de omnibus iura ſtatuunt
l. ſpurij. ff. de Decurioni. ſpurij,
inquit lex, Decuriones fiunt:
& ideo fieri poterit ex inceſtu
quoq; natus, quaſi dicat, qui
ſpurius eſt. Eodem modo qui
libet ſpurius ali non debet, quià
naturalis dici non poteſt, vt ex
ratione Auth. ex complexu ſa-
tis apparet, & ex Abbat. in. c.
9 cum haberet. nume. 11. Hæc ſen-
tentia non obtinet iure cano-
nico: quo iure pater tenetur ale
re filium ſpurium. c. cum habe-
ret. de eo qui duxit in matrimo
nium quam polluit per adult.
cuius text. argumento hanc ſen
tentiam defendit Bart. l. final.
numer. 7. ff. de his quibus vt in-
dig. idem Bart. in auth. ex com-
plexu. C. de inces. nup. quem
textum pro hac parte dicit non
eſſe alibi Abbat. ibi. notat. fin.
Vbi Doctores notant, hanc at-
teſtatur communem eſſe opinio
nem Iaſſ. conſilio. 26. numer. 4.
lib. 1. ſequitur Dueñas Reg. 366.
limitat. 4. & regul. 367. in prin-
cipio. & huic ſententiæ in nume
ri acceſſere teſte Gaſpar. Baetio
tractatu de non meliorandis fi-
liabus. c. 8. numero. 28. traddit
Alexan. conſilio. 74. nume. 4.
lib. 2. Mateſalanus de ſucceſsio.
ab inteſtato articul. 1. membro.
2. nume. 1. & articu. 1. membro. 3.
nume. 18. Ioann. cirier de primo
genitura. q. 16. nume. 5. Guiller-
mus de Monſerrat tractatu de
ſuceſsione Regum dubio. 2. nu
mero. 3. Paulus grillandus de
pænis omnifariam coitus. q. 2.
nume. 9. Calcaneus conſilio. 62.
Alexan. conſilio. 113. numero. 3.
lib. 7. Rolandus conſilio. 74.
num. 36.



nume. 36. lib. 1. Baberius in. §. hæ
res. nume. 8. inſti. de hæred. in-
ſtitu. Angel. de gambellio tra-
cta. de teſtamentis glo. 69. num.
2. Ludouicus de ſardis. de legi-
timatione. §. de obligatione in-
ter patrem & filium. numer. 4.
Bertrandus. conſilio. 205. num.
4. lib. 2. Beroius in. c. Raynun-
tius de teſta. numer. 91. Boerius.
deciſione. 127. nume. 2. in par-
te prima. Arias in. l. 7. Tauri. nu
mero. 15. & numero. 41. idem
Arias in. l. 8. Tauri. numero. 8.
Anto. Gomez in. l. 9. Tauri. nu
me. 37. Hippo. Riminal. in prin-
cipio inſti. quibus aliena. non li
cet. num. 270. Gabriel Paleotus
10 de nothis. c. 46. nume. 1. Grego.
Luppus ſcholio. 1. in. l. 1. titul. 19.
part. 4. Huius ſententiæ ratio
ea eſt, quià filio alimenta deben
tur naturali iure, vt latè traddi-
mus; ergò lex ciuilis ſine culpa
alimentorum amiſsione nõ po-
tuit ſpurium filium punire, atq;
ita ne fame periret innocens fi-
lius ius canonicum decreuit, vt
aleretur, vt omnes traddidere.
Tellius. l. 10. Tauri. numer. 7. &
Baetius tractatu de non melio-
rand. filiabus. c. 2. nume. 28.
11 Hoc tamen beneficium ſpu-
rijs ius canonicum cõtuliſſe, ſed
nõ ijs qui ex inceſtis nepharisq;
nuptijs nati ſunt, atteſtatur Bal.
auth. ex complexu. C. de inceſtis
nuptijs ſequitur Ludouicus de
ſardis tractatu de legitimatio-
ne colu. 9. verſiculo quartò quæ
ritur. Capitius deciſione. 164.
nume. 3. & 4. Sed hæc ſententia
aperta lege improbatur, qua ca
uetur beneficium, quod lex con
fert ſpurijs, intelligi conceſſum
etiam ijs, qui ex inceſtis nepha-
rijsq; nuptijs nati ſint. l. ſpurij.
ff. de decurio. l. 5. titulo. 19. part.
4. Vbi notat Gregor. glo. fina.
vnde conſtitutiſsimum eſt iure
canonico omnes ſpurios filios
eſſe alendos, quamuis ex nepha
rijs inceſtisq; nuptijs procreati
ſint: vt ait Dominus Couarru.
in epithome de ſponſalibus. 2.
parte. c. 8. §. 6. numer. 1. Dueñas
Regu. 366. ampliatione. 4. Men
chaca. de ſuceſsio. creatio. lib. 2.
§. 20. numr. 314. & Baldi ſenten-
tiam in Auth. ex complexu di-
centis. c. cum haberet. locum
non habere in filijs qui ex ne-
pharijs nuptijs nati ſint, dicit re
probari communiter Luppus
in. c. per veſtras not. 3. §. 10. num.
12 14. Anto. Gomez in. l. 9. Tauri.
nume. 38. Sed tanta eſt iuris no-
ſtri moles, vt pondere ſuo ruat,
nullum decretum non ſubuer-
titur, propterea non deſſunt,
qui dicant iure canonico non
probari, vt ſpurij ſint à patre
alendi. huius ſententiæ Author
eſt Ioannes Igneus repetitione.
l. neceſſarios. §. non alias. 2. par
te nume. 147. ff. ad Syllani. qui
ait huic ſententiæ aduerſari ver
ba. c. cum haberet. Ipſe tamen
quamuis huius opinionis argu
mentis reſpondeat, nihil cer-
tum traddidit. Acutè tamen vir
acri ingenio & aprimè doctus

*Aduerſus Bal. & Ludoui de Sardis*

 Gabriel

*Noua interpretatio.* Gabriel paleotus in lib. de nothis ſpurijsq; filijs. c. 46. nu. 4. contendit non probari receptã ſententiam in. c. cum haberet, quià ibi filij nati non ſunt viuente prima vxore, ſed poſt eius obitũ ſicq; adulterinos non eſſe vt vulgò creditur. Deinde ſecũdum matrimonium iure ciuili ſubſiſtere potuiſſet, ex quo nouo conſenſu poſt primæ vxoris obitum fuerat firmatum argumento. l. cum duæ in fine. ff. de captiuis. Et quamuis ius canonicum hoc connubium nõ admittat, ꝙ ſuſpicetur ne viuente prima vxore quid contra illius vitam fuerit machinatum, videmus tamen & hoc quandoq; ſecus eſſe & matrimonium probari. c. 2. c. 3. 31. q. 1. Abb. in. c. 1. de eo qui duxit in matri. propterea cum filij ex damnato coitu dici nequeãt pro creati, & fortè etiã non illegitimi cenſeantur, exemplo eorũ qui ex clandeſtinis nuptijs ſuſcipiuntur. Abb. c. lator. num. 6. qui filij ſint legit. potuerintq; bona interſe matrimonij fide eorum parentes fortaſſè cõgredi, nil mirum eſt ſi eos à parentibus iuſsit Cæleſtinus Pontifex educari, non tamen inde ad quoſcumq; ſpurios ſumendum argumentum fuit, vt Doctores noſtri ſolent, cum hi differant ab illis, & ne verè fuerint illegitimi Pontifex non declarat.

13 *Aduerſus Paleotũ.* Hæc ait ſe vix audere effari Paleotus, qui melius ſibi conſuluiſſet ſi cõmunia ſequutus eſſet. Ipſe noto communem ſententiam benè deduci ex. c. cum haberet: primò quià ex textu illo non cõſtat quo tempore filij ſint nati viua defuncta vè prima vxore, quià viuente prima vxore cõcubinam habuit illam, quam poſtea vxorem duxit: quamuis poſt obitum primæ vxoris decem integros annos cum ſecunda ſit commoratus, decemq; ex ea ſuſceperit filios, quod textus non aperit, nec videtur ſatis cõſtare ſecundum naturam, ꝙ ex cõgreſsibus habitis prima vxore viuente nullus ſit genitus filius, quod ſi genitus ſit, inter hũc reliquoſq; fratres non eſt vlla differentia iure canonico.

14 Secundò noto Paleotum opinari iure ciuili matrimoniũ hoc poſſe conſiſtere argumento. l. cum duæ. ff. de captiuis. vbi ſi captus ab hoſtibus ſit vir, ſoluitur matrimonium, nec recipit vxorẽ reuerſus niſi ad ſit nouus conſenſus, quod propterea fit: quià fortunæ inæqualitas matrimonium conſiſtere non patitur Auth. de nuptijs. §. ſed & captiuitatis. colla. 4. ſed nec in totum ſolutum eſt matrimonium, cum alij nubere mulier non poſsit. l. vxores. ff. de diuortijs. vnde nõ mirũ ſi prima fortuna redeat, ꝙ inſtauretur matrimonium nouo conſenſu, qui requiritur ſicut ſubſtantia matrimonij, vt ſolutum redintegretur. Contrarium ſtatuetur, ſi matrimoniũ reprobetur quaſi iniquè contractum,



tractum, vt in propoſito, nam ſi iure ciuili ſola ſuſpitio ꝙ vxor machinata ſit in mortem mariti ex incerta cõiectura deprõpta, ꝙ nupſerit mulier intra lugubre tẽpus, tam acriter vindicatur. auth. de reſtitu. & ea quæ parit in vndecimo mẽſe. §. fi. vbi notat Accurſius ſcholio malignè, quãtò acrius punietur euidẽs factũ, quo noxius animus apertè demõſtratur. l. eum qui duas. C. de

15 adulterijs. vnde etiã iure ciuili ſtatutũ eſt matrimoniũ contractum cum ea, quam quis adulterio polluerat, nõ poſſe cõſiſtere: quãuis poſt obitum primæ vxoris ſit contractum. l. Claudius. ff. de his quibus vt indignis. vbi notant Bart. & Alber. qui ait ex lege illa detractum eſſe titulum de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

Tertiò noto ꝙ in ſpecie. c. cũ haberet, nuſquam potuit cõſiſtere matrimonium iure canonico quãdo viua prima vxore ſecundam duxit. c. 1. de eo qui duxit in matrimo. c. cum haberet. c. fina. eod. titu. vnde filij procreãtur ex illicito coitu à iure reprobato propterea q; ſpurij ſunt. Abb. c. tãta. nu. 13. qui filij ſint legit. cũq; ius canonicum hos filios à parẽtibus ali iuſſerit. c. cum haberet. colligitur inde finitũ thema, ac generalis illa recepta cõcluſio,

16 ꝙ ſpurij ſint alendi iure canonico, vt ex. c. cum haberet aprèdoctores deduxere. quamuis minus dexterè improbet Paleotus,

17 Hæc recepta ſententia obtinet etiam iure ciuili, quod canonico in hac parte cedit; atq; in vtroq; foro tam põtificio q; Regio ſpurij filij ſunt alendi ſecundum præcepta. c. cum haberet. vbi notat Bernard. ſcholio fi. ſequitur ibi Abb. nu. 5. & nu. 10. Cardin. & reliqui. Alberi. Rub. ff. de cõcubinis nu. 2. Soci. conſi. 161. nu. 1. lib. 2. Decius in. c. clerici col. 1. de iudi. idem decius in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 30. de conſtitutio. vbi Felin. nu. 43. Idẽ Decius in. c. in preſentia nu. 29. de probat. vbi Beroi9 in nu. 213. Ripa Repet. Rub. ff. de verb. oblig. num. 58. Idem Ripa in. l. ſi vnq;. C. de reuocand. donat. q. 37. nu. 69. Immola. l. lucius. §. 1. ff. delegat. 1. Idem Immol. in. l. ex facto. §. ſi quis rogat9. 1. ff. ad treb. Alex. l. 1. ff. ſolut. matri. Idem Alexan. conſilio. 74. lib. 3. Aret. conſilio. 47. Felin. in. c. quæ in eccleſiarum. col. 12. de conſtitutio. Angel. de gãbellio. tracta. de teſtam. glo. 69. nu. 5. Ang. in. §. ius naturale. nu. 5. inſtitu. de iure natur. Ioã. de neuizanis in ſilua nupt. verbo eſt nubendum lib. 3. fol. 97. col. 1. Petrus benintendus deciſiõe. 22. Bal. à Bartolinis in. l. 1. ff. ſolu. matri. nu. 143. Guillerm9 in. c. Rainuntius de teſtament. verb. & vxorem nomine Adalaſiam. nu. 123. Euerardus loco ab alimentis ad dotem. num. 4. Capitius deciſione. 164. num. 2. Rolandus conſilio. 54. num. 54. cum ſeq. lib. 2. Emilianus conſilio.

in utroque foro ... quam ... cap. cum haberet

ſilio. 139. nu. 1. Ferrara in. §. ſed
naturalia iuſtit. de iure nat. Iaco
bus Mendelius conſi. 44. hanc
dicit receptam ſententiã Natta.
conſi. 108. nu. 4. Lupus in. c. per
veſtras not. 3. §. 23. num. 22. Go-
mezarias. l. 7. Tauri nu. 15. domi
nus Antonius Padilla auth. res
quæ. C. cõmuni. de legat. nu. 65.
poſt laſſ. ibi col. penul. Dueñas
Reg. 366. limita. 4. & Reg. 367.
in principio. hãc opinionem cõ
munem eſſe affirmat Oroſcius.
l. 1. §. ius naturale. nu. 19. ff. de iu-
ſti. & iur. Menchaca de ſucceſ-
ſio. creatio. lib. 2. §. 20. nu. 313. Pa
leotus de nothis. c. 47. quæ ſen-
tentia approbata eſt. l. 5. titulo
19. part. 4. de qua lege paulò in-
ferius agemus.

18 Ratio huius ſentẽtiæ eſt, quià
qui partui alimoniam denegat,
necare videtur. l. necare. ff. de
lib. agnos. homicidium autẽ eſt
peccatum, in his autem in qui-
bus peccatum ineſt ius canoni-
cum ſeruatur non ciuile. c. no-
uit. de iuditijs. c. fina. de præſcri
ptio. hanc rationem approbat
Rolandus. conſilio. 54. num. 62.
Beroius. c. in preſentia. nu. 313.
deprobat. quæ ratio à iure de
ducitur, eamq; inculcat Abb. in
c. cum haberet nu. 5.

*Aduerſus Ferdinandũ Menchaca.*

19 Primò ex hac ratione colligi
tur veram eſſe, ac iure optimo
ſtare ſententiam Dyni conſilio
9. dicentis non poſſe patrem vel
auum denegare ſpurio filio ali-
menta; nec teſtamento cauere,
ne hæres alat filium ſpurium te-
ſtatoris: deferuntur enim à ca-
none alimenta filio ſpurio, qui-
bus priuare eum pater non po-
terit argumẽto. l. ſi arrogator. ff.
de adoptio. de qua re ſcribimꝰ
infra. nu. 82. huic opinioni acce
dit Bal. l. id quod pauperibus.
nu. 37. C. de epiſcopo & cleri. ſe
quitur Dominus Couar. in epi-
thome deſponſal. 2. parte. c. 8. §.
6. nu. 5. plures hanc ſententiam
ſequuntur, quos aggregat Te-
llius. l. 10. Tauri nu. 9. vbi idem
probat Caſtillus. parte en caſo.
Mẽchaca de ſucceſsio. progreſ-
ſu lib. 1. §. 4. nu. 49. Craueta con
ſilio. 219. num. 7. lib. 2. Gabriel
20 Paleotus de nothis ſpurijsq; fi-
lijs. c. 47. nu. 6. qui ait idem ob-
ſeruari debere in perſona aui,
vt ſpurium nepotem arcere nõ
poſsit ab alimentis, nec teſta-
mento cauere, ne hæredes præ-
ſtent argumento. l. final. C. de na
tu. liber. & l. 1. §. lex falcidia. ff.
ad leg. falcid. ex quo apparet nõ
21 poſſe defendi ſententiam Men
chacæ dict. §. 20. nu. 313. dicentis
auth. ex complexu eſſe incorre-
ctam, ac ſeruari debere eius præ
ceptum, quià licet lex dura ſit, ta
men lex eſt, ſintq; innumeræ le
ges homicidijs impunitatẽ per-
mittẽtes. l. Gracchus. C. de adul
te. l. in ſuis. ff. de lib. & poſtu.
quæ leges non præcipiunt, ſed
permittunt, ac delictum in foro
ciuili impunitum volunt, cum
ſatis Deum vltorẽ habeat. Hæc
ille.

Sed harum legũ ratio, vt ipſe
noto non ſubeſt in propoſito,
quià. l. grachus ob iuſtum dolo-
rem delicti veniam indulget. l.
in ſuis. paternæ pietati in filios
dedit poteſtatem, vt filij debitã
exhiberent patri reuerentiam:
pater autem carnem ſuam odio
non habet. l. Diuus Adrianus. ff.
ad leg. pomp. de Paraicid. ibi
(nam poteſtas in pietate debet,
non in atrocitate cõſiſtere) quæ
poteſtas ipſo iure ciuili contra-
cta fuit. l. in ſuis in fin. Sed Auth.
ex complexu cõſtituit, quod pa
ter ſpurijs filijs alimenta præſta
re non poſsit, vnde fit vt pecca-
tum non ſolum permittat, ve-
rum etiam lex ipſa ſine peccato
obſeruari non poſsit: propte-
reà iure canonico abrogatur. c.
fin. de præſcritio. ab hac ſenten
tia, quæ habet, quod lege ciuili
ſpurijs alimenta denegari non
poſsint, nemo diſcrepat. vt trad
dit Dominus Couarru. in tracta
tu de matrimonio. 2. parte. c. 8.
§. 6. nu. 4. Idem Dominus Couar
ru. in dict. §. 6. nu. 5. verſiculo ſe
cundò infertur.

22 Secundò ex hac ratione ap-
paret veram eſſe ſententiã Bal-
di in. l. ſi quis inceſti. c. de inceſtis
nuptijs. nu. 2. dicentis auum ne-
poti legitimo ex inceſtuoſo fi-
lio proceato nihil poſſe relin-
quere argumẽto. l. ſi quis inceſti,
quià ceſſat æquitas iuris canoni
ci in inſtitutione, quæ ſubeſt in
alimentis. Baldi ſententiam mul
ti recipiũt, quos in vnum cõtulit
Petrus Dueñas in Regul. 366.
limit. 2. de quo agitur infra. nu.
23 74. Hæc ſententia extenditur
& locum habet in dote, pater
enim cogetur dotare filiam ſpu
riam in vtroq; foro, Bart. l. fin.
ff. de his quibus vt indig. nu. 7.
Idem Bart. Auth. ex complexu.
nu. 4. C. de inceſtis nupt. idem
Bart. l. Meuius. §. duobus. nu. 18.
ff. de legat. 2. qui ſuam ſententiã
contrahit, & obtinere ait tum
demum, ſi dos alimentis reſpon
deat, ita quidem vt pro modo
alimentorum dos conſtituatur.
Bartoli ſentẽtiam plures ſequũ-
tur, quos aggregat Dominꝰ Co
uarru. dict. §. 6. nu. 11. qui teſtatur
hanc opinionem cõmuniter ap
probari. idem ſcribit Mencha.
de ſucceſsionum creatione lib.
2. §. 20. nu. 314. Dueñas regu. 366
limitatione. 5. Dominus Anto.
Padilla auth. res quæ. nu. 64. C.
commu. de legat. Tellius in. l. 10.
Tauri. nu. 11. Dueñas Regul. 367
ampliatione. 3. & Gaſpar Bae-
tius tractatu de non melioran-
dis filiabus. c. 13. nu. 15. hanc ſen
tentiã ſequitur Gregorius ſcho
lio magno. l. 18. titulo. 16. part. 6.
qui omnes infinitam interpre-
tum multitudinem in vnum cõ-
tulere, obliti multorum qui huic
ſententiæ acceſſere. Cur. Seni.
conſilio. 77. colun. 32. Idem con-
ſilio. 39. in prin. Ioann. de ne-
uizanis in Silua. nup. verbo ſtu-
prator fol. 97. coluna. 2. Gomez
Arias. l. 7. Tauri. numero. 39.
Ludouicus de Sardis tracta. de
legitimatione. §. de obligatione
inter-

inter patrem & filium.nu.5.An
gel.de gābelio tracta.de teſtam.
glo.69.nu.2.Baberius.§. hæres.
nu. 8. inſt. de hæred.inſti. Am-
bro.de opizonibus repetitione
l.filius fam.§. diui.nu.142. ff. de
legat. 2. Sarayna in additione
24 Corſeti.ſing. 146. nu. 4. Ratio
huius ſententiæ eſt, quià æquitas
c. cum haberet. obtinet tam in
dote ꝗ in alimētis, ſubeſt enim
eadem ratio in vtroqꝫ caſu:cum
dos in locum alimentorum ſub-
ſtituatur.l.vbi ad huc.C.de iure
dot. Item propter periculū ho-
noris pater cogitur dotare filiā
ſpuriā, vt ſupra ſcripſimus, trad
25 dit Telliꝰ.l.10. Tauri nu.11.Quæ
ſententia locum habet in perſo
na clerici, qui de fructibus ſacer
dotij filiam ſpuriam dotare po-
teſt. Abb. in.c.1. nu.4. de coha-
bit.cleri & muli. Maior in.4. di
ſtinctione. 24. q. 19. Coſmas in
pragma. titulo de cōcubinarijs.
§.ipſas autem.verſi.cohabitare.
Hinc apparet veram eſſe ſentē-
tiam Ioann.ſcholio vt mercede.
c.omnino.31. diſtinctione dicen
tis clericum de bonis quæſitis ex
beneficio poſſe filios alere, idem
approbat Thomas. 2. 2. q. 185.
articulo.5. in reſponſione ad.2.
26 argumentum, ſequitur Feli.in.c.
poſtulaſti.nu.6.de reſcrip.Ioan-
nes de legitimis filijs agit, dequi
bus tractat. c. omnino. qui tex-
tus iuncta Ioānis interpretatio
ne aduocatur ad hoc, ꝙ clericus
poteſt alere filios ſpurios de bo
nis eccleſiaſticis, ſi patrimoniū
non habeat; vti refert Dueñas
Regul.367. Amplia. 3. referens
Ioannem Luppum in.c. per ve-
ſtras.not.3.§.23. nu.13. qui hanc
ſententiam veram eſſe ait non
quidem argumento. c. omnino
ſed ea ratione, ꝙ licet pater ma
lè fecerit cum gigneret, cum ta-
men geniti ſint, non ſunt abijciē
di argumēto.c.cum haberet.idē
placet Abb.c. coniugatis. nu.6.
de cōuer.coniug.ſequitur Anto.
in.l.10. Tauri.nu.44.Perez.l.22
titulo.3.lib.1. ordi. licet contra-
riam ſententiam defendat Ioā-
nes de neuizanis in ſilua nup-
tiali verb. ſtuprator fol.92. col.
2.poſt Bal.quem ipſe refert.ſed
Baldi opinionem refellit Lam-
bertinus de iure patronatus lib.
3.q.3.principali articulo.6.num.
14. Caſtillus in. l.10. Tauri par-
27 te en caſo in fine. In propoſito
tamen annotare opportet, ꝙ
clericus ſacerdotij fructꝰ quoad
ipſe vixerit, non poteſt dotis
nomine genero dare, quod ſi
dederit mortali crimine aſtrin-
getur, tenebiturqꝫ donationem
reuocare iuxta formam.c.ſiquis
presbiterorum. de rebus eccle-
ſiæ.hæc traddit Decius conſilio
204. lib. 1. quæ ſententia ex in-
tentione depromitur Alexan.
conſi.120.lib.3. Hæc tamen ſen-
tentia captiones habet.

Primò illi locus non eſt, ſi ſpu
ria filia ſit diues, cui dotem dare
pater nō tenetur cū ratio.c.cum
haberet. locum non habeat in
hac ſpecie. Bald. nouellus. l.1.
ff.ſo-



ff. ſolut. matri. numer.100.huic
opinioni fauet.l. vxorem.§. pa-
ter naturalis.ff.de leg.3.vbi pa-
ter naturalis filiam diuitem do-
tare non tenetur, hæc eſt huius
reſponſi crebrior interpretatio
vt ſupra ſcripſimus & traddit
Bald.l.neqꝫ mater.C. de iure do
ti.ſequitur Bulgarinus repetitio
ne.l.1. ff.ſolut.matri. hæc eſt re-
cepta interpretatio teſte Rolan
do conſilio. 54. nume.52. lib.2.
Baetio.ſupra.c.13.nume.16.Do-
mino Couarru. §.16. nume.11.
29 Secundò huic ſentētiæ locus
non eſt ſi filia ſit opifex, quæ ex
artificio ali, ac dotem viro dare
poſsit: pro hac enim non tene-
tur pater dotem dare Bal.l.neqꝫ
mater.C.de iur.dot.glo. l.ſi ma-
ritus. ff.ſolut.matri.argumento
l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.ff.
de lib. ag. ſequitur Loppius in.
c.per veſtras not.3.§.23.nume.7
Guiller.bened.in. c. Raynūtius
de teſta. verſiculo dotem quam
ei dederat.nume.44.& numer.
45.& verb.vxorē nomine Ada
laſiam nume.126. Boerius deci-
ſione.127.num.17. in prima par
te. Aymon craueta conſili. 199.
nume.1. cui ſententiæ omnes cō
30 ſentiūt Roland.ſupra.Id autem
quod dotis nomine pater pro fi
lia ſpuria dederit filia diem fun
cta ad patrē reddet, non ad mu
lieris filios Craueta conſilio.186
nu.16. Matheus de afflict. ſing.
146.nume.4. in additione. quæ
ſententia non obtinet iure Re-
gio vt explicabimus: infra.nu.
75. vbi agemus, an legatum ali-
mentorum ſpurio filio relictum
31 tranſmittatur ad hæredes.Quæ
ri autē ſolet, quis ſit modus do-
tis quam pater filiæ ſpuriæ dare
poteſt, vtrum ſecūdum modum
alimentorum dos conſtituenda
ſit, & pro modo alimentorum
conſtitui debere traddit Tellius
l.10. Tauri.nu.13.poſt dominum
Couarru.dicto. §.6.nu.11. quod
ea ratione ſit, quià dos ad alimē
ta conſtituitur. l. vbi ad huc. C.
de iur.dot. atqꝫ dos cū in locum
alimentorum ſubſtituatur, eo-
rum naturam ſequitur.l. filiæ.§.
titia.ff. de cōditio & demōſtra.
vnde ea quantitas doti aſcribe-
32 tur, quæ alimentis. Vtrum autē
præſcriptum modum dos ſupe-
ret, æſtimabitur ex conſtitutio-
ne.l.hæreditatū.ff.ad leg.falcid.
Bal.cōſil.380.lib.3. ſequitur Ioā.
Luppus in.c. per veſtras de do-
natio.inter virō & vxorem.not.
3.§.24.nu.2. Angel. de gambel.
in tracta.de teſta.in glo. 69. nu.
2. Ambroſius de opizonibus in
l. filius familias.§. diui.numero.
142. ff. de leg. 1. Gomez Arias
in.l.7.Tauri.numer.39.Hæc ta-
men opinio iure Regio corre-
cta eſt.l.9, Tauri.quæ eſt.l. ſepti
ma titulo.8. lib.5. nouæ compi-
lat.quæ lex alimentis modū ſta-
tuit, & ſubſtātiæ paternæ quin-
tam partem aſcribit, qui modus
doti præfinitur teſte Tellio.l.10
Tauri.nu.18.ꝙ.ſi modum à lege
præfinitū dos ſuperet, id quod
excedit modum vendicabitur
ab

ab hæredibus patris. Bald. l. fin.
§. ſi à ſocero. num. 2. ff. quæ in-
fraudem ered. Aton. Gomez in
l. 10. Taur. nume. 44. Dominus
33 Ludouicus Molina de primo
genijs. lib. 1. c. 15. nu. 50. Vtrum
conſtante matrimonio vendica
re hæredes poſsint, an verò de-
mum matrimonio ſoluto in am
biguo eſt, & non poſſe dum ma
trimonium ſtat reſpondit Bart.
dicto. §. ſi à ſocero. nume. 2. pro-
pterea quià maritus titulo one-
roſo dotem accepit. l. fina. §. fin.
ff. quæ infraud. cred. l. ex pro-
miſsione. ff. de actio. & obliga.
l. 17. Tauri. mulier autem titulo
lucratiuo dotem capit, ſed ſpu-
riæ filiæ donare pater non po-
teſt. l. 1. C. de natur. liber. ergò
à filia vendicabitur non à mari-
to. Hæc ſententia communiter
eſt recepta teſte Ioanne Luppo
in. c. per veſtres not. 3. §. 24. nu.
3. cui acceſsit Guillermus. c. rai-
nitius verb. & vxorem nomine
Adolaſiam. nume. 126. Sarayna
in additione Corſeti ſingl. 146.
Antonius Gomez. l. 29. Tauri.
num. 34. Ludo. de ſardis de legi
timatione. §. fina. nume. 10. Ioan.
Baptiſta de ſanct. Blaſio de pri
uilegijs dotis priuilegio. 242.
Rolandinus tractatu flos teſta-
mentorum Rubri. 18. nume. 4.
34 Quæ ſententia obtinet quando
maritus ignorauit vxorem eſſe
ſpuriam, ſecus ſi ſcienter cum
ea matrimonium contraxerit,
vt multis placet teſte Domino
Couarru. dicto. §. 6. num. 12. præ
dixit Ioann. Luppus. c. per ve-
ſtras not. 3. §. 22. nume. 8.

Contrariam ſententiam plu-
res approbant Paul. caſt. l. vni.
C. de inofficio. dotibus. nume. 1.
ſequitur Ioann. Luppus. c. per
veſtras not. 3. §. 22. nnme. 9. Do-
minus Couarru. dicto. §. 6. num.
12. ea ratione hoc fit, quià impu-
tare ſuæ facilitati maritus debet
qui vxorem duxit ſpuriam argu
mento. l. qui bona. §. de illo. ff. de
damno infecto. c. damnum de
regul. iur. lib. 6. tenebatur non
ignorare leges, quæ iubent ne
pater ſupra quintam bonorum
partem dotis nomine pro filia
ſpuria dare poſsit, quod ſi quid
ſupra quintam datum ſit, condi
cetur à marito, quià iura nõ ſuc-
currunt ſtultis. l. regula. §. ſiquis
in fin. ff. de iuris & facti igno.
propterea iure noſtro hæc ſen-
tẽtia approbata eſt. l. 29. Tauri.

Vlterius huius. §. ſentẽtia nõ
35 tãtum locum habet in patre ve-
rum etiam in matre, quæ ſpuriũ
filium alere tenetur. c. cum habe
ret. in fine de eo qui duxit in ma
trimo. illis verbis (ſolicitudinis
tamen tuæ intererit, vt vterq;
liberis ſuis ſecundum quod eis
ſuppetunt facultates neceſſaria
ſubminiſtret) quo in textu ſi be
nè põderetur, hoc probatur, vti
Abb. inibi notat. nu. 9. verſi. &
aduerte. traddit Speculat. titulo
qui filij ſint legit. nu. 17. Angel.
in. §. ius naturale. numer. 6. inſt.
de iure nat. ſequitur. Emilianus
conſilio. 146. num. 11. Gregorius
l. 3.



titul. 9. part. 4. Dominus Co-
uarru. in epit. de ſponſali. 2. par
te. c. 8. §. 6. numero. 13. qui ait du
biam eſſe apud ſe ſentẽtiam Ab
batis dicentis, vtrumq; paren-
tem cogendum eſſe alere filios
ſpurios, quam ob cauſam hoc
dixerit Dominus Couarru. non
intelligo: propterea ſuprapoſui
verba vltima. c. cum haberet. vt
quiſq; videat ſententiam Ab-
batis ex illo capite depromi,
quem ſequitur Mẽchaca de ſuc
ceſsionum progreſſu lib. 1. §. 4.
num. 49. ſequitur Gregor. ſcho
lio. 1. in. l. 3. titul. 19. part. 4. Item
ea ſententia, quæ habet ꝙ ma-
ter teneatur alere filiũ ſpurium,
36 vera eſt iure Regio. l. 5. titul. 19.
part. 4. quæ opinio non obti-
net ſi mater nobilis ſit, quæ ſa-
nè ſpurium lactare non coge-
tur. Azo in ſumma. C. de patria
poteſta. quæ ſententia quamuis
in ſpurijs obtineat, non ita in
legitimis, vt ſcribimus in. §. ſi
mater.

37 Secundò hæc opinio locum
non habet ſi mater inops ſit, &
lactando filio non ſufficiat Azo
in ſumma. C. de patrià poteſta.
Bart. tracta. alimentorum. Do-
minus Couarru. numer. 13. qui
plures aggregat. l. 3. titul. 10. par.
4. quod ſic accipiendum eſt, ſi
mater inops ſit, nec artificio ali
quo lactando filio poſsit ſatisfa
cere, ſecus ſi cauponam taber-
nam, fulloniam, aut ſtabulum
exerceat Emilianus conſil. 146.
numero. 12.

38 Item huius. §. ſententiæ locus
eſt in perſona nurus, quià pater
non tantum alere tenetur filium
ſpurium ſed vxorem eius. l. ſi fi-
lia. §. ſi filius. C. fam. hærcis. trad
dit Angel. §. 1. inſtit. de iure na-
tu. nume. 5. qui ex Vlpiani reſ-
ponſo colligit vxorem filij ſpu-
rij patrẽ alere debere. Sed hæc
lex de vxore filij legitimi & na-
turalis agit, non de vxore ſpu-
rij, legis tamen ratio æqua lan-
ce ſubeſt in perſona vxoris filij
ſpurij: cum alendi ſint ſpurij à
parentibus in vtroq; foro huic
ſententiæ accedit Tellius in. l.
10. Tauri numero. 10. qua de re
agimus in. §. non tantum infra
iſta lege.

39 Vlterius hæc ſentẽtia locum
habet in nepotibus ex filio ſpu-
rio, quos auus alere tenetur Ni
colaus de vbaldis tracta. de ſuc
ceſsio. abinteſta. 1. parte nume.
47. verſ. ſequitur quarta ſpecies
liberorum argumẽto. c. cum ha-
beret. qui textus agit de filijs ſpu
rijs alendis à patre, idem eſſe in
perſonis nepotum, quaſi eadem
in vtroq; ſubſit ratio, ſcripſit
Nicolaus de vbaldis. Sed quis
etiam lippus nõ videt, non ſub-
eſſe eandem rationem in perſo-
nis nepotum ac filiorum, vt con
ſiderauit Gregori. ſcholio quæ
ſuben. in. l. 5. titulo. 19. part. 4.
Sed in ſpecie propoſita cum
de ſpurijs agamus, potior ratio
eſt in nepotum perſonis, ꝙ́ in
perſonis filiorum, quià licet pa
ter naturali iure filios alere te-
neatur,

neatur, non ita nepotes: atq;
hæc ſententia obtinet, ſiue le-
gitimi ſunt filij ſiue ſpurij, cum
vtriſq; natura communis ſit. l.
hos accuſſare. §. omnibus. ff. de
accuſatio. ius tamen ciuile com-
muni Reipublicæ vtilitati con-
ſulens liberos ex nuptijs procre
ari voluit, vetuitq; concubitus,
qui vxorij non ſint, nec ſine pæ
na, vt hominum libidinem re-
frenaret charitas liberorum,
quos odio parentum noluit à pa
tribus educari, vt iniuſti paren
tes in filiorum perſonis plecte-
rentur. l. final. C. de naturali.
lib. vnde cum in perſonis ne-
potum hæc ratio non ſubſit, ap
paret ab auis alendos eſſe iure
optimo, cui ſententiæ acceſſe-
re Ioann. Luppus infra. Soci-
nus conſi. 161. nume. 1. lib. 2. Ruy
nus conſilio. 124. nume. 11. lib. 1.
Rolandus conſilio. 54. num. 62.
lib. 2. Dominus Couarru. in epi
tome de ſponſalibus. 2. parte. c.
8. §. 6. nume. 16. qui aduocat in
hanc ſententiam Bart. & Abb.
cũ nil minus ſenſerint. Sed hãc
opinionem communiter rece-
ptam eſſe traddit Dominus An
to. Padilla Auth. res quæ. C. cõ-
munia de legat. numero. 66. cui
accedit Marcus Anton. natta.
40 conſilio. 108. nume. 4. Hæc re-
cepta crebriusq; approbata o-
pinio iure Regio improbatur.
l. 5. titu. 19. part. 4. vbi decretum
eſt nepotib9 ſpurijs ſiue ex ſpu-
rio filio procreatis non teneri
parentes virilis ſexus alimenta

*Interpretatio legis Regiæ.*

præſtare, ſed eos dũtaxat auos
hoc onere aſtrictos eſſe qui ma-
terni ſint, quam legem iuris cæ-
ſarei rigorem ſequi atteſtatur
Dominus Couarru. dicto num.
16. qui affirmat legem iure cano
nico correctam eſſe, cui accedit
Dominus Padilla dicto numer.
66. Sed nõ abrogari legem per
ius canonicum, quinimò ius ca-
nonicum contrahi, ac limitari
lege illa ſcribit Gregorius ſcho
lio que ſaben. l. 5. titulo. 19. part.
4. Gregorij ſententiam ſequitur
Menchaca de ſucceſsionũ crea
tione lib. 2. §. 20. nu. 313.

Hinc apparet iure noſtro in
ambiguo eſſe, an aui paterni a-
lere teneantur nepotes ex filio
ſpurio procreatos, cum lege Re
gia ius canonicum limitari ſint
qui dicant, alij verò legem per
ius canonicum ab rogari.

41 Ego tamen, vt quæſtio hæc )(
enodetur, in propoſito ſuppo-
no prudentum reſponſis ſanci-
tum eſſe, ac ipſo iure ciuili, vt
parentes virilis ſexus non co-
gantur alere nepotes ſpurios
aut ex filio ſpurio procreatos. l.
ſiquis à liberis. §. vtrum. ma-
terni aui coguntur dicto. §. v-
trum. ex quo detracta fuit lex
Regia, quæ trahẽda eſt ad prio
rem legem à qua defluxit: ſci-
licet à dicto. §. vtrum: qui tex-
tus ſi per ius canonicum ſit ab
rogatus, erit ab rogata lex Re-
gia, ſed in hoc articulo ius ciui-
le non ab rogari per ius canoni
cum ex eo apparet q. c. cum ha
beret, de filijs tantum agat, non
de nepotibus. §. vtrum. etiam de
nepotibus agit, ergò cum per.
c. cum haberet, abrogetur ius
ciuile in caſu qui capite illo non
eſt comprehenſus, leges obſer-
uari debẽt. argumento. l. præci-
pimus in fine. C. de appell. glo.
eligetur clem. 2. de electio. Vn-
de quamuis iure canonico corri
gantur leges in perſonis filiorũ,
non corrigentur in perſonis ne
potum de quibus. c. cum habe-
ret nõ egit: quamuis in vtriſq;
42 eadem ſubſit ratio. Sed hæc ſic
accipienda ſunt, vt quamuis in
correctorijs non ſit permiſſa ex
tenſio ex maioritate rationis, vt
ingenuè doctores fatentur teſte
Iaſſ. §. ſi quis agens nume. 10. in
fine inſti. de actio. non tamen
prohibita eſt extenſo de ſtricta
dictionis ſignificatione ad la-
tam. Accurſius ſcholio ad cura-
tionem in Auth. vt ij qui obli-
gat. ſe perhi. habere res mino. in
principio colla. 6. ſequitur Iaſſ.
in. l. 5. numero. 4. ff. de verb. o-
bligat. Idem Iaſſ. in. l. fratris. nu-
mero. 4. C. de inoffi. teſta. Ac-
curſij ſententiam crebrius eſſe
receptam traddidit Curtius iu-
iu. l. admonendi numero. 61. ff.
de iur. iuran. Textus autem in.
c. cum haberet, conſtituit ſpu-
rios liberos alendos eſſe, ergò
& nepotes ali ab eiſdem debe-
re ſimili modo conſtituitur per
penſa lata ſignificatione dictio-
nis (liberis) quæ, licet ad patrẽ
& matrem in illo capite refe-



ratur, tamen dictio hæc tam fi-
lios q; poſteros comprehendit.
l. liberorum. ff. de verb. ſignifi.
atq; ita tam parentes quam re-
liquos maiores, igitur ius cano-
nicum agit de auis, qui ex lata
dictionis (liberis) ſignificatio-
ne illo capite comprehenſi ſunt,
ergò leges quæ conſtituere, q
virilis ſexus aui non teneantur
alere nepotes ſpurios ſeruari
non debent, vnde apparet be-
ne conſideraſſe Dominũ Couar
ruu. legem ſepti Partitam ab ro
gari per. c. cum haberet.

*Interpretatio legis Regiæ.*

43 Ego noto legen Regiam quæ
ex. §. vtrum detracta eſt, ratio-
nem ſubieciſſe, quare aui pater
ni ſpurios nepotes alere non co
gantur, ſed tantum materni:
quia ſpurij filij maximè incertus
ſit pater, mater autem certa ſit,
illis verbis (eſto es por eſta ra-
zon, porque la madre ſiempre
es cierta del hijo que nace della,
que es ſuyo, lo que non es del
padre de los que nacen de las
tales mugeres) Deciſio legis cõ-
trahitur per rationem expreſ-
ſam in lege, quam ratio ipſa li-
mitat & declarat, ſi lex indefi-
nitè ac generaliter loquatur. l.
cum pater. §. dulciſsimis. ff. de
leg. 2. glo. eligatur clem. 1. in prin
cip. de electione. ſequitur Iaſſ.
in. §. omnium. numero. 38. in-
ſtitu. de actio. Idem Iaſſ. l. quam-
uis numero. 7. C. de fidei com-
miſſ. Ioann. Luppus Rub. de do
natio. inter virum & vxorem.
§. 68. num. 14. hanc opinionem
crebrius

crebrius receptam eſſe traddit
Alex.nu.5. Iaſſ.nu.6. Curt.iuni.
nu.15.Corne.nu.15.in.l.humani
tatis.C.de impub.&aliјs ſubſti.
Iaſſ. auth. quas actiones. nu.22.
C.de ſacro ſanctis eccle. Purpu
ra.l.fi.nu.23. C. de pactis.in hoc
articulo plura aggregat Mēcha
ca de ſuceſsionū creatione lib.1.
§.10.nu.27.&.nu.45.Idem Mē-
chaca lib.1.§.8.nu.8. Idem lib.3.
§.22.nu.52. Ergò ſi certò appa-
reat ſpurium eſſe nepotem,quià
pater eius filium ſuum eſſe dicat
aliavè legitima probatione,hoc
45 enim legis ratio benè admittit,
&licet præſūptio,qua innititur
lex Regia , eſſet iuris & de iure
admitteret aduerſus ſe ipſius pa
tris confeſsionē. Accurſius ſcho
lio nullo modo in.l.in contracti
bus.C. de non num.pecu. Idem
Accurſius ſcholio ſcribat auth.
de æquali dotis.§. illud coll.7.ſe
quitur Bart. Auth. ſed iam ne-
ceſſe. C. de donatio. ante nupt.
Bal.l.filium quem habentem.C.
fami.hercis.Paul.caſt.in.l.in ra-
tione.§. quod vulgò. ff. ad lege.
falcid.Iaſſ.l.fin.§.& ſi prefatam.
C. de iure de lib. Alciat. tracta.
præſumptionum ſecunda par-
te in prin. nu. 6. Decius in rub.
de probatio.nu.9.vbi Aret.nu.
17.dicit hanc ſententiam eſſe cō
munem.Idem teſtatur Dominus
Couarrub.de ſponſalibus.1.par
46 te.c.4.nu.3.Sed verius eſt legem
Regiam,propter eà, quià pater
ſpurij ſit incertus, minimè con-
ſtituiſſe vt nepotes ſpurij à pater

Noua legis reſtrictio.

nis auis alendi nō ſint:ſed id po
tius ſtatuit conſultorum reſpon
ſo accedens in.§.vtrum. deciſio
nis rationem ſubjicit lex dicens
propter eà auum paternum co-
gi non debere ſpurios alere ne
potes,quià ſpurij pater incertus
eſt, quæ ratio , cum ſit quædam
præſumptio,efficiet, vt ſpurius
quo ad hoc vt ali ab auo pater-
no debeat non cēſeatur nepos,
niſi approbauerit. argumento.
l.Aurelius.§. Titius teſtamento.
47 ff. de lib.legat.Ex qua interpre
tatione colligitur captio quædā
ac limitatio. l. ſiquis à liberis. §.
ſi vel parens , vt locum non ha-
beat illius legis ſententia in ne-
potibus ſpurijs , quiquidem ſe
nepotes eſſe plenè probarētenē
tur ſi ali ab auo paterno deſide
rent,nec ſat erit ſi ſummatim de
ea re iudex cognoſcat, vt in filij
legitimi perſona conſtitutū eſt,
quod in ſpecie. c. cum haberet.
obtinebit, vt ita demum alatur
filius ſpurius,ſi plenè probaue-
rit ꝙ filius ſit,cum lex filium nō
eſſe præſumat , vnde ſpurio in-
cumbit neceſsitas probādi ple-
nè ꝙ filius ſit , quià cum lex ali-
quid probari præcipit , de ea
probatione loqui intelligitur,
quæ plena ſit:vnde ille qui pro-
bat implere tenebitur proba-
tiones.l.in exceptionibus in fin.
ff. de probatio. l. non hoc. C.
vnde cog.
48 Quæ autem alimenta ſpurijs
præſtanda ſint , quæri ſolet , &
ea præſtari debere ſine quibus





ali corpus non poſsit, ſed ſi adē
pta fuiſſent, homo periret,cum
vitæ ducēdæ ſint neceſſaria plu
res exiſtimarunt Bald.l.ſi mari-
tus.ff.ſolut.mat. qui ait alimēta,
quæ pietatis intuitu præſtātur,
non eſſe præſtanda pro dignita
te eius,cuidātur. Vnde cum ſpu
rios ali piè conſtitutum ſit iure
canonico, alimenta erunt, quæ
vitæ ſubſidio ſint neceſſaria, nō
pro dignitate eius cui præſtan-
tur,idem placuit Caſaneo con-
ſilio.39.nu.55.Croto.l.1.§. ſed ſi
mihi nu.6.ff.de verb.oblig.ſunt
enim ſpurij longè deterioris cō
ditionis ꝗ̃ legitimi auth.licet.C.
de natur.liber.c.ſi gens Anglo-
rum.56.diſtinctione,ergò longè
tenuiora alimenta ſunt illis præ
ſtanda ꝗ̃ legitimis. hæc traddit
Emilianus conſilio. 146. nu. 10.
Craueta conſilio.219.nu.8.lib.2
Petrus benintendus deciſione.
22.nu.8.qui ait huic opinioni fa
uere.c.cum haberet , qui textus
educari iuſsit ſpurios , ne fame
perirent:cum iure naturæ ali de
beant:vnde colligitur ea alimē-
ta ſpurio eſſe præſtanda,quæ ne
ceſſariò deſiderātur ne fame pe
reat:non autem ali debet pro di
gnitate quam ſpurius nō habet,
49 cum infamis ſit. Quæ opinio ex
eo apparet, ꝙ infamis à digni-
tatibus arceatur.l.1.C.de digni.
lib. 12. vbi notat Bart. ſpurius
autem dignitatem obtinere nō
poteſt.c.in decorum de ætate&
quali.c.1. de filijs presbit. lib. 6.
ergò eſt infamis Grego. ſcholio

caen en verguença in principio
titulo.13.part.4.poſt Bal.l. gene
raliter.§.1.C.de inſtitu.& ſubſti
tu.qui ait ſpurios iure canonico
infames eſſe.Idem approbat Ro
landus conſilio.74.nu.30. lib.1.
50 idem Rolandus conſilio.79.nu.
45.lib.2. Atq; hinc dicit Cacia-
lupus, ꝙ ſpurij principum ma-
gis ſunt odioſi in.l.ſiqua illuſtris
C.ad orfici nu.68.Barb.in repe
titione.l. cum accutiſsimi C. de
fidei cōmiſsis.nu.221.& nu.227.
qui agunt de ſpurijs illuſtri ma-
tre procreatis, non idem eſſet ſi
nobili patre aut illuſtri ſpurius
genitus ſit,qui vilior nō eſt ſpu-
rio ex plebeio nato , quià licet
ſpurius patrem non ſequatur. l.
cum legitimæ.ff. de ſtatu homi-
51 num & in hoc par ſit conditio
ſpurij illuſtri patre procreati &
eius qui ex plebeio. l. ſi ſpurius.
ff. vnde cogna.at maiorum ſplē
dor & ipſa natura multum ho-
noris tribuunt ipſi ſpurio argu
mento.l.3. ff. de interdictis, de-
trahuntq; illi, qui ex plebeio na
tus eſt , quià mali corui malum
ouum:de quo Eraſmus chiliadis
1.centuria.9.paræmia.25. & ait
Plutarch9 in principio libri pri
mi de liberis educādis: Pulcher
theſaurus eſt bonis procreatū
eſſe parentibus, de qua re plura
ſcripſit Dominus Iacobus ſepti
mancenſ. in lib. inſtitutionum.
c.49.nu.5. hinc apparet ſpurijs
ex illuſtri patre procreatis iniu
ſtum in placabilemq; fuiſſe Rai
mundū conſil.77.nu.7.&.nu.12.

lib. 3. qui dixit ſpurium nobili
patre procreatum viliorem eſſe
52 ſpurio ex plebeio nato. Sūt ta-
men qui cōtrariam ſententiam
tueantur, exiſtimētq; ſpurios fi
lios pro dignitate alendos eſſe
Corſe. in ſingu. incipit ſpurios.
2. cuius additionator plures in
vnum contulit, huic opinioni
accedit illuſtriſsimus Dominus
Couarru. in epithome de matri-
mo. 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 8. Domi
nus Ludouicus Molina de Hi-
ſpanorum primogenijs lib. 2. c.
15. nu. 55. verſicu. ſed verius eſt.
53 Ipſe tamen Dñus Couarru. refe
llit ſententiam Baldi, & ait iure
canonico ſpurijs alimenta debe
ri pro dignitate eorum iuxta de
ciſionem. c. cum haberet. de eo
qui duxit in matrimonium: quæ
hoc modo intelligenda eſt, ſed
iure ciuili ſpurijs filijs, de quibus
agit auth. ex complexu præſtari
debent alimēta vitæ neceſſaria,
ne fame pereant, ſic intelligēda
eſt deciſio Auth. ex complexu
hoc pacto in vnam conſonan-
tiam iungit ius canonicum & ci
54 uile Dominus Couarru. Hæc ta
men vix deffendere poterit, qui
verba & poteſtatē vtriuſq; tex-
tus penſitauerit: quia auth. ex cō
plexu generaliter & indefinitè
ſpurijs denegat alimenta, quo-
rum verbo ea continentur ſine
quibus ali corpus non poteſt. l.
legatis. ff. de aliment. & cib. leg.
l. verbo victus. ff. de verb. ſignifi
catio. ergò alimēta quæ vitæ du
cendæ neceſſaria ſunt, ius ciuile
de negat, ipſumq; ius canonicū
non imperat præſtari ſplendi-
da ac larga pro dignitate eius,
cui dantur: nec elicitur hæc ſen-
tentia ex. c. cum haberet in ſina-
libus verbis, (ſolicitudinis tuæ
intererit vt vterq; liberis ſuis,
ſecundum quod ei ſuppetunt fa
cultates, neceſſaria ſub mini-
ſtret) hic apparet vtrumq; pa-
rentem alimenta præſtari tene-
ri, ſecundum facultates cuiusq;,
vt pater ſi ditior matre ſit, plus
conferat, eodem modo mater, ſi
ditior ſit patre plus cōferet: atq;
hac de cauſa quātæ ſint cuiusq;
facultates cōſideramus: non au
tem vt lautè voluptuoſeq; ala-
tur ſpurius, cui alimēta vitæ ne-
ceſſaria præſtāda ſunt, ne fame
pereat, quod apertè demon-
ſtrant verba illa (neceſſaria ſub
miniſtret) illud enim in re quali
bet dicitur neceſſariū, ſine quo
res conſiſtere nequit. Cicero lib.
2. de natura deorum, nos è ter-
ræ cauernis ferrū elicimus rem
ad colendos agros neceſſariam.
idem Cicero lib. epiſtola. 14. ad
Terentiam. epiſtola. 20. Item cæ
tera quæ ſunt ad victum & vale
tudinem neceſſaria, vnde appa-
ret ea quæ ad vitam ſunt neceſ-
ſaria, ne fame filius ſpurius pe-
reat, eſſe à parentibus præſtan-
da, quod arbitrio boni viri re-
55 linquendum eſt. Accurſius ſcho
lio. legitima auth. de triente & ſe
miſſe. §. conſideremus. per auth.
quibus modis natura effici. ſui.
§. fina. huic Accurſij ſententiæ
accedit



accedit Ioannes Igneus in Rep.
l. neceſſarios. §. nō alias. nu. 146.
ff. ad ſillaniū. Emelianus cōſilio
56 146. num. 6. Virum bonum pro
iudice leges accipiunt. l. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verb. obli-
ga. annotat Accurſius ſcholio
quaſi. l. ſed ſi vnius. §. prætor ait.
ff. de iniurijs. per eum textum.
idem Accurſius ſcholio pe. in. l.
omnis. ff. de procurat. Bernar-
dus ſcholio, celeri in. c. potuit
de locato. traddit Tiraquellus
tract. de retractu titu. 1. §. 30. glo.
2. nu. 1. quæ conſultorum reſpon
ſa non apertè demonſtrant viri
boni appellatione iudicem con
tineri, vnde ipſe exiſtimo virū
bonū dici eum qui integræ exi-
ſtimationis probatæq; fidei ſit:
hinc fit vt cum lex aliquid viri
57 boni arbitrio reliquit, de eo in-
telligat qui probus ac diligens
ſit pater familias, cuia nihil in
ea re intereſt. l. quod niſi. ff. de
operis liber. l. cum vnus. §. fina.
58 ff. de vſufructu. Quæ ſententia
iure Regio approbata eſt. l. 8. ti
tulo. 13. part. 6. quo iure alimen-
ta decernenda ſunt filio ſpurio
nō arbritrio boni viri, ſed quin
ta pars ſpurio aſcribetur, vt ala
tur. l. 10. Tauri. quæ eſt. l. 8. titu. 8
lib. 5. nouæ compilat. cuius rei
cognitio prolixiorē tractatum
59 habet, ſi quidem multa in pro-
poſito quæri ſolent, ſed maximè
an ſi quinta paternæ ſubſtantiæ
pars alendo filio ſpurio non ſuf
ficiat, vltra præſcriptum modū
progredi liceat, & licere atteſta
tur Dominus Couarru. in dict.
§. 6. nu. 8. ſed viri doctiſsimi ſen
tentiam refellit Tellius. l. 10. Tau
ri nu. 3. qui negat licere vltra cō
ſtitutum alimentorum modum
progredi: arguitq; incuriæ illu-
ſtriſsimum Couarruuiam quod
huius ſententiæ authorem dixe
rit Ioannem Luppum in. c. per
veſtras de dona. inter vir. & vxo.
nor. 3. §. 24. in fine qui tamen id
non dicit, ſed Tellius alios in-
crepans miſerè allucinatur: cum *Aduerſus Tellium.*
Dominus Couarruuias duo pro
ponat: Hoc primò, ꝙ ſi quinta
pars paternæ ſubſtantiæ nō ſuf
ficiat alendo ſpurio vltra pro-
gredi liceat, ipſeq; in hanc ſen-
tentiam neminem aduocat. Se-
cundò proponit nō minui præ-
ſcriptum modū ac quintam ſub
ſtantiæ partem à lege definitam
pro alimentis ſpurij ex eo, quod
pars illa ſuperet alimenta neceſ
ſaria, in hisq; partibus eſſe Lup
pum ait, qui in hac ſentētia fuit
in. §. 24. de qua re agemus infe-
rius, dum ſciamus quis iuſtius
iuduit arma, Dominus Couarru
uias qui affirmat vltra conſtitu-
tum modum progredi licere, ſi
quinta paternæ ſubſtantiæ pars
alendo ſpurio non ſufficiat, an
Tellius qui negat, innititur q;. l.
10. Tauri. Illis verbis (por vir-
tud de la tal obligaciō no le pue
da mandar mas de haſta el quin
to) quæ lex agit de patre, qui ale
re tenetur, item de filio, qui in-
diget alimentis, & præcipit, ne
ſpurio filio ob alimenta pater

præſtet vltra quintã bonorum
partem. quod ea ratione fit, quià
de ea parte pater pro arbitrio
teſtari poteſt, cum non cedat in
filij legitimã: alioquim legitimũ
filium damno afficeret ſpurius,
quod iura abhorrent: hæc Te-
llius, qui negat educationem li-
berorũ eſſe iuris naturalis, qua
dere abundè infra actũ eſt. Sed
hæc non conſiderauit maturè
Tellius, cũ ſpurij filij ali debeãt
ſecundum regulas iuris Pontifi-
cij, cui ius ciuile cedit in hoc arti
culo: vt crebrius receptum eſt.
Si ſpurius ali debet, nec quinta
pars ſubſtantiæ paternæ ſat eſt,
vltra præſcriptum modum ero
gabitur, ne pereat ſpurius filius:
vnde ex vniuerſis patris faculta
tibus alentur legitimus & ſpu-
rius ſi vtriq; alendo ſufficiant:
quòd ſi vnitatum, præferetur le
gitimus, qui certus filius eſt. l. fi-
lium. ff. de his qui ſunt ſui. ꝙ ſi
ſpurius ex eo ſit procreatus, qui
liberos legitimos non ſuſtulit,
cum fratrem legitimè quæſitum
competitorem non habeat, de
bonis patris aletur, quãuis vni-
uerſa ſubſtantia patris prodiga
tur, ſi tàm ſit modica, vt alendo
filio ſpurio ſit neceſſaria: quià iu
ra canonica & naturalià nõ po-
tuit corrumpere ciuilis ratio. l.
eas obligationes. ff. de capit. di-
60 mit. Hinc apparet contra iuris
naturalis præcepta peccare pa-
trem, qui cum liberos habeat,
quibus alendis ſat eſſet vniuer-
ſum patrimonium, vni tertiam
& quintam bonorũ partem re-
linquit: vnde fit vt iſte lautè a-
latur, reliqui fame egeſtate q;
premantur, cum frater non co-
gatur alere fratres niſi ex largis
facultatibus, vnde filiorum al-
ter abũdabit, alter eſuriet. Nec
huic opinioni obſtat ſi dicatur,
ꝙ iure Regio hoc permiſſum ſit,
quià hæc deciſio generalis con-
trahi debet, ſi alimenta filijs hac
de cauſa auferantur: quod im-
piũ eſt. l. necare. ff. de lib. agnos:
non enim poteſt ius ciuile per-
mittere, vt neceſſaria vitæ tuen
dæ alimenta filio denegentur:
quæ iure naturæ præſtãda ſunt
legitimè quæſitis liberis, atq; ſpu
rijs: cui ius canonicum acceſsit.
Id autem, quod ſecundo loco
61 traddidit Dominus Couarru.
dubitationẽ habet: vtrũ minui
debet ac contrahi quinta pars
ſubſtantiæ paternæ, ſitàm am-
plaſit vt alendo filio ſpurio pro
dignitate eius ſufficiat, ſuperq;
ſit, & nõ debere cõtrahi author
eſt Ioã. Luppus in. c. per veſtras
not. 3. §. 24. nu. fi. cui accedit Do
minus Couarru. dicto nu. 8. qui
in hac ſententia fuere argumen
to. l. 9. & . 10. Tauri. Vbi permiſ-
ſa eſt parentibus poteſtas relin
quendi ſpurio filio quintam bo
norum partem, nec deciſionem
contrahit lex, vt locum non ha-
beat, ſi quinta pars vltra mo-
dũ alimentis præſcriptũ progre
diatur, vnde meritò dicit Ioan.
Luppus cõſtitutionem hãc per-
petuò eſſe memoriæ tenendam,
eamq;



eamq; affirmat eo rogante con
ditam eſſe. Hanc opinionem ſe-
quitur Anton. Gomez in. l. 10.
Tauri numero. 41.
62 Contrariam ſententiam mul
ti approbant exiſtimãtes minui
quintam ſpurio filio à patre reli
ctam, ſi alimẽtorum modum ſu-
peret. Caſtillus in. l. 10. Tauri. in
parte mas de la quinta, hæc opi
nio placuit Tellio. dict. l. 10. nu. 9
domino Ludouico Molinæ. lib.
3. de primogenijs. c. 15. nu. 54. ea
ratione, quià ſpurius alimenta
dum taxat capere poteſt de bo-
nis paternis: lexq; certis finibus
circumſcripſit, quod alimento-
rũ nomine filius capere poteſt,
quos eggredi permiſſum nõ eſt.
l. age cum geniano. C. de tranſa-
ctio. l. in agris. ff. de acquir. rerũ.
domi. vnde cum alimenta tan-
tum ſpurius filius capere poſsit,
quod vltra alimenta pater dede
rit donaſſe videbitur, quapro-
pter id quod alimẽtis pro digni
tate ex hibitis ſuperſit, filius nõ
capiet. Nec contrarium conſti-
tuit lex Regia, ſed id potius, ꝙ
pater ſpurio filio relinquere nõ
poſsit vltra quintam alimento-
rum nomine, ipſaq; lex negati-
uè loquitur, nõ permiſsiuè, quià
ſpurius alimentis debet eſſe con
tẽtus, ac prepterea nihil capiet,
63 vt Tellius ait, hanc opinionem
fulcit ſententia Bal. l. eam quam
nu. 14. C. de fidei cõmiſſ. quia it ꝙ
ſi pater ſpurio filio legauerit, ſi
alimentorum modum legatum
ſuperet, reuocabitur legatum
vſq; ad iuſtũ modum, ſequitur
Socin. cõſi. 161. lib. 1. pluresq; do
ctores, quos aggregat Tellius in
l. 10. Tauri. nu. 9. vbi Ioã. Luppꝰ
nu. 2. & . 50. hanc ſententiã ſequi
tur. Idem Ioã. Luppꝰ in. l. 9. Tau
ri. nu. 17. Ambroſius de opizoni
bus in repetitione. l. filius fami-
lias. §. diui. nu. 142. ff. de legat. 1.
64 Rolan. conſil. 74. nu. 4. Ex quo
apparet iure aptimo dixiſſe Ma
theum de aflictis deciſione. 99.
ꝙ ſiquis emphitheoticũ ius ſti-
puletur pro ſe & filijs ſuis natu-
ralibus & ſpurijs, ꝙ illis acqui-
retur emphiteoſis pro ea parte,
quæ alimẽtis par ſit, quæq; decer
nenda eſſet alimenta petẽtibus.
ſequitur Paleotus de nothis ſpu
rijsq; filijs. c. 31. nu. 5. & . c. 45. n. 8.
65 Ipſe tamẽ priorem ſentẽtiam
magis probo, quæ fulcitur. l. 9.
Tauri. & . l. 10. vti benè cõſidera-
uit Ioã. Luppꝰ in. §. 24. nu. fi. quæ
lex cõſtituit, ne pater aut mater,
in quibus caſibus aſtringuntur
onere alẽdi liberos ſpurios, poſ
ſint vltra quintã bonorum par-
tem filio dare: ergò argumẽto à
cõtrario ſumpto vſq; ad quintã
dare poterunt, cum prohibitus
donare vltra quantitatẽ præſcri
ptam à lege, vſq; ad eam donare
poſsit argumẽto. l. ſancimus. C.
de donatio. clem. exiui de para-
diſo verſi. cum autẽ natura ter-
mini. de verb. ſig. quem tex. dicit
eſſe ſingularẽ Socyn. repet. l. 1. ff.
de vulgar. nu. 38. Iaſſ. in. l. ſi cogni
tio in princi. ff. de offici. eius cui
mãd. eſt iuriſdictio. dicit eſſe tex

tum aureum Annanias. conſil.
36.dum declarat naturam termi
ni reſtrictiui. vnde cū pater vel
mater ſpurio filio non poſsit do
nare vltra quintam, vſq; ad quin
tam donare poterit, quæ ſenten
tia ex eo apparet, ꝙ lex Regia
*Interpretatio legis Regiæ.* in hoc articulo patris & matris
æqualem faciat cōditionem, ve-
tat enim quod pater aut mater
poſsit vltra quintā partem do-
nare ſpurio filio, illa dictio (no
pueda) ad vtrumq; refertur, ſed
vna determinatio reſpiciēs plu
ra determinabilia debet ea pari
formiter determinare.l.iam hoc
iure.ff.de vulga.mater autem a-
dulterino inceſtuoſo vè filio po
teſt donare vſq; ad quintam.l.
9.Tauri.licet iure cōmuni pro-
hibita ſit.auth.quib.modis.na-
tur.effici.legit.§.pen.& Accur-
ſius.l.ſi qua illuſtris.C.ad orfici.
Bart.l.fin.ff.de his quibus vt in-
dig.nu.4. ergò & pater, cum in
hoc ſit æqualis cōditio vtriuſq;
quod tàm ratio q̃; verba legis
demonſtrant (de la que podria
diſponer por ſu anima) eam par
tem quam extraneo dare pater
vel mater poteſt exiſtente prole
legitimè quæſita, poteſt ſpurio
dare legis indulgētia, quæ ſpurij
& extranei permittit eſſe æqua
lem conditionem, cumq; matri
quintam bonorum partem ſpu
rio dare permiſſum ſit lege no-
ua, ne alimētorum nomine plus
donare ſibi licere exiſtimaret,
conſtitutum eſt lege decima, vt
nomine alimentorum dare non
poſsit vltra quintam (y por cau-
ſa de los dichos alimētos no ſea
mas capaz el hijo illegitimo) er
gò quintam capere permiſſum
eſt, vltra quintam prohibitum.
66 Sed quid noui afferat lex deci-
ma, cum mater abſolutè ac pro
arbitrio poſsit quintam ſpurio
donare, quæri poteſt, & id ſanè
introducit, quod vltra quintam
quam donare poteſt legis per-
miſſu, aliquid amplius etiam ali
mentorum nomine dare nō poſ
ſit, quāuis dixerit quintam par-
tem non ſufficere alendo filio
ſpurio pro dignitate: ſed ſi vitæ
ſubſidio neceſſarium eſſet vltra
quintam dare, hoc non poſſet le
ge ciuili prohiberi, quià iure ca
nonico aliter cōſtitutum eſt, vt
ſupra poſuimus. Id etiam ſtatuit
lex decima, ꝙ ſi alendo filio ſex
ta vel octaua pars ſubſtantiæ pa
ternæ ſufficiat, non cogatur in-
uitus pater vltra illam erogare,
quià ſponte ſua quintam dare
poterit, inuitus autem non co-
getur niſi eam partem, quæ alē-
do filio ſpurio ſit neceſſaria ar-
67 gumento.l.non quicquid. ff. de
iudicijs. Hæc inferuntur ad mul
ta. Primò ꝙ ſi pater ſpurio filio
diuiti quintam reliquerit, non
minuetur legatum: Vt Ioā. Lup
pus maturè cōſiderauit in dict.
§.24.nu.ſi. cui accedit Domin9
Couarru. dicto nu. 8. & nu. 10.
quià lege decima Tauri permiſ
ſum eſt patri quintam bonorū
partem ſpurio filio relinquere:
quāuis vltra illam progredi pro
hibea



hibeatur, vt ſupra ſcripſimus.
Ex hoc apparet explodi debere
ſentētiā Tellij in.l.10. Tauri.nu.
6.&.7.refellētis Ioānis Luppi o
pinionem, propterea quià iure
cōmuni pater ſpurio filio legare
nō poſsit. Bart.l.fi.nu.3.ff.de his
quib.vt indig.argumento.l.1.C.
de natur.liber.l.10.titul.13.p.6.
Sed tantū alimēta præbere iure
canonico. c. cum haberet de eo
qui duxit in mat. traddit Craue
ta conſi.219.nu.7.lib.2.Paul.Gri
lādus de pænis omnifa.coitus.q.
2.nu.9. Loriotus de gradibus a-
xiomate.60. Alex.l.2.nu.3.ff.de
in ius voca. Pariſius cōſi.9.nu.3.
68 lib.2. Hinc dicit Paul.caſtrē.cō-
ſilio.5.lib.1.id quod pater relin-
quit ſpurio egēti cenſeri relictū
in alimēta. huic opinioni fauet.
l.ſi cum dotē.§.ſi pater.ff.ſolut.
mat.vbi in dubijs cēſetur quid fa
ctum ex ea cauſa, ex qua fieri po
teſt, notat Corneus cōſi.217.lib.
3.Craueta cōſi.219.nu.8.lib.2.vn
de apparet veram eſſe ſētētiam
69 Abb.cōſil.113.lib.2.quē ſequitur
Iacobus mādelius conſi.44.dicē
tis, ꝙ legatū ſpuriæ filiæ relictū
cedit in cauſam dotis, & peti de
bet quaſi dos. quæ alimēta quin
tam bonorum partem ſuperare
nō debent. Vnde lex Regia mo
dum alimētis ſtatuit, ne hac oc-
caſione pater poſsit ſpurio filio
maximā patrimonij partem cō-
ferre, ſed longè diuerſum cōſti-
tuiſſe legem Regiam, ſupra po-
ſuimus. quæ tam in ratione, q̃;
in æquiparatione patris & ma-
tris patri poteſtatem permittit
relinquēdi filio ſpurio quintam,
vltra quam progredi eum non
oportet, propterea quià alimen
torum onere aſtrictus eſt.
70 Secundò quod pater ſpurio fi
lio egenti poterit donare fun-
dum ex quo alatur, traddit Bal.
l.eam quam nu.45.C.de fidei cō
miſsis argumēto.l.Lutius.ff.de
donatio.inter vir.& vxo.vbi fru
ctus fundi non debēt excedere
quantitatem, quæ alimentis cō-
ueniat, ꝙ ſi ſuperent reuocabū-
tur vſq; ad eam ſummā, quæ ali
mētis præſtandis ſufficiat, ſequi
tur Ioan.Lupp.in Rubri.de do-
nat.inter vir.& vxorem.§.56.li
71 mit.2.nu.27. cui accedit Grego.
ſcholio.1.in.l.2.titulo.19.part.4.
In propoſito prætermittēdum
nō eſt, ꝙ fundus ex quo ſpurius
ali debet alienari non poterit,
quià fundum pignori acccepiſſe
videtur ad alimenta, Bart.l.Lu-
tius.nu.2.ff.de alimē.& cib.leg.
argumento.l.1.C.communia de
legat. ſequitur Rebuffus tracta
de cōſtitutione redditiū artic.1.
72 glo.14.num.38. Hinc fit vt dicat
Bal.conſi.175.lib.3.ꝙ in hac ſpe
cie ſpurius cauere debet ſe reſti
tuturū legatum fundum illis ad
quos peruenturus eſt poſt eius
mortē argumento.l.in omnibus
ff.de iudicijs, quià morte alimē-
tarij alimentorū extinguitur le-
gatū.l.cum ij.§.modus.ff.de trāſ
actio. Angel.conſilio.9. Ex quo
apertè colligitur legatū fundum
non trāſmitti ad hæredes ſpurij

73 Bar.in.l.fi.nu.7.ff.de his quibus
vt indignis. ſequitur Abb. cõſi.
115.nu.4.lib.2.Iacobus de ſanct.
Seuerino in.l.ſi qua illuſtris col.
fin.C.ad orficianum. & ibi Ca-
cialupus nu.93.Calcaneus cõſil.
62.nu.17.quià cum vita extingui
tur alimentorum legatum dict.
§.modus & argumento.§. ſed ſi
filius infra iſta lege.idem appro
bat Ioã.Luppus in.c.per veſtras
de donatio. inter vir. & vxor.
not.3.§.23.nu.7. vbi Bernardus
Diaz alios refert, ſequitur Gui
llermus in.c.Rainũtius de teſta-
mentis. verbo & vxorem nomi
ne Adalaſiam.nu.144.Aymon
Crauetа.conſil.199.nu.1. Petrus
benintẽdus deciſione.22.Anto-
nius in.l.20.Tauri nu.42.Rolã-
dus conſilio.54.nu.77.

74 Remedium autem vt ſpurius
tranſmittat in liberos fundum
legatum in alimenta præſenta-
neum eſt, vt docet Bart.in.l.fin.
nu.7.ff.de his quib9 vt indignis,
ꝙ pater ſpurio filio fundũ leget
ob alimẽta, ac iubeat vt filio de
mortuo in fundum eius filij ſuc-
cedãt, quo caſu tranſmittetur in
nepotes, quib9 auus donare po-
teſt, cui ſentẽtiæ plures acceſſere
Alex.cõſi.18.nu.17.lib.5.Craue-
ta cõſi.186.nu.16.Ioã.Lupp. in.l.
10. Tauri.nu.43.&. 44.Gomez
Arias in.l.7. Tauri nu.15. & nu.
41.idẽ Arias.l.8.Tauri nu.8.Ca
pitius deciſione.164. nu.1. hanc
opinionẽ approbat ipſe Bart.in
Auth.ex cõplexu.C.de inceſtis.
nupt.ſequitur Angel.de gãbelio
tracta.de teſta.glo.69.nu.2.Ro-
landinus tracta, flos teſtamẽto-
rum Rubri. 18. nu.4. Ioã.Bapt.
de ſancto Blaſio tracta.de pri-
uilegijs dotalibus priuileg.242.
Ludoui.de ſardis de legitimatio
75 ne.§.fin. nu.10. iure tamẽ Regio
cõſtitutum eſt vt ſpurius ad hæ-
redem tranſmittat, quod ei pa-
ter dederit ob alimẽta, eo ꝙ pro
arbitrio ipſe filius vtatur dum
vixerit.l.9.&.l.10.Taur.tradit
Dominus Couarrur.in epith.de
ſponſalibus.2.par.c.8.§.6.nu.15
Tellius.l.10.Tauri nu.57.&.58.

76 Sed quæri ſolet, iure Regio con
ſtitutum eſt ad hæredes ſpuriũ
filium trãſmittere quintã, quam
alimẽtorum nomine ei pater do
nauit, ſi filius ſpuri9 teſtatus mo
riatur: ſi tamen de quinta nõ di-
ſponat, an trãſmittat eam ad hæ
redes? & ex generali ac indeffi-
nita deciſione.l.10. Tauri.colligi
poteſt, ꝙ trãſmittat in hæredes,
in qua opinione fuit Tellius in
l.10. Tauri. nu.26.quià nõ diſpo
nẽdo hæredibus videtur eam re
linquere argumento. l.conficiũ-
tur.ff.de iure codici.cui ſentẽtiæ
accedo: quæ ex intentione legis
Regiæ concinè elicitur, niſi pa-
ter inuitus alere cogatur, nam ſi
captis pignoribus iudici parere
compellatur, fundumq; ſpurius
pignori accipiat ad alimenta,
nõ tranſmittet eum ad hæredes,
cum alimenta morte extinguan
tur.argumento.l.cum ij.§.cauſæ
ff. de tranſactio. exemplo filiæ,
quæ à patris ſucceſsione repelli
tur



tur per ſtatutum reſeruatis ali-
mentis, hæc non tranſmittit ad
liberos, quià cum vita finiuntur
§.cauſæ.traddit Bal.l.1.in fin. ff.
de iuſt. &. iur. ſequitur Albert.
Brunus tracta.ſtatutorũ arti. 11.
q.9.in principio nu.6.Ioan.Lup
pus in.c.per veſtras not.3.§.24.
nu.7.Item ipſæ leges Regiæ, quæ
poteſtatem tranſmittẽdi quintã
ſpurio permiſere loquũtur in ca
ſu quo pater ſpurio legat lubẽs
ac ſpontè.

77 Id quidem prætermittẽdum
nõ eſt, id quod alimentorum no
mine pater legauit ſpurio nõ cẽ
ſeri pium, propterea quià quam
uis inter patrẽ & filiũ pietas con
ſiſtat, tamẽ quià pietas hæc qua
pater impellitur ſpurio relin-
quere, eſt naturalis quædam cõ-
paſsio, nõ religio erga deum, nõ
eſt legatũ piũ Bal.l.1.C.de ſacro
ſanct.eccle.nu.28. ſequitur Ale.
in.l.diui Seuerus.nu.4.ff.ad leg.
fal.vbi ait hoc eſſe benè notãdũ.
)( Ipſe autem hanc opinionem
probare non poſſum, qui exiſti
mẽ cõtrariã aptius à iure deflue
re, cum perſona illius qui donat
non efficiat alimẽtorum legatũ
pium, ſed perſona eius qui ali-
mentis donatur.l.mella.ff.de ali
men.& cibar.leg.vnde quamuis
pater filio ſpurio donet ob natu
ralem erga filium charitatẽ, non
ob religionem erga deum, quià
egenti alimẽta ſubminiſtrat, in-
telligetur legatũ pium argumẽ-
to.l.nam & ſi parẽtibus. in prin
78 cipio.ff. de inoffi.teſta. Ex quo
apparet veram eſſe opinionem
Purpurati.l.ſi paſcenda.nu.42.
C.de pactis. qui ait ꝙ alimenta
ſpurio debita à patre iudicis of
ficio peti debent apud iudicem
eccleſiaſticũ.quod dixerat Aret.
conſilio.44. Bart.l.ſolent.ff. de
alimen.& cibar. legat. ſequitur
Ioann.Luppus in.c.per veſtras.
not.2.nu.19. Dominus Couarr.
dict.c.8.§.6.nu.6. quod ſic acci-
piendum eſt, vt ſpurius ſi velit
apud eccleſiaſticum iudicem po
ſtulare poſsit, inuitus verò non
cogetur, ſed poterit ſi libuerit
apud ſecularem iudicem alimẽ-
ta petere: vt traddit Lãcelotus
galiaula repet.Rub.ff. de verb.
obliga.nu.22.& nu.23.Capitius
deciſione.164.qui iudex, ſi lis ſit
delegato alimẽtorum ſpurio re
licto, ali ſpuriũ iubebit dum lis
pendet. Rebuffus ad cõſtitutio-
nes Regias tractatu de ſenten-
tijs articulo.1. glo.2.nu.30.

79 In ſuperioribus abundè trad
didimus ſpurium filium à pa- *Aduerſus Bald. & Alex.*
tre eſſe alendum: quæri tamen
ſolet, ſi pater mortuus ſit, nec
quidquam ſpurio reliquerit, an
hæredes alere ſpurium teneantur,
& teneri, author eſt, Abb.
conſilio. 115. in principio lib. 2.
qui ea ratione innititur, ꝙ pa-
ter alere tenebatur, ergò eius
hæres, qui in locum teſtatoris
ſufficitur, auth. licet. C. de na-
tur. liber. & ibi Baldus notat.
hoc ex eo fit, quià onus alendi
ſpurios filios, quo pater aſtrin-
gitur reale eſt, tranſit ꝙ cum
rebus

rebus ipſis paternis. l. 1. C. ſinè
cenſu vel reliq. hanc ſententiam
ſequitur Alex. conſilio. 149. lib.
2. Ludouicus de ſardis tracta. de
legitimatione colu. 9. verſiculo
quæritur. Hippo. ſing. 358. Do-
minus Couarru. dict. c. 8. §. 6. nu.
14. plures ſequũtur, quos in vnũ
contulit Dueñas Regul. 367. am
pliatio. 4. Petrus benintendus
deciſione. 22. Anto. Gomez. l. 9.
Tauri. nu. 39. Rolandus con. 54
nu. 64. lib. 1. huic ſentẽtiæ fauet
l. 8. titulo. 13. part. 6. quæ iubet fi-
lios naturales ali ab hæredibus
patris, quæ ratio locum habet
in ſpurijs, qui alendi ſunt à pa-
rentibus.

Contrariam ſententiam ſunt
qui defendant, vt neceſsitas alẽ
di ſpurios non tranſeat in hære
des patris. Sali. auth. ex com-
plexu. C. de inceſtis nupt. nu. 2.
Calcaneus. conſi 62. nu. 7. argu-
mẽto. l. fi. ff. de exercitoria. huic
ſectæ accedit Menchaca de ſuc
ceſionum creatione lib. 2. §. 20.
nu. 315. quæ ſententia tutum nõ
habet propugnaculũ quo ſe tue
ri poſsit, ſuperior autem opinio
& cõmunior eſt & verior, quià
bona patris alendi liberos one-
re aſtricta tranſeunt ad hære-
des. l. ſi quis à liberis. § itẽ reſcri-
ptum. quæ lex quamuis de patre
legitimo agat, locũ habet in per
ſona patris illegitimi, qui ſpu-
rium filium alere tenetur natu-
rali inſtigatione, & affectu, & ca
nonis præcepto. vnde in propo
ſito pater filio alimenta præſta-
bit pro modo facultatũ, quià ea
præſtare legis præcepto cõpelli
tur. l. ſiquis à liberis. §. ſed ſi filius
ſupra. l. Imperator. ff. ad trebel.
l. 2. titu. 19. p. 4. cũq; patris bona
hac obligatione ſint aſtricta, cũ
ſua cõditione ad quemcũq; hære
dem trãſeunt. l. 2. in princ. ff. de
alim. & cibar. leg. quæ lex huic
opinioni aprimè fauet, cũ nil in
terſit à teſtatore relicta ſint ali-
mẽta, vel legis præcepto debita:
cũ in hoc articulo par ſit legis &
hominis poteſtas. auth. de nup-
81 tijs. §. diſponat. Quæ ſentẽtia in
perſona emptoris locum nõ ha
bet, quià nõ ſubeſt eadẽ ratio in
ea, quæ in perſona hæredis, quià
pater qui filiũ exhibere cogitur
legis præcepto ex charitate ſan
guinis, liberã habet bonorũ ad-
miniſtrationẽ argum. l. ſi arroga
tor. ff. de adoptio. poteſtq; bona
vẽdere atq; in quoſcumq; vſus
prodigere, dũmodo in fraudẽ le
gis nõ prodigat. l. Imperator. ff.
82 ad trebell. Quæ ſentẽtia ſic eſt ve
ra, vt pater nequeat teſtamento
ſuo cauere ne hæredes alimenta
ſuppeditẽt filijs ſuis ſpurijs. Bal.
l. id quod pauperib9 nu. 37. C. de
epiſco. & cleri. poſt Dinũ cõſi. 9.
qui fuit author huius ſententiæ:
quià pater legis naturalis præ-
cepto alere filios tenetur, vt di-
ctum eſt. cui acceſsit lex ciuilis.
l. ſiquis à liberis. & lex canoni-
ca. c. cum haberet: ergò non po
tuit pater filium alimentis priua
re, quæ à lege defferũtur argumẽ
to. l. ſi arrogator. ff. de adoptio.
opinio



opinionem Dyni ſequitur Iaſſ.
conſili. 29. lib. 1. Hipp. ſing. 354.
Dominus Couarr. in epithome
deſponſali. 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 5
verſicu. quintò infero. qui aduo
cat Roderiũ Xuarez in. l. 1. titu.
6. lib. 3. fori verſi. notandum. qui
dicit hanc Dini ſententiam eſſe
aureã, ſequitur Ioã. Lup. in. l. 10.
Tauri nu. 2. & ibi Tellius nu. 9.
Caſtillus in parte en caſo. Gra-
ueta. conſi. 219. nu. 6. lib. 2. Emi-
lianus. conſi. 139. Menchaca de
ſucceſsio. progreſſu lib. 1. §. 4.
nu. 49. Paleotus de nothis. c. 47.
nu. 6. qui ait hanc opinionem lo
cum habere in auo argumento.
l. fin. C. de natur. lib. & l. 1. §. lex
falcidia. ff. ad leg. falcid. de quo
propterea, quia meretrix eſt, te-
ſtamentum facere non prohibe
tur vllo iure, vt Bal. ait in. l. 1. C.
de condi. ob turp. cauſ. nec tan-
tum meretrix nullo iure prohi-
betur teſtamentũ facere, vt Bal.
Pinelus ꝙ traddidere, verum
certa iuris deciſione decretum
eſt, vt meretrix teſtamentum fa
cere poſsit. l. ſed qui. ff. ad tre-
belli. cuius ipſi quidem imme-
mores fuere.

*Queſtio frequens*

Ex ſuperiori illo axiomate,
quo conſtitutum eſt, ꝙ patruus
non cogatur ſobrinum exhibe-
re, apertè deducitur: ꝙ vice ver
ſa ſobrinus nõ tenetur alere pa
truum, hæc opinio ea ratione
cõmmendatur, ꝙ lege cautum
non ſit vt ſobrinus alat patruũ,
ergò alere non cogetur argumẽ
to. l. illam. C. de collatio.

126 Secundò, quia patruus & ſo-
brinus ſunt corre latiui, cõſtitu
tumq; in perſona vnius in alte-
rius perſona intelligitur conſti-
tutum. l. 1. C. de cupreſsis libro.
12. l. 1. §. ſi pater. ff. ad ſillani. l. fin.
C. de indicta. vidui tollend. pa-
truus autem exhibere ſobrinũ
nullo iure compellitur: ergò ſo-
brinus nõcogetur alere patruũ.

Tertiò in hoc tractatu agitur
de alimentis, quæ iure ſangui-
nis præſtantur. l. ſi quis à liberis
in principio, charitas autem ſan
guinis non efficit, vt patruus co
gatur paſcere ſobrinum, ergò
non efficiet, vt ſobrinus com-
pellatur alere patruum.

127 Ex hac ſententia deducitur,
ꝙ licet frater in auitum primo-
genium ſuccedens cogatur egẽ-
ti fratri alimenta præſtare iure
ſanguinis, non cogetur huius fi-
lius, qui patre diem functo in
primogenium ſucceſſerit, pa-
truos amitas vè exhibere, quæ
ſententia ex eo vera eſt, quia ſo
brinus iure ſanguinis patruum
alere non compellitur, vt pau-
lò ante ſcripſimus: nec cogi po-
128 teſt tamq; patris hæres in cuius
opes nõ ſuccedit ſed, inauitas,
cũ à maioribus primogeniũ ac
cipiat, cuius bona aſtricta non
ſunt alendi poſteros onere, ſed
tantum filios eius, qui primo-
genium reliquit, quibus ipſe le-
gitimam relinquere tenebatur:
vt traddit Cæſar lambertinꝰ de
iure patro. lib. 3. q. 3. principip.
articulo. 6. & in ſpecie maiora-
tus ſcripſit Hiſpanorũ iure con
ſultiſsimus dñus Ludouicus Mo
lina in ſupremo prætorio Regiꝰ
ſonſiliarius meritiſsimꝰ, in trac
tatu de Hiſpanorũ primogenijs
lib. 2. c. 15. nu. 56. hæc ſententia
multis rationibus cõmendatur.

129 Primò huic opinioni fauet. l.
fi. §. ſin autẽ. C. commu. de lega.
qua docemur, hæredẽ hipothe-
cæ titulo obligare nõ poſſe bo-
na, quæ fideicõmiſſario reſtitue-
re debet, ꝙ ſi obligauerit, irrita
obligatio erit. bona autẽ primo
genij, cũ poſſeſſor vita deceſſerit
ſuc-



ſucceſſori reſtituẽda ſunt, ergo
alẽdi onere non poteſt ea bona
aſtringere poſſeſſor, quæ omni
onere libera reſtituenda ſunt.

Secundò hanc ſententiam ful
cit Regula illa, quæ habet, ꝙ pa
ter nullo onere aſtringere poteſt
bona primogenij, quod ad filiũ
deuoluitur iure ſanguinis. Bald.
cõſilio. 360. nu. 2. lib. 2. Cardina-
lis in. c. per venerabilem. §. quod
autem. nu. 45. qui filij ſint legit.
per. l. ſi arrogator. ff. de adoptio
auth. de nuptijs. §. ſed hæc quidẽ
colli. 4. in fine. illis verbis (quod
enim ex lege datum eſt lucrum:
priuatus auferre modis omni-
bus non valebit) huic opinioni
accedit Molineus conſuetu. Pa-
riſi. titu. 1. §. 8. glo. 3 nu. 23. primo
genium ſanè ad filium legis pro
uidentia peruenit, non patris,
vt ſcripſit Corneus conſilio. 37.
nu. 19. lib. 3. hac de cauſa ex bo-
nis primogenij filij non habent
legitimam, vti ſcripſit Tiraque-
llus de iure primogenio. q. 5. Ce
phalius conſilio. 3. nu. 62.

130 Hæc ſententia obtinet in iure
ipſo primogenituræ, quod à le-
ge defertur. Bona autem, ex qui
bus ius hoc primogenituræ con
ſtat viuus pater diſtrahere, alie
nareq; poteſt, Molineus nu. 23.
niſi auitum ſit primogenium, cu
ius poſſeſſor bona non aliena-
bit, vti annotauit Bald. conſili.
360. lib. 2. Hinc fit, ꝙ cum in Hi
ſpania maioratus poſſeſſor bo-
na ab eo habeat, qui primus ma
ioratũ cõpoſuit, grauari aliquo
modo nõ poteſt ab vltimo poſ-
ſeſſore, cuius iuditio bona hæc
ad eum non perueniunt, argu-
mento. l. eum qui. ff. de interdi-
cti. & releg. l. vnũ ex familia. §. ſi
de falcidia. ff. de legat. 2. l. Paulus
2. verſi. fi. ff. de bonis libert. Vbi
pater à bonis libertorũ auitorũ
filium repellere nõ poteſt: Ergò
apparet patrem bonis auiti pri
mogenij alimentorũ onus impo
nere nõ poſſe, vt aſtricta ſint bo
na primogenij onere alendi fra
tres, quamuis & hos iure ſangui
nis frater, qui in primogenium
131 ſucceſsit, alere cõpellatur: ſi pri-
mogenium ab ipſo patre com-
poſitum ſit, eius bona alendi fi-
lios onere aſtricta ſunt, cum pa-
ter filium iure naturæ alat, vn-
de cum ex his bonis alimẽta de
beantur, ad quemcumq; bona
tranſierint, præſtanda alimen-
ta ſunt, vti docet. Abb. in. c. licet
de voto. cui accedit Xuarez in
l. quoniã in prioribus limitatio-
ne. 11. legis Regiæ dubio. 2. nu. 21.

Tertiò huic opinioni fauet
ſententia Accurſij ſcholio alie-
nationis in. c. 1. de capitulis Cor
radi, vbi ait vaſſallum in re feu-
dali vſum fructum, ſeruitutem
vè conſtituere non poſſe. Idem
Accurſius ſcholio ſeu alienare
in. c. imperialẽ. in principio de
prohibita feudi. per alie Federi.
ſequitur Bald. numero. 7. Due-
ñas Regula. 40. ampliatione. 12.
Accurſius, ſcholio. ſeu aliena-
re. & Bald. numero. 7. de emphi
teoſi perpetua agunt, non de
vſu

vſu fructu : ſententiam tamen
ipſius Accurſij ſcholio aliena-
tionesmulti ſequuntur, quos ag
gregat Tiraquellus in tractatu
de vtroqꝫ retractu titulo. 1. §. 1.
glo.7.nu.41.Hæcſententia com
muniter recepta eſt , vt atteſta-
tur Alex.conſilio.18.lib.5. idem
ſcripſit Iaſſ.in.l.3. §.ex cõtrario.
nu.66. ff. de acqui poſſ.& Pari-
133 ſius cõſilio.98.lib.2. Quæ ſentẽ
tia vera eſt, ſi domini præiudi-
cium conſideremus, quià in de-
trimentum ipſius feudatarij po
teſt ipſe in re feudali vſum fru-
ctum conſtituere.Iaſſ.in.§.ex cõ
trario. nu. 66. ſequitur Dueñas
Regu.40.limitr.10.Tiraquellus
de retractu titulo. 1. §.1. glo. 14.
nu.48. Coraſius in.l.3.ff.de ſer-
uit.nu.24.argumẽto. c.1. §.quid
ergò.de inueſtitura de re.alie.fa
cta.caput hoc pro hac parte no
tauit Cæpola tracta.de ſeruit.c.
14. nu. 2. &. 3. hoc ſenſu accipi
debet ſententia.Bart.in.l.3.§.ex
cõtrario.nu.12.ff. de acqui.poſſ.
qui ſcripſit emphiteotam vſum
fructum conſtituere poſſe in re
emphiteotica.Hæc prædixit Ac
curſius in.l.3. ff. de ſeruit.ſequi-
tur Iaſſ.in.l.fin.C.de iure emphi
teo.nu.112.poteſt enim vſum fru
ctum conſtituere, ſeruitutemqꝫ
imponere vt ſibi noceat, nõ au-
tem domino derecto. hoc ſenſu
accipi debet.l.11.titulo.31.par.3.
vti interpretatur Grego.cui ac-
cedit Dominus Anto.Padilla in
l.3.C. de ſeruit. & aqua.num.11.
134 Igitur cũ rei emphiteoticæ aut
feudali ſeruitutẽ imponere non
liceat, vſum fructum vè in ea cõ
ſtituere, eadẽ ratione rebus pri-
mogenij non licebit, procedunt
enim doctores in propoſito de
rebus emphiteoticis & feudali-
bus ad res primogenij: quod an
liceat difuſè diſputat Burgos de
paz in proœmio legum Tauri
nu.37.illuſtriſsimus dominꝰ Co
uarru.lib.3.variarum.c.5. nu.5.
verſi.5. Gregor. ſcholio, que la
non pudieſſe.in.l.6.titu.11.par.6
Dominꝰ Ludouicus Molinatra
cta.de Hiſpanorũ primogenijs
lib.1.c.7.per totum.
135 Sed qui alimentorum oneri
fundum ſupponit, infundo in-
telligitur vſum fructum conſti-
tuere.l.dominus.§.fin. ff. de vſu
fructu: ergò & qui primogenij
bona alẽdicuiuſpiã onereaſtrin
git, vſum fructum conſtituit in
eis, quod nequaqꝫ licet, cum pri
mogenij bona alienari non poſ
ſint, in his autem bonis, quæ nõ
poſſunt alienari, vſum fructum
conſtituere non licet.l.fin.C. de
rebus alie.cuius legis argumen-
to doctores communiter hanc
ſententiam approbarũt, vt atte
ſtatur Pariſiꝰ cõſi.98.nu.15.lib.2
136 Quartò hanc ſententiam ful-
cit, ꝙ in Hiſpania primogenia
iure ſanguinis deuoluũtur ad po
ſteros, non autem iure hæredi-
tario, vt noſtrates afirmant, Pe-
trus Peralta in.l.vnum ex fami-
lia.§.ſi de falcidia.nu.6.ff. de le-
gar.2. Anton.in.l.40.Tauri nu.
72. Gregor. ſcholio ſus deudas
in.l.4.



in.l.4.titul.15. part.2. qui ea ra-
tione innitũtur, ꝙ principatus
ipſe Regnumqꝫ Hiſpanum iure
ſanguinis deuoluatur ad princi
pes.l.2.titulo.15. part.2. traddit
Gregor.ſcholio.1.in. l.9. titul.1.
par.2.Idem Grego.in.l.6.titu.13
par.6.eodem iure Gallorũ Re-
gnũ deuoluitur, vt ſcripſit Bal.
in.c.vni.nu.6.defeudo Marchiæ
cui accedit Molineus in conſue
tudinibus pariſienſi. titul.1.§.8.
glo.3.nu.8.Hinc apparet explo
)( di debere opinionem Coſtæ in
tracta. de ſucceſsiõe Regni Por
tugaliæ pag.149.dicentis omne
Regnum deferri iure hæredita-
rio. Cum Hiſpanum Regnũ iu
re ſanguinis deuoluatur, conſe-
quens eſt vt eodem iure primo-
genia ipſa tranſeant, ad cuius
exemplum compoſita ſunt, &
quaſi membra capitis naturam
ſequuntur. c.cum non liceat. de
præſcrip.l.1.§.cum vrbem.ff.de
officio. præfecti vrbis. traddit
Accurſius in.l.exea.ff.de poſtu-
lãdo, & in propoſita ſpecie Pau
lus Caſtren.conſilio.165.lib.1.ſe
quitur dominus Couarru. lib.3.
variarum reſolutionum.c.5.nu.
5. verſi. quartò ad huius partis.
Menchaca de ſucceſsionũ crea-
tione lib.3.§.26.nu.86.& nu.90.
137 Ergò in bonis primogenij nõ
poterit poſſeſſor alimenta con-
ſtituere, vt hoc onereaſtricta bo
na ad poſteros deuoluantur ar-
gumento.l.ſi poſt mortem. §. fi.
ff.de bonorũ poſſe. contra tab.
c.1. de ſuceſsione feudi.Bald. in
auth.ſi quas Ruinas.C.de ſacro
ſanct.eccle.ſequitur Alex.conſi.
104.lib.4. Tiraquell.de iure pri
mogenio. q. 8. nu.5.& in. q. 21.
nu.7.& in.q.23.nu.10.Cephalius
138 cõſilio.12.nu.4.& in nu.34. Et
hæc ſententia, ꝙ patruũ nõ co
gatur alere ſobrinus, qui in pri-
mogenium ſucceſsit, colligitur
ex Gregorio ſcholio.ſino el hijo
mayor.verſi.quæro etiam in.l.2
titul. 15. part. 2. qui in quodam
caſu ſcribit ſucceſſores in primo
genium alere teneri: vnde colli- *Aduerſus*
gitur regulariter non teneri. *Coſtã.*
Quod locum habet in auito pri
mogenio, ſed ſi nouè compoſitũ
ſit, pro eo habetur, quod hære-
ditario iure deuoluitur. Vt ſu-
pra ſcripſimus: hoc caſu bona
primogenij aſtricta ſunt onere
alendi filios illius, qui primoge-
nium compoſuit, hæc ſententia
colligitur ex Ioan.Luppo. in. c.
per veſtras not.3. §.24. num.4.
Moline.glo.3.nu.14.ſupra poſi-
ti. Tiraquell. de iur.conſti. q.4.
nu.33.Anto.Gomez.l.40. Tau-
ri.nu.57.Menchaca de ſuceſsio.
creatione lib.1.§.10. nu.396. eo-
dem Mẽchaca.lib.3.§.21.nu.136.
in hac ſpecie locum habẽt, quæ
ſcripſere glo.Abb. & reliqui in
terpretes in.c.licet.de voto. di-
centes ꝙ ibi Regni hæres debet
fratres exhibere, quod fit ex eo,
quià iure hæreditario Regnum
Vngriæ ad poſteros defertur,
vt inibi ſcribunt doctores.
139 Hæc ſententia obtinet in per
ſona fratris diuitis, qui ali debet

à fratre, qui in nouum primoge
139 nium ſucceſſerit, traddit Gui-
llermus àpernoſirac.conſilio.11.
nume.10.inter conſilia feudalia.
Sed hæc ſententia obtinet in-
feudi ſucceſſore, non in perſo-
na eius, qui in primogeniũ ſuc-
cedit, vt traddit Matheus de
afflict.in.c.Imperialem. §. præ-
terea ducatus in principio. nu-
mero. 63. de prohibi feud. alie-
na. per Federi.quæ opinio colli
gitur ex his, quæ ſcripſit Xua-
rez in. l. quoniam in prioribus.
in declaratione legis Regiæ li-
mit.2. numero.9. qui ait fratres
à fratre, qui in nouè compoſi-
tum primogeniũ ſucceſsit, poſ-
ſe petere, vt fundus illis aſsig-
netur, vnde alantur, atq; ita hoc
tantum onere aſtringi eum ipſe
Xuarez exiſtimat, qui in nume
ro.12. alendum eſſe ait. ſequitur
Dominus Ludouicus Molina
de primogenijs lib.2.c.15.nume
140 ro.6. Ex ijs quæ in propoſito
traddita ſunt, colligitur ſobri-
num, qui in primogenium aui-
tum ſucceſſerit, non eſſe cogen-
dum exhibere patruos. Hæc ſen
tentia depromitur ex ijs, quæ
notat Cynus in.l.alimenta in fi-
ne.C.de nego.geſt. huiuſq; ſen-
tentiæ in ſpecie propoſita eſt
141 author Bart. Socinus conſilio.
114. numero.3. lib.3. ex hac ſen-
tentia apparet defendi poſſe o-
pinionem Baldi conſilio. 271.
lib.1. dicentis eum, qui in aui-
tum primogenium ſucceſſerit,
non teneri ſoluere debita præ-
deceſſoris: quæ opinio commu-
niter recepta eſt, vt apparet ex
ijs, quæ aggregat Dominus An
tonius Padilla.l. vnum ex fami-
lia.§.ſi de falcidia. numero.7. ff.
de lega.2. Dominus Ludouicus
Molina de primogenijs lib.1. c.
10.numero.29.
142 Secundò apparet, Innocen-
tium, & Ioannem Andream be-
nè exiſtimaſſe in. c. licet de vo-
to filium, qui in patrem ingra-
tus ſit, priuari poſſe primoge-
nio, ſequũtur plures, quos in v-
num contulit Dominus Anton.
Padilla in.§. ſi de falcidia nume.
16. in ſpecie illa defertur Reg-
num iure hæreditario, ſed in
Hiſpania, cum ſanguinis iure
primogenia deuoluantur, non
poteſt ingratus filius primoge-
nio priuari, vt cum iudicio do-
cet Dominus Anton. Padilla
numero. 16. Emanuel Coſta in
quæſtione patrui & nepotis pa
gina.159.
143 Id in propoſito ſcire oppor-
tet, q; ſi quis bona habeat, quæ
ad primogenitum deuoluntur
iure primogenituræ longa con-
ſuetudine, hicq; alat fratres di-
uites, omnes ſucceſſores hoc o-
nere aſtringentur, & fratres di
uites alent. Gregor. ſcholio. ſino
el fijo mayor. colun.4. verſiculo
quæro etiam. & verſiculo ſed an
teneatur in.l.2. titulo.15. part.2.
144 Huic quæſtioni illa cohæret,
ſi pater primogenium compo-
nat, principis beneficio ac pro-
uidentia, in ipſo tamen reſcri-
pto



pro cautum ſit, vt filijs alimenta
relinquat: quæri ſolet, vtrũ hæc
alimẽta cõſtituenda ſint in ipſis
prædijs, ita vt proprietas ad ali
mentarium pertineat, an verò
in vſu fructu, vt alimenta cum
vita finiantur. Et in ipſis præ-
dijs conſtituenda eſſe alimenta,
vt ea pleno dominio alimenta-
rius habeat, & non ſolum per
vſum fructum, ſcripſit Xuarez
in.l.quoniam in prioribus limi-
tatione.2. legis Regiæ nume.12.
C.de inofi.teſtam.in hac opinio
ne ac partibus videtur eſſe Ioã.
Luppus in.c. per veſtras dedo-
natio. inter vir. & vxor. not. 3.
§.24. nume.7. qui tamen hac in
re æſtimationi locum relinquit,
huic opinioni acceſsit Gregor.
ſcholio.1.in.l.11.titulo.4.part.6.
illuſtriſsimus Dominus Couar-
ru.de matri.2. parte.c.8.§.6. nu
mer.15. & dominus Ludouicus
Molina in tractatu de Hiſpano
rum primogenijs lib.2. c.15. nu-
mero.10.
145 Hanc opinionem iure proba
ri hoc argumento conuincit Ioã
nes Luppus, quià in propoſita
quæſtione in locum legitimæ a-
limenta ſubſtituta ſunt: legiti-
ma autem proprium eſt filij pa-
trimonium, quod ad hæredes
trãſmittit. l. Papinianus.§.quar
ta. ff. de inoficio.teſta. ex qua le-
ge hoc colligit Gratus. conſilio.
21.num.12.lib.1. ergò prædium,
146 ex quo alimenta debentur, ad
hæredes ſuos alimentarius trãſ-
mittet, non abſimili argumento
hanc ſententiam fulcit Xuarez:
ait etenim legitimam iure natu-
ræ debitam eſſe filijs, licet quan
titas iure ciuili conſtituta ſit.
Hinc fit, q; legitima non poteſt
in totum tolli abrumpi vè iure
ciuili argumento. l. cum ratio.
ff. de bonis damnat.l.ſcripto.ff.
vnde liber. auth. de hæred. &
fal.§.1.l.final. C. quorum bono.
harum legum argumẽto in hac
ſententia eſt Abb.in.c.Raynun
tius de teſtamen. nume. 12. quæ
crebrius recepta eſt, vt ſcripſit
Xuarez in. l. quoniam in prio-
ribus limitatione.2.legis Regiæ
nume.3. hanc opinionem ſequi-
tur Fabianus de Biochis. auth.
nouiſsima. nume.18.C.de inoffi
cio. teſtamen. Coraſius in. l. fi-
lium quem habentem. C. fami
cires. nume.143. qui ait propte
reà legitimam iuris naturæ eſſe,
quià parẽtes quodam inſtinctu
naturæ mouentur ad relinquen
dum filijs partem aliquam bo-
norum ſuorum, quo ſenſu de-
bent accipi leges, quæ pro hac
parte adductæ ſunt. huic opinio
ni accedit Berengarius in. l. in
quartam. ff. ad leg. falcid. præ-
fatione.2. nume. 14. & ſcripſe-
rat. nume. 26. hanc opinionem
communem eſſe atteſtatur Pau-
lus de monte pico ibi num. 172.
quinimò legitimam filijs iure di
uino deberi traddit Socinus
conſilio.30. colun.1. lib.1. ſequi-
tur Anton. Rubeus in. l. pater
filium. nume.41. ff. de inoffic. te-
ſta. Sigiſmundus Neapolitanus

conſili.26. nume.11. Inter conſilia feudalia. Ex hoc colligitur legitimam filiorum iure ciuili in totum non poſſe tolli.§. ſed naturalia inſti. de iure natur.l. eas obligationes.ff.de capitis dimi. traddit Abb.in. c. Raynuntius numero.12. dicunt hanc ſententiam communiter receptam eſſe Corſet. in reportorio Abbatis verb. legitima. Curt. ſenior conſilio.66. colun.6. Ferdinandó Loazes in additione Galiaulæ in.l.centurio.nume.86. ff. de vulgar.Lãzelo.Politus. l. filium quem habentem. C. fam. ercis nume 157.Coraſius auth. præterea. C.vnde vir. & vxor .nu.35. Hieronimus gratus.conſilio.119 num.42.lib.2. Bernardus Diaz Regu.143. incipienti conſuetudo vel ſtatutũ,multiq; iuris noſtri interpretes, quos in vnum contulit illuſtriſsimus dominus Couarru.dematrimonio.2.parte.c.7. §.6. nume.4. Menchaca de ſucceſsio. creatione lib. 2. §. 20.nume.296. Ioann. Oroſcius. l.de quibus.ff. de legibus nume. 107. Cum legitima in totum lege ciuili tolli non poſsit, conſequens eſt,vt ſi Principis beneficio primogenij componendi licentia alicui tribuatur, dum filijs alimenta relinquat, hæc alimenta cum in locũ legitimæ ſubſtituantur, ipſius legitimæ naturam ſequentur: ſed legitima ad hæredes tranſmittitur. l. ſiquis filium. §. 1. ff. de acqui.hæred.l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. l.1. C. de his qui ante aper. tab. traddit Fabianus de biochis. auth.nouiſsima.C. de inofficio. teſta.nume.268.Ergò & alimenta,quæ in vices legitimæ ſubſtituta ſunt,vt legitimæ naturæ accedant. l. publius. §. titia. ff. de condi.& demons.

148 Contrariam ſententiam ſunt qui defendunt exiſtimantes, ꝙ in propoſita ſpecie alimenta in vſu fructu cõſtitui poſsint, quæ cum vita alimentarij finientur, nec tranſire ad hæredes poterũt: in hac fuit opinione Ferdinãdus Mẽchaca de ſucceſsio. creato.lib.1.§. 10. nume. 396. qui ait ſe non inuenire doctorem, qui in hac fuerit opinione, quã ipſe verã eſſe putat, propterea quia alimenta ſuapte natura nõ trãſmittantur ad hæredes,vt in titulo.ff. de aliment. & cibar.legat. adduceret aptius pro hac parte l.cum ij. §. modus. ff. de tranſactio: ergò quod relictum eſt ad alimenta tranſmitti ad hæredes alimentarij non debet.

149 Secũdò hæc opinio ea ratiõe cõmendatur, ꝙ neceſsitas, qua pater impellitur relinquere filio legitimam ſeu alimenta, à iure ciuili defluit, ergò relinquendi neceſsitatem patri princeps adimere poteſt,qui lex viua eſt authe.de conſulibus in fin. coll. 6. ꝙ autem neceſsitas relinquendi legitimam à iure ciuili defluat, colligitur ex.l.lege duodecim tabularũ.C.de legit. hæred. auth. de triente, & ſemiſſe.§.1.colla.5.





exquo ſequitur vt à principe tolli in totum poſsit,vt exiſtimauit Dynus in Regul. indultum de reg.iuris lib. 6. ſequitur Barr. l. titio centum.§. titio genero.numero. 6. ff. de conditio. & demonſtratio. huic ſententiæ multi accedunt,quos aggregat Mẽchaca de ſucceſsio. creati. lib.2. §.20. numer. 296. Aufredius in capella Toloſana.437. Boerius deciſione. 182. nume.6. & in deciſione.204.in.2. parte Bertrandus. l. hac edictali numer.13. C. de ſecund.nupt. Ioann. Hannibal in.l.poſt contractum.nume. 56. ff. de donatio. Marcus Anton.natta conſilio. 160. numer. 40.lib.2. hanc opinionem communiter receptam eſſe ſcripſit Albertus Brunus in tractatu de ſtatutis excludentibus fœminas. numer.6. Aymon conſilio. 236. qui dicunt leges, quæ in aduerſam ſententiam adducũtur, hoc ſenſu accipiendas eſſe,vt legitima iure ciuili filijs debeatur, impellente naturali æquitate.

150 Idem in propoſito animaduertendũ eſt,in cautè ſcripſiſſe Ferdinandum Menchacam ſe primum conſideraſſe in ſpecie, de qua agimus,alimenta in vſu fructu conſtitui poſſe vt cum alimentarij vita finiantur,hæc iam diu ſcripſerat Bald.l.1.§. ius naturale.nume.8.ff. de iuſti. & iure, qui ait ſtatutũ, quo filiorum legitima in totum tollitur, iure optimo valere, ſi alimenta relinquat, quæ iure naturali debentur,cumq; ius petendi alimenta perſonale ſit, ad hæredes non tranſit.

Ex hoc colligitur Baldum loqui in ſpecie de qua tractamus, vt cum iuditio conſiderat Xuarez. l. quoniam in prioribus limitatione.2.legis Regiæ.nume. 12. ſed in propoſita quæſtione Bald. non loqui exiſtimat Gregor.ſcholio.1.in.l.11.titul.4.par. 6. ſed Baldus loquitur in caſu quo legitima in totum tollitur ſtatuto, non autem in caſu quo minuitur ſaluis alimentis, vt in propoſito, eſtq; inter hæc maximum diſcrimen, quià legitima, quamuis diminuta ſit,tranſmittetur ad hæredes, alimenta verò non ita,ſed in reſcriptis quibus princeps maioratus componendi copiam alicui facit, non aliud exprimitur ꝙ quod primogenij conditor quem elegerit,in maioratum vocet,cæteris verò filijs alimenta relinquat,ex quibus dubio procul legitima liberorum tollitur,nec commentari quis poteſt ex his verbis minui tantum liberorum legitimam, non autem in totum tolli, cum verba expreſſa hoc ſonent. periculoſum ꝙ ſit à verborum proprietate recedere argumento.l.vni.§.ſin autem.C. de cadu. tollen.Baldi ſententiæ multi accedunt, quos in vnum contulit Ioann.Luppus in.c.per veſtras de donatio inter vir.& vxorem not.3.§.24.nu.7.Fabianꝰ de biochis in auth.nouiſsima nu. 184.

Aduerſus Ferdinandũ Menchaca.

C. de inofficio. teſta. Dominus
Couarru. de matrimonio. 2. par
te. c. 8. §. 6. num. 4. alijq; iuris no
ſtri interpretes, qui eam ſenten
tiam ſequuti ſunt, quæ habet, ꝙ
ſtatuto poſsit in totum tolli legi
151 tima. Ipſe quidē in ancipiti hac
& dubia quæſtione iure Roma-
no ſententiæ Baldi accederem,
quam fortiſsima fulciunt argu-
menta à iure ducta, nullaq; re-
fellunt aut frangunt, non enim
illa ratio huic opinioni aduerſa
tur, quæ habet, ꝙ legitima iure
naturæ debita abſcindi, tolliq;
in totum non poſsit. Hæc enim
ſententia non eſt ſaniori docto-
rum ſuffragio recepta, vt trad-
dit Berengarius in repetitione.
l. in quartam. ff. ad legem fal. in
3. præfatione in num. 247. Eſto
tamen ꝙ legitima liberorū tolli
in totum lege non poſsit, hoc ſic
accipiendum eſt, niſi iuſta cauſa
ſubſit propter quam princeps
filium priuet legitima, hæc eſt
approbata ſententia, vt atteſtā
tur Ioann Oroſcius in. l. de qui-
bus. ff. de legib. nu. 107. additio-
nator Alciati in Regula. 1. præ-
ſumptione. 8. & additionator
Signoroli conſilio. 32. Sigiſmun
dus Neapolitanus conſilio. 14.
nu. 21. inter cōſilia feudalia. Ber
trandus in. l. hac edictali. C. de
152 nuptijs nu. 14. Bellonus conſilio
13. nu. 21. Bernardus Diaz in re-
gul. 143. poteſt etenim princeps
iuſta de cauſa rem propriā poſ-
ſeſſori adimere argumento. l. lu
cius. ff. de euictio. l. Item ſi verbe
ratum. ff. de rei vendica. l. vendi
tor. §. ſi conſtat. ff. commu. præ-
di. Bart. in proœmio digeſtorū
nu. 5. Hæc eſt crebrius approba
ta ſententia atteſtante Bellono,
conſilio. 2. num. 6. plures ſequun
tur congeſti à Petro Dueñas Re
gu. l. 45. limit. 1. Pinel. in. Rubri.
C. de reſcinden. vendi. 1. parte.
c. 2. num. 6. ſi re propria priuari
quis à principe poteſt iuſta de
cauſa, igitur & legitima, quæ
quaſi debita eſt. l. & quià. ff. pro
ſocio. l. final. §. pen. C. de curato.
fur. l. vni. C. de his qui ante. a-
pert. tab. illis verbis (tamē debi
tam vendicare) Accurſius in. l. 3
C. de iuris & facti. igno. vbi Do-
minus Anton. Padilla num. 32.
atteſtatur hanc opinionem cre-
brius receptam eſſe, quod ante
dixerat Aretinus in. l. ſi filius hæ
res colu. 2. ff. de liber. & poſth.
Alciat. in tracta. præſump. reg.
1. præſumpt. 8. Segura in. l. cum
patronus nu. 44. ff. de legat. 2.
Tiraquellus in. l. ſi vmquam ver
bo ſuſceperit liberos. nu. 113. C.
de reuocādis. donatio. Idem Ti
raquellus in tracta. de iure pri-
mogen. q. 54. nu. 4. illuſtriſsim9
Dominus Couarru. in. c. ſi hære
des. nu. 9. de teſta. in hac ſenten-
tia fuit idem Accurſius ſcholio
debita in. l. fina. C. de codicillis.
Idem Accurſius ſcholio. nō poſ
ſe. in. l. ſi quis legatum. ff. de fal-
ſis, quæ ſententia obtinet poſt
mortem patris filio deliberāre,
quo caſu cum in ſuſpēſo hæredi
tas ſit intelligitur legitima quaſi





debita eſſe filio, vt docet Bald.
nume. 3. in. l. 3. C. de iuris & facti
ignoran. cui accedit Fabianus
de biochis in auth. nouiſsima.
nu. 268. C. de inoffici. teſta. quæ
ſententia aptè depromitur ex le
gibus ſupropoſitis. Ex quo ap-
paret Dominum Antonium Pa
dillam virum conſultiſsimum,
omnibuſq; numeris abſolutum
primæq; claſsis interpretem in
cautè dixiſſe legitimam filio qua
ſi debitam eſſe viuo patre.
153 Secundò apparet erraſſe Ac-
curſium ſcholio auferri in auth.
de hæred. & fal. §. ſi quis autem
collatio. 1. eumdē Accurſiū ſcho
lio debitum in auth. detriente
& ſemiſſe in principio collatio
ne. 5. qui ait legitimam filio viuo
patre debitam eſſe, ſed Accurſij
hoc pronūciatum communiter
refellunt doctores, vti ipſe Do-
minus Anton. de Padilla atteſta
tur in. l. 3. C. de iuris & facti ig-
nor. nu. 32. Aretin. in. l. cornelia
nume. 4. ff. de vulgari Segura. l.
Imperator. ff. ad trebelli. Due-
ñas Regu. 356. Oroſcius. l. ſi ar-
rogator. nu. 120. ff. de adoptio.
Fabianus auth. nouiſsima num.
56. Paulus de monte Pico. l. in
quartam. ff. ad leg. falcid. nu. 66.
154 Item ſuperiori ſententiæ, ꝙ
alimenta in propoſita ſpecie cō
ſtitui non poſsint in vſu fructu,
non aduerſatur regula quæ ha-
bet, ꝙ legitima in locum alimē-
torum ſubſtituitur, quæ cum iu-
re naturali debita ſint, nec tolli
à principe poſsint, eadem ratio
ne legitima tolli nō poteſt, cum
in eorum locum ſubſtituantur,
non ſanè tutum eſt de alimentis
ad legitimam procedere, cum
in multis non cōueniant, ſintq;
nō pauca diſcrimina inter hæc,
vt docet Corneus conſilio. 316.
lib. 1. traddit Tiraquellus tracta
tu de iure primogeniorum. q. 55
nu. 17. Berengarius in. l. in quar-
tam. ff. ad leg. falcid. in præfatio
ne. nu. 39. Maranta de ordine iu
ditiorū. 4. parte diſtinctione. 9.
nu. 52. Ex quibus apparet Ioan.
Luppi ac Roderici ſententiam — *Aduerſus Accurſiū.*
nullum firmum habere propug
naculum quo ſe tueri poſsit. ſen
tentia autem Baldi cui nos accē
dimus, multis argumētis defen-
ditur.
155 Primò huic opinioni fauet rē
cepta ſententia, quæ habet, ꝙ
primogenia propterea iuſtè cō-
poni intelliguntur, quià familia
rum ordini ac dignitati conſu-
lunt: vt nobiliū familiarū digni-
tas ſalua ſit, earumq; memoria
in poſteros deriuetur diuitijsq;
honeſtata corruſcet vt ſcripſit
Socy. conſilio. 47. nu. 7. lib. 3. ſe-
quitur Pariſius cōſilio. 82. nu. 8.
lib. 4. Tiraquellus in tracta. de
iure primogeniorum. q. 17. nu. 2.
quæ ſententia depromitur ex. l.
1. §. quamuis. ff. de ventre inſpi-
ci: ex qua lege hoc deduxit An-
ton. Rubeus conſilio. 6. nume. 1.
Marcus Anto. natta. conſil. 201.
nu. 8. publicè enim intereſt, vt
familiarū dignitas ſalua ſit, quod
fit, quādo paternæ diuitiæ ad po

ſteros maſculos deriuãtur: hoc
nãq; modo patris & auorũ per
nepotes efficitur æterna memo
ria. Ioann. Andre. in additione
156 Speculat. in Rub. de ſucceſsio.
ab inteſtato. publicæ autem vti
litatis cauſa efficit, vt naturalis
æquitas abrumpatur. l. 1. ff. de
vſu capio. ergò in hac ſpecie le-
gitima tolli poterit, quæ natura
li æquitate debetur. Et in hac
ipſa facti ſpecie, ꝙ fauore fami
liæ conſeruãdæ filij priuari poſ-
ſint tota legitima ſcripſit Paul.
caſt. in. l. titio cẽtũ. §. titio genero
nu. 8. ff. de condi. & demonſ. cui
accedit Ioann. Imol. inibi. ſequi
tur Oroſcius. l. de quibus. nu. 108
ff. de legibus, quæ opinio com-
muniter recepta eſt, vt traddit
Alexan. l. quod de bonis. §. fina.
ff. ad leg. fal. pro hac parte aduo
cat eum Ioann. Oroſcius, qui in
cautè Alexandrum pro hac par
te adduxit, quià Alexander nõ
dixit, ꝙ fauore familiæ conſer-
uandæ poſsit filius legitima pri
uari, ſed id potius, ꝙ princeps
iuſta de cauſa poteſt filium pri-
uare legitima: eodem errore im
plicatus eſt Sigiſmundus Nea-
politanus conſilio. 14. nu. 21. in-
ter conſilia feudalia. ſequitur ta
mẽ ſententiã Pauli, exiſtimatq;
familiæ conſeruandæ cauſa poſ
ſe principem filium tota legiti-
157 ma priuare. Ex quo deducitur
ꝙ ſi aliqua pars deſtinetur ad a
limenta, hæc pars non tranſibit
ad hæredes, quià naturam alimẽ
torum ſequitur, hæc opinio ea
ratione comẽdatur, ꝙ princeps
quo caſu alicui rem propriã adi
mit ſine cauſa, precium dare te-
neatur, vt traddit Decius in. c.
quæ in eccleſiarum. nu. 19. de cõ-
ſtitu. argumento. l. venditor. §. ſi
conſtat. ff. communi. prædi. trad
dit Bart. in proœmio digeſto-
rum. §. omnem. nu. 5. & ibi Cag-
nolus nu. 39. hoc receptum eſt te
158 ſte Bellono. conſilio. 2. nu. 9. ſi ta
men iuſta de cauſa adimat rem
princeps nil pretij nomine da-
bit, argumento. l. Item ſi verbe-
ratũ. §. 1. ff. de rei vend. illis ver-
bis (modico honoris gratia poſ
ſeſſori dato) quam legẽ hoc mo-
do interpretati ſunt Alberi. nu.
2. Bald. not. 3. quam interpreta-
tionem refellit Pinelus Rub. C.
de reſcind. venditio. 1. parte. c. 2.
nu. 10. qui exiſtimauit principẽ
qui iuſta de cauſa adimit rẽ do-
mino, pretiũ dere debere, quod
Iacob9 & Dynus prædixerant:
vt ipſe Pinelus ait: ſed errore
lapſus eſt Pinel9, quià Alberici,
Baldiq; interpretationem iure
conſultus approbat in. l. Lucius
ff. de euictio. vbi propter mili-
tiam res domino adimitur nihi
lo dato pretij nomine, quod de-
mõſtrant illa verba (res partim
diſtractas principali præcepto,
partim militibus aſsignatas) res
igitur militibus aſsignatæ non
fuere diſtractæ, ſed nihilo dato
ademptæ, quod ex ipſius facti
ſpecie depromitur, ꝙ ſi poſſeſſo
ri aliquid detur, id non datur
neceſsitate cogente, ſed honoris
gratia



gratia quaſi in ſolatium rei amiſ
ſæ ob cauſam militiæ argumẽto
§. fœminæ inſti. de adoptio. ante
Albericũ & Baldum hoc ſenſu
accipiendam eſſe. l. Item ſi verbe
ratum ſcripſit Accurſius ſcho-
lio. 2. in. l. Lucius. ff. de euictio.
ſed Iacobi Dyni, ac Pineli ſentẽ
tiam approbat. l. 2. titulo. 1. par.
2. illis verbis (otro ſi dezimos:
que quando el Emperador qui-
ſiere tomar heredamiento, ò al-
guna otra coſa, à algunos para
ſi ò para darlo à otro, como quie
ra que el ſea ſeñor de todos los
del Imperio, para ampararlos
de fuerça: è para mãtenerlos en
juſticia, con todo eſſo, no puede
el tomar à ninguno lo ſuyo, ſin
ſu plazer, ſi non fizieſſe tal coſa,
porque lo deuieſſe perder ſegũ
ley, ò ſi por ventura gelo vuieſſe
à tomar por razon quel Empe-
rador ouieſſe meneſter de fazer
alguna coſa enello que ſe tornaſ
ſe à pro comunal dela tierra, te-
nudo es por derecho de le dar
ante buen cambio que vala tan
to ò mas, de guiſa quel finque pa
gado, a bien viſta de homes bue
nos) idem colligitur ex lege. 31.
titul. 18. par. 3. ex quibus opinio
159 Ioan. Luppi & Xuarez verior
videtur iure Regio, quæ habet,
ꝙ princeps non poſsit ligitima
priuare filios vt pater primoge
nium componat, niſi ipſis bona
pars ſubſtantiæ paternæ relin-
quatur, quæ ad hæredes deuolue
tur, nec in vſu fructu alimẽta cõ
ſtituẽtur vt Menchaca ait. huic
opinioni fauet lex Regia, quæ
vult alimenta, quæ ſpurio relin
quuntur, in proprietate eſſe cõ-
ſtituenda, ad ipſiusq; ſpurij hæ-
redes tranſmitti. l. 8. titul. 8. lib.
5. nouæ cõpilatio. qua lege opi-
nio Baldi & Menchacæ in frin
gitur, quibus omnes noſtrates
aduerſantur.

# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR,

## in. §. ſed ſi filius.


Filium, qui ſibi alimenta ſubminiſtrare poteſt, non cogitur pater alere. nu. 1.

Iudex æſtimare debet, an filius habeat vnde poßit alimēta ſibi ſubminiſtrare. nu. 2

Filiam nuptam an teneatur pater dotare. numero. 3. & . 4.

Filius ali debet pro modo facultatum patris modumq; iudex ſtatuet. nu. 5.

Alimenta præſtanda ſunt de redditibus patrimonij, vnde redditus non autem proprietas æſtimabitur, nu. 6.

Iudex non ſtatuet vniuerſos redditus ad alimenta, vnde ſi pater in teſtamēto alimenta filio conſtituat vltra redditus patrimonij, tutor patris voluntatem non ſequetur, idemq; erit, ſi modica nimis alimenta conſtituat, nu. 7. 8. 9.

Alimenta decernenda ſunt pro incrementis ætatis, augeriq; progreſſu temporis debent numero. 10.

Pecunia ſi legatur ad alimenta alicuius perſonæ, ex redditibus pecuniæ alimenta præſtanda ſunt. ſed apud quem pecunia legata manere debeat apud hæredē an apud legatarinm tractatur, nu. 11. 12. 13

Alimenta relicta ſemper de redditu præſtanda ſunt. nu. 14.

Alimenta relicta præſtari non debent eo anno quo patrimonium fructus non reddit. nu. 15.

Proprietas fundi, ex quo alimenta præſtantur, non eſt diſtrahenda, vt alimenta reddantur integra. nu. 16.

Quantitas certa ſi ex certo fundo legatur ad alimenta, & fundi redditus annuam præſtationem non reddant, an diſtrahi fundus debeat, vt alimenta præſtentur tradditur. nu. 17. vſq; ad. 22.

Prædium qui habet magni valoris exigui verò redditus, vtrum cogatur fundum vendere & annuos redditus emere vt alatur, ne alimenta ille cogatur præſtare qui iure ſanguinis præbere tenetur. nu. 23. vſq; ad. 32.

L. fin. §. filius autem. C. de bonis quæ liber. declaratur. nu. 33.

Alere iure ſanguinis qui tenetur, proprietatē vendere nō cogitur vt alat. nu. 34.

Fundum quo caſu qui vendere cogitur & annuos redditus comparare, vnde alatur, ſi ſe commodè alere non poßit, ſupplebit qui alere iure ſanguinis tenetur, numero. 35.

Expenſæ an extenuent fructus, tradditur numero. 36. 37.

Fructuarius tenetur præſtare alimenta legata, non autem dominus proprietatis, numero. 38.

Mercaturæ lucrum conſideratur in taxandis alimentis. nu. 39. & . 40.

Pater pro modo facultatum tenetur filios exhibere. nu. 41.

Collecta præſtatur pro modo facultatum, & præſtatur ex pecunia fœneratitia. numero. 42.

Alimentorū modus ſtatui debet pro dignitate eius, qui alitur, nu. 43.

Conſuetudo eius qui alitur cōſiderari debet in præſtatione alimētorum: nobilis enim inops eſt licet cibū habeat, ſi cætera pro dignitate non habeat: ruſticus autem ſi cibum habeat, diues eſt. nu. 44. 45.

Nobili alimentario in alimenta præſtari debent gallinæ perdices, arietina caro, & id genus alimenta, Ruſtico verò allia, cepæ, Caſeus, legumina, nu. 46.

Paupe-

Pauperi præſtādæ ſunt in dies ſingulos duæ aut tres libellæ panis, nu. 47.

Pauperibus qui cibos delicatos porrigit, peccat venialiter, nu. 48.

Nobili alimētario an præſtanda ſunt alimēta pro eius famulis, nu. 49. vſq; ad. 54.

Pluribus ſiqnis teneatur alimēta præſtare, an æqualia omnibus dare debeat, tantū vni quantum alteri, non in pecto ordine cuiusq;, diſputatur à nu. 55. vſq; ad. 66

Ius accreſcendi locum non habet in alimentis numero, 67. 68.

Alimenta ſi præſtētur miſerationis gratia, vtrum ſint præſtanda pro dignitate alimentarij. nu. 66. Vbi latè diſputatur an marito, qui conuenitur pro dote, alimenta præſtāda ſint ſi egeat lauta pro dignitate, an verò vitæ ſubſidio neceſſaria, vſq; ad nu. 80. vbi declaratur. l. nepos proculo. militi condemnato arma relinquntur, & doctori libri. nu. 80.

Dictio (cōmodè) & dictio (abſq; penuria) an idem ſignificēt. & dictio (competenter) & dictio (cōmodè) tradditur latè, vbi multa iura nouè declarantur à nu. 82. vſq; ad. 88.

Maritus qui dolo & lata culpa depauperatus eſt, in ſolidum conuenitur, quamuis nudus maneat, nu. 88.

Maritus qui dotē perdidit, quaſi maleficus punitur, quià culpa ſua perdidiſſe creditur, nu. 89.

Maritus, qui culpa, non autem dolo de pauperatus eſt, an poßit in ſolidum conueniri, tradditur à nu. 90. vſq; ad. 96.

In ſolidū qui conueniri non poſſunt, priuari hoc beneficio debēt, ſi ingrati ſint. nu. 96

Alimēta vni bis legata ſi ſint, vtrū ſemel tantū ſint præſtāda à primo obligato, an verò præſtari debeāt ab eo, qui ſecūdo loco obligatus eſt. traditur numero. 97. vſq; ad. 109.

L. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. locū habet in quibuſcumq; controuerſijs, in quibus agitur de taxanda hominis vita. nume. 109. & . 110. & nu. 112.

L. ſiquis argentum. §. ſin autem donator. C. de donatio. quæ videtur aduerſari legi hæreditatum, nouè declaratur. & quid ſit vſura cēteßima, & multa de annuis redditibus à nū, 111. vſq; ad. nu. 122.

Filium opificem, qui opere ſufficere poteſt, non cogitur pater alere, nu. 123.

Patrem opificem ſimili modo alere filius nō cogitur, nu. 124.

Filium qui opere ruſtico poteſt ſibi victum quærere, non cogitur pater alere, numero. 125. & . 127.

Opifex quid ſit, & quid artifex, nu. 125.

Alimentarius ſi ſecūdum ordinē ſuum poteſt dūo ſeruire, alendi onere an liberatur, qui alere tenetur, ſi hero collocet eū, cui famuletur, nu. 128. et. 129. et. 130.

Opificio ſi honeſtè vti alimētarius nō poßit, ſecūdum gradum ſuum ali debet. nu. 131.

Opifex ſi infirmus ſit, aletur à patre, & quæ infirmitas hæc eſſe debeat iudicis arbitrio eſt relinquendum, nu. 132.

Sententia qua quiſpiam declaratur quòd operi ſufficere non poteſt, quomodo ſit ferenda, nu. 133.

Redditus ſi ſufficiāt alēdo rei Domino, & alimētario, aletur vterq;: quòd ſi vni tātum ſufficiant Dūus aletur primò, & quod ſupererit alimētario dabitur. n. 134

Filius an cogatur alere patrem, à quo nullā artem edoctus eſt, nu. 135.

Filius familias nō debet artificiales operas patri, ſed ex ſuo opere ſibi quærit proprietatem, niſi mercetur cum patre, abeoq; alatur. nu. 136. 137.

Filio, qui patris bona adminiſtrat, vtrū ſit præſtandū ſalariū de bonis patris. Item ſi filius mercaturā exerceat cū pecunia patris, an medietatem ſibi quærat tradditur. nu. 138.

# SED SI FILIVS POS-
## SIT SE EXHIBERE ÆSTIMARE

iudices debent ne non debeant ei alimenta decerne-
re, deniq; idem Diuus Pius ita reſcripſit ad Ti
tianum: competentes iudices ali te à pa-
tre tuo iubebunt promodo facul
tatũ eius: ſi modò (cum opi-
ficem te eſſe dicas) in
ea valetudine es,
vt operi ſuffi
cere non
poſsis.

1 EX HOC. §. colligunt ſcrip-
tores, ꝙ filium
qui ſibi ſufficere
poteſt, & alimẽ-
ta ſubminiſtra-
re, non cogitur pater alere no-
tant Barto. & Albert. hic.
idem Bart. l. cunctis. C. de men
dican. validis. lib. 11. ſequitur Iaſ.
auth. res quæ. numero. 11. C.
communi. delegat. Siluanus cõ-
ſilio. 2. numero. 25. lib. 1. notat
idem. Barto. l. libertis quos. §.
manumiſsis. ff. de aliment. &
cibar. legat. idem Bart. auth. res
quæ. numero. 65. C. commu. de
legat. ibi Dominus Antonius
Padilla. numero. 74. Baetius de
non melio. filiabus. c. 5. numero.
3. & Oroſcius. l. 1. §. ius naturale.
numero. 15. ff. de iuſti. & iure.
Anton. & Barbat. in numer. 10.
in. c. cum haberet. de eo qui du-
xit in matri. Tellius. l. 10. Tau-
ri. numero. 6. & Alciatus conſi-
lio. 243. & conſilio. 338. Accur-
ſius ſcholio idonei. in auth. de
triẽte & ſemi. in principio. Mar
cus mantua conſilio. 276. nume-
ro. 9. Tiraquellus de iure primo
geniture. q. 4. numero. 35. illu-
ſtriſsimus Dominus Couarru-
uias in epithome de matrimo.
2. parte. c. 8. §. 6. numero. 9. Due-
ñas Reg. 367: limitatione. 1. Gre
gor. ſcholio. tal meneſter. in. l. 6.
titulo. 19. part. 4. idem Tiraque-
llus de iure primogenituræ. q.
75. Bald. nouel. de dote. 6. parte
priuilegio. 4. numero. 1. Vulga-
rinus de vulgarinis in. l. 1. ff. ſo-
lut. matrimo. numero. 27. & ibi
Camillus viſitarinus. numero.
105. Nata conſilio. 201. numero
12. lib. 1. Aretinus in. l. alimenta
numero. 3. C. de nego. geſt.

2 Hæc ſententia iure Regio
comprobata eſt. l. 6. titulo. 19.
part. 4. vtrum autem filius ha-
beat vnde ſibi alimenta ſuppe-
ditare poſsit, æſtimare iudi-
ces debent, vti Vlpianus hic de
monſtrat. traddit Baldus. l. 1.
§. ſce



§. ſed ſcimus. C. de latina liber-
tate tollenda. ſequitur Ioann.
Luppus in. c. per veſtras de do
natio. inter vir. & vxorem. not.
3. §. 25. nume. 9. Hæc inferuntur
3 ad quæſtionem, de qua agit Bar
tolus auth. res quæ. numer. 6. C.
commu. de legat. qui ait, ꝙ ſicut
pater non cogitur filium alere,
qui ſibi ſufficere poteſt, vt do-
cet Vlpianus hic: ita filiam nu-
ptam non tenetur dotare, cum
iam filia nupta ſit, hanc ſenten-
tiam approbat idem Bart. l. o-
bligamur. nume. 1. ff. de actio. &
obligatio. idem Bart. l. mulier.
§. cum proponetur. ff. ad Tre-
bel. hæc eſt opinio communis
vt Salicetus ait in. l. fina. num. 5.
C. de dotis promi. Coraſius. l.
qui liberos. nume. 52. ff. de ritu
nuptia. Guiller. in. c. rainuntius
verbo dotem quam ei dederat.
num. 24. de teſta. ſequuntur alij
iuris interpretes, quos in vnum
contulit Baetius tractatu de nõ
meliorandis filiabus. c. 5. nume.
3. Matheſelanus ſingu. 106.

4 Contrariam ſententiam de-
fendit Accurſius ſcholio lege in
l. obligamur. ff. de actio. & obli-
ga. illis verbis, lege obligamur
obtemperantes legibus, cum
collocantes filias nuptui dotem
poſtea conſtituere obligamur:
ex ijs colligit patrem teneri do-
tare filiam, cum dictio (poſtea)
hoc ſignificet, vt conſiderauit
Bart. ibi nume. 1. ſententiam Ac
curſij, multi approbarũt Abb.
in. c. 1. de adulterijs. alijq; plures,
quos aggregãt illuſtriſsimus do
minus Couarru. in epithome de
ſponſal. 2. parte. c. 3. §. 8. nu. 7. do
min9 Antonius Padilla in auth.
res quæ C. com. de legat. nu. 72.
Baetius præcitato. c. 5. nume. 4.
Nata dicto conſilio. 21. nu. 12. Sil
uanus dicto nu. 25. Boerius deci
ſione. 130. nu. 8. Iaſſ. l. ſi donatu-
rus. §. 1. nu. 5. ff. de conditio. cau-
ſa data. Hæc opinio ea ratione
commendatur, ꝙ dos detur mu
lieri non tantum ad hoc, vt nu-
bere poſsit, ſed vt onera ſuſti-
neat matrimonij. l. pro onerib9.
C. de iure. dot. c. ſalubriter. de
vſuris. dotem quippè pater dat
filiæ, vt à viro non ſpernatur,
ſed eam honeſtè tractet. auth. de
nuptijs. §. ſiquis ita. verſiculo ſi-
quis enim. colla. 4. auth. quibus
modis naturales efficiantur le-
gitimi. §. quem autẽ. traddit Ioã.
Luppus in. c. per veſtras. not. 3.
§. 20. nume. 4. intereſt etiam rei
publicæ vt pater dotet filiã nu-
ptam, vt filia ſobolem procre-
are poſsit. l. 1. ff. ſolut. matrim.
quæ ſententia vſu forenſi eſt re-
cepta. Cui non obſtat, ꝙ ab a-
limentis ad dotem liceat pro-
cedere, ſed pater non tenetur
alere filium, qui ſibi ſufficere
poſsit, ergò nec filiam nuptam:
quià non dicitur filia ſibi ſuf-
ficere poſſe propter eà, ꝙ nu-
pta ſit, cum eam maritus non
teneatur alere, ſed pater, vt di-
ximus. Item argumentum de
alimentis ad dotem non poce-
dit, cum non vnum ſit diſcri-
men

men intervtrumq;, atq; in ipſa
ſpecie, de qua hic agit Vlpia-
nus, hoc apparet: quià Vlpia-
nus ait patrem non teneri alere
filium, qui ſe exhibere poteſt, at
parer diuitem filiam dotare cō-
pellitur. l. fin. C. de dotis, promi.
vbi Accurſius notat. traddunt
Dominꝰ Couarru. & reliqui do
ctores ſupra poſiti: atq; hæc ſen
tentia iure Regio approbata eſt
l. 8. titu. 11. par. 4. quando autem
permiſſum ſit de cauſa alimēto-
rum ad cauſam dotis procedere
nos diximus.

2. not. 5 Secundò colligitur ex hoc. §.
filium alendum pro modo facul
tatum patris, modum autem ali
mentis ſtatuet competens iu-
dex, vt hic docet iuris conſul-
tus. quæ ſententia depromitur
ex. l. 2. ff. vbi pupi. educari de-
bet: qua ex lege hanc opinio-
nem deduci docet Angel. con-
ſilio 357. num. 10. Lamber de iu
re patrona. q. 3. princ. lib. 3. arti
culo. 12. numer. 1. Dominus Co-
uarru. epithome de matrimo. 2.
parte. c. 8. §. 6. nume. 8. hanc ſen-
tentiam fulcit auth. licet. C. de
natura. liber. illis verbis (eiuſ-
modi enim naturales filios pa-
ſci boni viri arbitrio eſt neceſ-
ſe) textus in. c. cum haberet in
fine de eo qui duxit in matrimo
nium illis verbis (ſolicitudinis
tamen tuæ intererit, vt vterq;
liberis ſuis ſecundum ꝙ eis ſup
petūt facultates neceſſaria ſub
6 miniſtret) iudex autem qui ali-
mentis modum ſtatuit ante ocu
los multa habere debet. Primò
de redditu patrimonij alimenta
eſſe præſtanda conſtituet argu-
mento. l. ius alimentorū in prin.
ff. vbi pupi. educari debeat. vbi
Bart. Bald. & cæteri doctores
notant. ijdē doctores vbi Bart.
nu. 4. in. l. Imperator. ff. ad tre-
bell. hanc ſententiam ſequitur
Gozadinus conſilio. 95. nu. 4.
Ioannes de Amicis conſilio. 56.
num. 2. Petrus Vnzola tractatu
artis notariarꝰ diuiſione. 4. per
ſonarum. nu. 13. Caſſaneus con-
ſuet. Burgun. titul. de infans. Ru
bri. 6. §. & alimenter. nu. 8. & §.
veſtir & habiller. non enim æſti
mari proprietas debet patrimo
nij vt alimenta decernantur: ſed
7 redditꝰ eius. vt Bar. & ſupra poſ
ſiti doctores traddidere: quæ
opinio crebrius recepta eſt Cor
ne. l. 1. num. 6. C. de fidei comiſſ.
quam ſequitur Angel. de gam-
belio. tractatu de teſtamen. glo.
45. nu. 3. Campe. tractatu de do
te quæſtione. 239. nu. 2. Paulus
de monte Pico in. l. titia cum te-
ſtamento. §. titia cum nuberet.
nu. 156. ff. de legat. 2. Bertrādus
conſilio. 168. nu. 1. lib. 2. alijq; plu
res doctores quos aggregat Ti-
raquellus tractatu nobilitatis.
c. 2. nu. 154. Baetius tractatu de
non meliorandis filiabus. c. 2.
nume. 33. Gregor. ſcholio. la ri-
queza. l. 2. titulo. 19. part. 4. hanc
ſententiam fulcit. l. 5. in fine ti-
tulo. 33. part. 7. Iudex ipſe, qui
alimenta decernit, licet ex red-
ditu patrimonij præſtari ali-
menta



menta cōſtituat hoc tam mode-
ratè ſtatuere debet, vt non vni-
uerſum redditum patrimonij in
alimenta decernat: ſed ſemper
ita decernet, vt aliquid ex reddi
tu ſuperſit. l. ius alimentorum
in principio. ff. vbi pupi. educa.
debeat vbi Angel. notat. Pari-
ſius conſilio. 89. nume. 28. lib. 2.
8 Hinc fit, ꝙ ſi pater filio conſti-
tuat alimentorum modum in te
ſtamento vltra redditum patri-
monij, tutor patris voluntatem
ſequi non tenetur. l. at ſiquis. §.
hæc actio. ff. de religio. & ſumpt.
fune. illis verbis (ſciendum eſt
neq; voluntatem teſtatoris ſe-
quendam, ſi res egrediatur iu-
ſtam ſumptus rationem: pro mo
do enim facultatum debet ſum-
ptus fieri. ex illa lege hanc opi-
nionem colligit ibi Ioannes Ba
ptiſta Aſinius. nume. 4. Baetius
de decima tutoris. c. 2. nume. 85.
9 eodem modo ſi pater in teſta-
mento tam modica alimenta fi-
lijs præſtari iuſſerit, vt non ſta-
tuerit reſpectu facultatum, ſed
modica nimis alimenta decre-
uerit, vltra quantitatem præfi-
nitam alimenta tutor præſtabit
l. ius alimentorum in fine. ff. vbi
pupi. educa. debeat. traddit Al-
bertus Brunus tractatu de aug-
mento & diminutione. con-
cluſione. 10. principali. nume. 11.
idem Albertus Brunus tracta-
tu de diminutione & deteriora
tione concluſione quinta. num.
10 30. Item debent alimenta decer
ni pro incremētis ætatis vt pro
greſſu temporis augeantur ali-
menta. l. cum vnus. §. final. ff. de
alimen. & cibar. legat. l. ius ali-
mentorum in fine. ff. vbi pupi.
educa. debeat. l. ſed & ſi quid in
ædificauerit. §. mancipiorum.
ff. de vſu fructu. Vbi Florianus
annotauit. traddunt doctores
in. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. ma-
tri. Gozadinus conſilio. 95. nu
11 mero. 4. Ex hac ſententia colli-
gitur, ꝙ ſi teſtator pecuniam le
gaſſet ad alimenta puerorum al
terius vè perſonæ, ex pecuniæ
redditu & vſuris alimenta præ-
ſtanda eſſe. Martianus in. l. di-
ui. ff. ad leg. falcid. Vbi iubet,
vt idoneis hominibus colloce-
tur pecunia, vbi notat Alexan.
12 nume. 6. Penes quem autem le-
gata pecunia manere debeat,
quæri ſolet. Angel. in. l. cum ij.
§. ſi integra. ff. de tranſactio.
apud hæredem pecuniam ma-
nere debere ait, vt legatario præ
ſtet redditum pecuniæ, ſiuè vſu-
ras, adducit textum quem ſin-
gularem & expreſſum eſſe dicit
pro hac ſententia in. l. fundi
Trebatiani. ff. de vſu fructu le-
gat. hanc opinionem ſequitur
Iaſſ. dicto. §. ſi integra. nume. 1.
& ibi Ioānes Oroſcius: qui pro-
pterea apud legatarium iubet
manere pecuniam, quià erat
reſtiturus cum moreretur, vt
illis verbis demonſtratur (&
mortis tempore pecunias reſti-
tuat.)

Contrariam ſententiam de-
fendit Fulgo. in dicto. §. ſi in-
tegra.

tegra. ait enim, ꝙ ſi pecunia
ſimpliciter fuiſſet legata, vt ex
vſuris paſceret ſe legatarius,
neqꝫ adiectum eſſet vt mortis tē-
pore pecunias reſtitueret, ꝙ pe-
cunia cēſetur relicta, vt eam ha-
beat legatarius pleno iure, & ad
ſuos hæredes transmittat argu-
mēto.l.libertis libertabuſqꝫ meis
ff.de alimen.& cibar.lega.hanc
ſentētiam ſequitur Hippo.ſing.
414.incipit teſtator: igitur ſen-
ſit Fulgoſius pecuniam generali-
ter legatam, vt ex eius vſuris ala-
tur legatarius apud deū manere
pleno iure: niſi dicatur, vt mor-
tis tempore reſtituat: cum An-
gelus dicat in hac ſpecie, pecu-
niam apud hæredem manere de-
bere. Fulgoſij ſentētiam refellit
Iaſ.dicto.§.ſi integra. Ipſe equi-
13 dem diſtinctione componendā
eſſe hanc controuerſiam puto:
aut res hæredi relinquitur, & rei
ipſius fructus legantur ad cuiu-
ſpiam alimenta, & in hac ſpecie
res manebit apud hæredem, à
quo fructus ad alimenta capiet
legatarius: in hoc caſu obtinet
ſentētia Sceuolæ in.l.fundi Tre-
batiani.ff.de vſufructu legat.&
ſententia Angeli, aut pecunia le-
gatur, vt ex vſuris alatur legata-
rius, & mortis tēpore reſtituat
eam, in hac ſpecie pecunia ma-
nebit apud legatarium.l.cum ij.
§.ſi integra.ff.de tranſactio. aut
pecuniā ſimpliciter alicui relin-
quit teſtator, vt inde ſe paſcat,
& ad legatarium pertinet pleno
iure.l.libertis libertabuſqꝫ meis

Diſtin-
ctionous.

ff. de alimen. & cibar. legat. in
hac ſpecie obtinet Fulgoſij ſen-
tentia propterèa, ꝙ in propoſi-
to res ipſi legatario eſt relicta,
& illa adiectio, vt ex vſuris eius
alatur, ad cauſam prælegandi,
non ad vſum fructum conſtituē-
dum pertinet.l.pe.in fine. ff. de
alimen.& cibar.legat.ſi verò pe-
cunia ſit relicta ad alimenta ali-
cuius, neqꝫ ipſi ſit legata, neqꝫ
hæredi data, ſed ijs verbis relin-
quatur: ex vſuris mille aureorū
volo vt alatur Antonius: hæc pe-
cunia neqꝫ apud hæredem neqꝫ
apud legatarium manebit: ſed
idoneis hominibꝰ collocabitur
iudicis præcepto, vt ex vſuris a-
latur Antonius.l.diui. ff.ad leg.
falcid.vbi Alex.nu.9.traddit ad
iuſtum quæſtum hodiè pecuniā
collocandam, cum vſuræ prohi-
bitæ ſint vt in.c.plerumqꝫ de do-
natio. inter virum & vxo. ſem-
per enim alimenta cuipiam reli-
cta de redditu patrimonij præ-
ſtanda ſunt.l. ius alimentorum.
14 ff.vbi pupi educa.debea.l.Impe-
rator. ff. ad trebell.l. qui bonis.
ff.de ceſsione bonorum.traddit
Aret. in. l. alimenta.nu.3. C. de
nego. geſt. hanc ſententiam di-
cit eſſe tenendam cordi Sali. in
l.ſi quis ad declinādam nu.4. C.
de epiſcopis & clericis. traddit
Bart.dicta.l.Imperator.poſt Ia-
cobum de Aret. ſequitur Alex.
ibi nu.5.Ex hac ſentētia colligit
generale thema Bal. conſili. 30.
lib.2. ꝙ vbi de alimentis loqui-
mur, ad redditus habemꝰ reſpe-
ctum.



ctum, ſequitur Tellius in. l. 10.
Tauri.nu.14.Aymon conſi.199.
nu.6.Menochius de caſibus qui
iudicis arbitrio relinquntur lib.
2.centuria.2.caſu.nu.26.Ex hac
15 recepta opinione colligit Pau-
lus caſt.in.l. Imperator.nu.8. ff.
ad trebell. quod ſi aliquo anno
fructus patrimonium non red-
deret, alimenta alicui relicta nō
præſtarentur argumento.l. ma-
ritū.§.1. ff.ad leg.falcid. vbi mi-
nuto legato prædij, ex quo alimē-
ta præſtanda ſunt, non minuun-
tur alimenta: quià redditus an-
nuam præſtationem largiuntur:
quaſi velit Sceuola alimētorum
legatum minui, ſi annuam præ-
ſtationem redditus non largirē-
tur.eandem ſententiam fulcit.l.
liberto.§.à liberto.ff. de annuis
legatis, ſequitur Anton.Gomez
in.l.9. Tauri nu.40. Emilianus
conſili.146. nu.14. non eſt enim
diſtrahēda proprietas fundi ex
Vnde operæ precium erit,vt
vim ac poteſtatem legis tenea-
mus, deciſionis rationem inqui
rere,& propterea in ſpecie.l.ne
pos proculo , alimenta relinqui
pro dignitate alimentarij exiſtĩ
mo, quià hoc inter partes cõue-
nit.conuẽtio autem partium cu
ſtodienda quaſi lex eſt.l.1.§.ſi cõ
uenerit.ff.depoſiti.l.legem quã
dixiſti.C.de pactis.l.contractus
ff.de regul.iur.l.ſiquis creddide
rit.ff.de pactis.ſed in ſpecie.l.ne
pos proculo.promiſsit quis do-
tem pro filia ( cum commodum
erit)quæ verba efficiunt,ne pro
miſſor in ſolidum conueniatur,
ſed demun ſalua dignitate,ideſt
ſine incõmodo ſuo cõueniatur,
vnde fit,vt alimenta pro digni-
tate eius relinquantur , quià ex
prouiſione contrahentis relin-
quuntur , quæ perperdi debet.
argumento.l.fin.C.de pact. do-
talibus.vbi hominis prouiſio fa
cit ceſſare legis prouiſionem: &
ideo quamuis iuris præcepto
quando alimenta præſtantur mi
ſerationis gratia,ea tãtum præ-
ſtantur , quæ vitæ ſubſidio ſunt
neceſſaria : ſi tamen pacto præ-
ſtanda ſint, ſecundum legem cõ
uentionis debent præſtari,vnde
fit vt deciſio. l. nepos proculo.
non tantum in militis perſona
locum habeat,verum & in per-
ſona cuiuſq; hominis,qui ſimili
pactione ſibi conſuluerit.

80 Id tamen annotandum eſt,ꝙ
Accurſius ſcholio dignitate.l.
nepos proculo. ait in ſpecie le-
gis militi arma eſſe relinquenda
tantum ,quæ ſententia certa nõ
eſt, quià licet lege eautum ſit, vt
miles condemnatus eatenus co-
gatur ſoluere , quatenus facere
poteſt.l.miles. ff.de re iud. & in
hoc caſu arma tantum relinquã
tur : hoc tamẽ obtinet ſi ex cau-
ſa ciuili conueniatur,in qua ſpe
cie locũ habet ſententia Accur
ſij,quem ſequitur Otalora intra
ctatu nobilitatis quintaparte.c.
fin.nu.3.qui atteſtatur hoc iudi-
cum praxi receptum eſſe , quod
de promitur ex.l.3.4.&.5.titu.2
lib.6.nouæ compilatio. vnde in
ſpecie.l. nepos proculo ſiis qui
decem dare promiſsit(cum cõ-
modũ erit) miles ſit, non tãtum
alimenta habebit pro dignita-
te , ſed & arma , quod ſi doctor
ſit,libri relinquentur. traddunt
doctores quos in vnum colligit
Dueñas regul.55. in limitatiõe.
5. idem Petrus Dueñas Regul.
365.limit.5.non enim miles ſine
armis,aut doctor ſine libris ho-
neſtè viuit.hæc autem relinquẽ-
tur,vt illæſus in columiſq; ſit eo
rum ordo,quod reipublicæ inte
reſt.l.5.titulo.15.part.6.hoc mo
do intentio Accurſij interpre-
tanda eſt,vti placuit Cæpolæ in
l.nepos proculo.nu.8.

81 Ea autem alimenta, quæ præ
ſtãda ſunt in ſpecie.l.nepos pro
culo.lauta debent eſſe prodigni





tate perſonæ,cui ſubminiſtran-
tur.quod ipſe Proculus cõſtituit
ex vi dictionis(cõmodum) quæ
hoc ſignificat, vt docet Ioannes
Andreas ſcholio abſq; penuria
in.c.1.§.ſanè.de ſtatu regul.lib.6
hanc ſententiam notabilem eſſe
ait Abb.in.c.1.de inſtitutio. idẽ
Abb.in.c.poſtulaſti de reſcript.
eam eſſe ſingularem atteſtatur
Decius in.c.peruenit.2.nu.5.de
82 appellatio. ipſe tamẽ Decius re
fellit opinionẽ Ioannis Andreæ
dum conſtituit diſcrimen inter
dictionem(abſq; penuria)& di
ctionem(cõmodè)nullumq; di-
ſcrimen eſſe ait,ſed vtramq; di-
ctionem eandem ſignificationẽ
habere, hæc ipſe docuit à coniu
gatis ex.c.1.de inſtitutionibus iũ
cto.c.cum.m.Ferrarienſis.de cõ
ſtitu.conſtituit emim.c.1.de inſti
tutio.ne plures monachi in mo-
naſterio ſuſcipiantur , ꝙ quot
ſe regere de bonis monaſterij
abſq; penuria poſsint.c.cum.m.
in eiſdẽ ferè terminis loquitur,
& ait non eſſe in canonicos plu
res eligendos ꝙ quot ex redditi
bus eccleſiæ ſuſtentari poſsint
competenter:ergò idem ſignifi-
cant dictiones hæ ( abſq; penu-
ria,& competenter) idem de di
ctione(congruè)& dictione(cõ
modè) conſtituemus , vt Decio
placet,ijſq; ductus argumentis,
quæ pro hac parte ait eſſe bona.
ſententiã Decij ſequutus eſt Ca
gnolus.in proæmio digeſtorum
)(§.non verò.nu.1.

83 Ipſe certò ſcio ſententiam Ioã
nis Andreæ non frangi hoc ar-
gumẽto, vt Decius exiſtimauit,
quià.c.1. de inſtitu.&. c.cum. m.
de conſtitu.non loquuntur in ea
dem facti ſpecie, ſed in diſsimi-
li,quià. c.1. agit de monachis. c.
cum.m.de canonicis, maximũq;
inter vtroſq; diſcrimẽ eſt , quià
monachus honeſtè vitam ducit
ſi ſine penuria viuat , cum pau-
pertatis voto ſit aſtrictus.c.non
dicatis.12.q.1.c.2. de ſtatu mona
cho.canonici autem , cum pau-
pertatis votum non emittant,
non ſunt egeni,ſed diuites & di
gnitate quadam præditi.c.ſtatu
tum de.reſcrip.lib.6. perpendit
inibi Gomecius.nu.21.vnde lau
tius canonici alendi ſunt,ꝙ mo
nachi : propterea conſtituit . c.
cum.m.vt commodè ſuſtenten-
tur.c.1.de inſtitutio. decernit vt
ſine penuria monachi exhibeã
tur : ex quo apparet textus hos
Ioannis Andreæ ſententiam ful
cire , non frangere.

*Interpretatio noua*

84 Secundò ꝙ textus.ij in diſsimi
li ſpecie loquantur,ex eo appa-
ret, ꝙ. c.1. de inſtitutio.agat de
eccleſia nõnumerata. c. cum.m.
de eccleſia numerata, vnde lau-
tiora alimenta præſtantur , vt
quiſpiam in canonicum ad lege
tur vltra numerum præſtitutum
ꝙ in ſpecie.c.1.de inſtitutio.vbi
monachorũ numerus eſt incer
tus ; difficiliuſq; præſtitutus nu
merus rumpitur,ꝙ augeatur ſim
pliciter.c.conſtitutus. de reſcri-
pti.hac de cauſa largiores eccle
ſiæ facultates requirũtur in ſpe-

*Aduerſus Decium.*

85 cie.c.cum. m. ꝙ in ſpecie.c.1. de inſtitutio. Ex quibus colligitur ſecundum iuris regulas Ioannem Andream conſtituiſſe diſcrimen interdictionem (commodè) & dictionem (abq; penuria) cuius ſententiam defendit Rebuffus intrctatu cõgruæ portionis. q.8. numero.78. vbi diluit, ac refutat opinionem Decij. vnde fit vt.l. nepos proculo ſancte decreuerit ex vi ac poteſtate dictionis (commodè,) alimenta in illa ſpecie pro dignitate præſtanda eſſe.

86 Ex quo apparet Socynum in l.quod te mihi. nu.33. ff. ſi cert. pet. malè collegiſſe ex. l. nepos proculo. illud dici quem poſſe, quod commodè poſsit: atq; hoc modo interpretandam eſſe. l. maritum. ff. ſolut. matrimo: vt in ſpecie illa maritus non cogatur dotem reſtituere, niſi commodè poſsit, quæ ſententia nul-
87 lo iure fulcitur, cum in l. nepos proculo. propterea qui dotem promiſsit, non condemnatur inſolidum, ſed in id quod commodè præſtare poteſt, quia promiſſor pactione ſibi conſuluit. Item ipſe noto. l. nepos proculo. non tantum non fauere opinioni & ſentẽtiæ Baldi, ſed contrariam conſtituere, vt alimenta, quæ miſerationis gratia relinquuntur, præſtanda non ſint pro dignitate alimentarij. quod apparet ex eo ꝙ. l. nepos proculo. loquatur in perſona ſoceri, qui genero dotem pro filia ſedaturum promiſsit, cum commodum foret, alimenta eſſe relinquenda ſocero condemnato pro dignitate ſoceri lex conſtituit, quia ſedaturum promiſsit, cum commodum eſſet: ideſt ſalua dignitate ſua: vnde apparet quod ſi promiſsiſſet abſolutè nihilo adiecto, non relinquerentur alimenta pro dignitate, vt colligitur ex. l. nepos proculo. ſocer autem non condemnatur niſi in id, quod facere poteſt. l. ex diuerſo. ff. ſolut. matrim. l. penul. ff. de iure doti. igitur ſi alimenta relinquantur miſerationis gratia, non ſunt relinquenda pro dignitate alimentarij, vt apertè depromitur ex. l. nepos proculo. quæ opinio iure Regio approbata eſt. l. 3.4.5. titulo.2. lib.6. nouæ compilatio. traddit Dueñas regul.275. limitatione. 3. vbi nobili condemnato arma veſtes equus q; & lectum relinqui debẽt: domus autem in qua moretur relinquenda non eſt, vt traddit Otalora in tractatu nobilitatis.5.parte.c.fina.num. 3. hinc apparet iure Regio ijs, qui in id tantum, quod facere poſſunt, conueniuntur, non eſſe relinquenda alimenta etiam vitæ ſubſidio neceſſaria, cumq; leges Regiæ loquantur in perſonis nobilium hominum, in reliquis locum habebunt: cum eadem ſit ratio & fortior quidem argumento eorum, quæ ſcripſit Ioannes Andreas ſcholio Italiæ in.c.1.de tempo.ordi.lib.6.

Interpretatio noua





88 Hæc autem, quæ de marito ſcripſimus, vt in id conueniri debeat, quod facere poſsit, obtinent: niſi maritus dolo & lata culpa depauperatus ſit, quia in tali ſpecie inſolidum conuenietur, quamuis nudus maneat. l. verũ. ff. pro ſocio. quæ lex cum de ſocio agat, ad maritum trahi poteſt, quia vir & vxor ſocij ſunt. l. penul. ff. de iure dot. ex qua lege deduxit Bald. in.c. quæ in eccleſiarum. numero. 18. de conſtitu. ꝙ ij qui culpa crimine ꝙ proprio depauperati ſunt, paupertati indulto beneficio nõ fruuntur, in hac ipſa ſpecie Baldus in.c. ex parte. numero.1. de conſuetu. ait, legis beneficium ne quis inſolidum cõdemnetur, locum non habere in perſona eius, qui propter maleficiũ pauper factus eſt. huic opinioni accedit Iaſſo in auth. res quæ. numero. 22. C. communia delegat. Ioann. Luppus in.c. per veſtras de donatio. inter vir. & vxor. not.3.§.fina.numero.7.vbi Bernardus Diaz plures congerit, qui hãc ſentẽtiam ſequuti ſunt, quam ſequitur Caſtillus in.l.66. Tauri verſicul. rraraigar. col.12 Nemauſenſis in tractatu clauſularum. pa. 950. in principio. Zaſiꝰ in.l. maritũ. verſic. tertio. fallit. ff. ſolut. matrim. in hac eadem ſententia fuit ipſe Bald. in l. etiam.§. licet. ff. ſolut. matrim. qui pro hac parte adducit ſententiam Accurſij ſcholio nõ debere in. l. verum. §. tempus. ff. pro ſocio. vbi Vlpianus ait ſocium in id quod facere poteſt, quodq; dolo deſijt quominꝰ poſſet, conueniendum eſſe: ſed ſi non dolo ſed culpa ſua deſijſſet, vt facere poſſet, non eſſe condemnandum. hanc ſententiam in perſona mariti locum nõ habere Accurſius ait odio mariti, qui in cauſa dotis inſolidum conueniri debet, ſi culpa ſua deſijt poſſe reſtituere. Accurſij ſententiam ſequitur Albericus in §. tempus. qui ait eiuſdem Accurſij ſententiam in. l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matrim. quæ huic aduerſatur, crebrius reprehendi, quod iterum approbat ipſe Albericus in.l. vni.§. cum autem in principio. C. de rei vxo. actione. Ioannes Baptiſta de ſancto Blaſio, tractatu de priuilegijs dotis centuria. 4. numero. 14. Vincentius de herculanis in. l. non tantum. numer. 4. ff. de re iudi. & hanc opinionem communiter approbatam eſſe atteſtatur Paul. caſt. in.l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matrim. in verſiculo ſed ſi quæritur.

89 Eam autem ob cauſam maritus qui culpa deſijt poſſe dotem reſtituere, inſolidum conuenitur, quia dotis conſeruatio ad publicam vtilitatem pertinet. l. 1. ff. ſolut. matrim. igitur cum maritus conſumẽs res dotales rempublicam offendat, quaſi maleficus egeſtate premetur. l. bona fides. ff. depoſiti. quæ cauſa in perſona ſocij non ineſt, vnde fit, vt

non conueniatur in id, quod cul
pa ſua deſijt poſſe, niſi dolo de-
ſijſſet. pro hac recepta opinione
doctores adducunt. l. etiam. §. li-
cet. ff. ſolut. matri. vbi maritus in
rebus dotalibus culpã præſtat.

Secundò adducunt. l. vni. §.
cum autem. C. de rei vxor. actio.
vti Ioãnes Imola ait in. l. etiam.
§. licet.

Tertiò pro ha parte adduci-
tur. l. pen. ff. de iure doti. vbi ſo-
cer qui dotem genero ſe daturũ
promiſſerat, inſolidum conue-
nitur, vnde fit, vt inſolidum con
demnetur propter culpam, cui
obnoxiꝰ fuit promittẽdo, quod
præſtare non poterat. ex qua
lege colligit Bald. in. c. ex parte
de conſuetudine. ꝙ maritus qui
vicio ſuo depauperatus eſt pri-
uatur priuilegio à lege in dulto
ne inſolidum cõueniatur: quod
Baldus ex lege depromit proce
dens ex perſona ſoceri ad mari-
ti perſonam, proptereà quod
eadem ſit ratio in vtriſq;.

90 Contrariam ſententiam, ꝙ
culpa mariti non efficiat, vt ipſe
priuetur beneficio ne inſolidũ
conueniatur, ſed dolus tantum:
defendit Accurſius ſcholio ver-
ſatus. l. vni. §. cum autem. C. de
rei. vxor. actio. hanc ſententiam
dicit eſſe veram Bart. in. l. etiam
§. licet. nu. 2. ff. ſolut. matrim. cui
acceſsit Angel. ſequitur Roma-
nus, qui ait hanc opinionem eſ-
ſe veriorem, vbi Ioannes Imola
numero. 3. in fine ſcripſit com-
muniter receptam: quam ſequu
tus eſt Iacobus de Arenis in. l.
maritum. ff. ſolut. matrim. vbi
Roman. nume 6. Itemq; Alexã.
nu. 6. ſequuti ſunt. eamdem ap-
probat Salicet. l. vni. §. cum au-
tem. nu. 25. C. de rei vxori. actio.
Iaſſo. in. l. qnod nomine. nume. 1.
ff. de cõdictio. indebi. Fulgoſius
in. l. verum. §. tempus. ff. pro ſo-
cio. Ioannes Baptiſta de priui-
legijs dotis. centuria. 2. num. 37.
atq; iterum num. 82. idem Ioan
nes Baptiſta centuria. 3. nu. 41.
Maynerius in. l. in cõdemnatio-
ne. nu. 17. ff. de regul. iuris Socy.
regul. 257. limitatione. 2.

91 Pro hac parte adducunt do-
ctores. l. verum. §. tempus. ff.
pro ſocio. vbi ſocius condemna
tur in id tãtum, quod facere po-
teſt, quodq; dolo deſijt poſſe fa-
cere, non in id, quod culpa ſua
deſijt poſſe, idem ergò in perſo-
na mariti obſeruandũ erit, cum
vir & vxor ſint ſocij, nec poteſt
reddi ratio, quare deciſio. §. tem
pus. locum non habeat in per-
ſona mariti, cui indultum eſt be
neficium ne inſolidum conue-
niatur, quo priuari non poteſt
niſi in caſibus à iure definitis:
cum priuationis pœna hæc ſit,
conſequitur, ꝙ nulli imponi po
teſt, niſi à lege caueatur. Ioannes
ſcholio fin. in fine in ſumma. 15.
q. 8. idem Ioannes in. c. cum apo
ſtolos. 81. diſtinctione, Bernar-
dus ſcholio pe. in. c. fina. de iure
patro. hanc ſententiam ſequun
tur plures, quos aggregat Tira-
quellus. l. ſi vnquam. verbo re-
uerta



uertatur. nume. 250 C. de reuo.
donat. Iaſſo. in. l. quod te mihi.
nume. 32. ff. ſi cert. pet. Ioannes
Imol. in. c. querellam colu. fina.
de iure. iur. Corſetus in ſingula
ri incipienti fornicatio. Alexã.
in. l. etiam. §. 1. ff. ſolut. matrim.
nu. 7. Felinus in. c. 2. de reſcrip.
Iaſſo. l. diuortio. §. ſi fundum. ff.
ſolut. matrim. colu. 2. Idem Iaſſ.
in. l. ex facto in principio. ff. de
vulg. & pupi. Ripa in Rubri. de
iudicijs nume. 15. Gomezius in
§. pœnales. nume. 25. inſtitu. de
actio. Hippo. Riminal. §. 1. inſti-
tu. de donat. num. 525. Siluanus
conſilio. 25. nume. 12. hæc ſenten
tia depromitur ex tex. in auth.
de non eligendo ſecundò nubẽ-
tes. §. cum igitur. colla. 1. quem
text. pro hac opinione notat
Bald. in auth. ex teſtamento. C.
de ſecundis nuptijs. eadem opi-
nio deducitur ex tex. in. l. & ſi
quidẽ. §. deniq;. verſiculo Diuus
ff. de religio. & ſump. fune.

92 Huic opinioni non obſtat. l.
etiam. §. licet. ff. ſolut. matrim.
vbi in rebus dotalibus maritum
culpam præſtare conſtitutũ eſt,
quià loquitur lex, vt ibi traddit
Ioannes Imola, in eo quod ad
vinculum obligationis attinet,
non autem in amittendo bene-
ficio ne inſolidum conueniatur.
hoc modo intentionẽ iuris con
ſulti interpreratus eſt Bart. in
§. licet. nume. 2. in propoſito ſen
tire videntur Ioannes Imola &
Bartolus, quod in rebus dota-
libus maritus culpã præſtat ad
hunc effectum, vt teneatur de
culpa, non tamen ad hoc vt per
dat beneficium ne inſolidũ con
ueniatur, ita ante eos ſenſit Iaco
bus de Arenis in. §. licet. Iacobꝰ
de vellouiſo in. l. vni §. cum au-
tem. C. de rei vxo. actione, vnde
ea quæ ex. §. de promiſsit Ioan.
Imol. dicit eſſe multum à remo-
tis Alexand. in. §. licet. nu. 6. hac
interpretatione explicãdus eſt
§. cum autẽ, vti Imola ait, quem
textum ipſe Ioannes adduxerat
pro contraria parte, vbi Iuſti-
nianus approbans id quod ve-
tuſtiori iure decretum erat, ne
maritus inſolidum conuenire-
tur, hoc contrahit, ſi maritus do
lo deſijſſet poſſe facere: ergò do
lus efficit, vt maritus inſolidum
conueniatur, non autem culpa,
cum lex non exprimat.

93 Item huic opinioni non ob-
ſtat. l. penultima. ff. de iur. dot.
quam legem pro contraria par-
te adduxit. Baldus, nihil etenim
Baldi ſententiæ fauet lex, vt ait
Iaſſo in. l. quod nomine. nume-
ro. 1. ff. de condi. indebi. quim-
imo lex illa ſententiæ Baldi ad-
uerſatur, quià ſocer in id tan-
tum cõuenitur, quod facere po
teſt, niſi ſciens ſe ſoluendo non
eſſe dotem dare promiſſerit, vt
generum circumſcriberet: igi-
tur lex loquitur in perſona ſo-
ceri, qui dolo promiſsit. hoc cõ-
uincitur ex dictione (ſciens). l.
hæc verba. C. de adulterijs. Item
conuincitur ex dictione (inſidia
retur) quæ dolo facere ſignifi-
cat,

cat, vt docet Cicero lib. 3. offi-
ciorum in hæc verba, ratio er-
94 gò hoc poſtulat, nequid inui-
dioſè, nequid ſimulatè, nequid
fallaciter, vnde cum.l. penulti-
ma de perſona ſoceri agat, in
perſona mariti obtinebit, cum
parſit ratio, vxor enim marito
magis tenetur reuerentiam ex
hibere, ꝙ gener ſocero, ob quã
cauſam indultum eſt marito be
neficium ne inſolidum conue-
niatur, ne contra receptam re-
uerentiam, quam vxor debet
præſtare viro, cogatur maritus
mendicare.l. alia.§. elegãter. ff.
ſolut. matrim. ex qua lege hanc
rationem deprompſere Bart.
in.§. eleganter nume. 5. Alber.
nu.2.Bald.in principio. Cuma-
nus.nu.1.Alexand.nu.2. quibus
reliqui interpretes acceſſere.idẽ
placuit Bald.l. quod nomine.ff.
de condictio. indebi. ſequitur
Alexan. conſilio.133.nu.3. lib.5.
huic ſentẽtiæ fauet.l. vni.§. cum
autem. C.de rei vxor.actio. illis
verbis, (& reuerentiæ debitum
maritali,) ex qua lege ſuprapo-
ſitam rationem deduxit Cynus,
hãc rationem huic deciſioni ad-
duxit primus Iacobus de Are-
nis in.l.ſi maritus.nume.2. ff. ſo
lut. matrim. ſequitur Pontanus
in.l.diuortio. nume.12. ff. ſolut.
matrim.Iaſſo.l. ſi conſtante. nu.
28.atq; iterum.num.111. ff.ſolut.
matrim. Ioannes Crotus in.l. 2.
ff.ſolut.matrim.nume.56. Hip-
po.Riminald.in principio inſti.
quibus alienare non licet. num.
358.Iacobinus de ſancto Geor-
gio in.l.ſiquis crediderit in prin
cipio.ff.de pactis.inibiq; Ioann.
Oroſcius nu.2. Maynerius in.l.
incondemnatione. nu. 12. ff. de
regu.iur.Antoni 9.in.l.51. Tau.
nume.49.Auiles in.c.18.præto-
rum ſcholio qual conuenga.nu.
7. in principio. propterea tan-
tam debet mulier marito reue-
95 rentiam exhibere, quià ſubie-
cta viro eſt, & in eius poteſtate,
exemplo filij familias. c. hæc
imago.c.cum caput.c.mulierem
c.mulier. 33. q.5. traddit Caſſa-
neus in conſuet. Burg. Rub. 4.
§.5.numero.43. Xuares in. l. 9.
titulo. 11. lib.1. fori in principio.
§. vlterius pro euidentia, & in
§. & cum hac lege concordat.
Boerius in conſuetud. Bituri-
cenſsibus.§.4.glo.1.folio.3. hæc
ſententia iure Regio approba-
ta eſt. l. 34. titulo.9. part. 1. hac
ratione indultum eſt marito be
neficium ne inſolidum conue-
niatur: hæc ſanè præcipua cau-
ſa fuit, vt beneficium marito in
dultum ſit, quamuis & illa non
ſit leuis, ꝙ vir & vxor diuinæ
humanæq; rei ſocij ſint Filius
autem patri impio ac ſcelerato
alimenta ſubminiſtrat.l.mutus.
§.manente. ff. de iur. dot. auth.
de incæſt.nuptijs. §. ſi verò.col-
lo. 2. quod propterea introdu-
ctum eſt, quià filio perſona pa-
tris ſemper ſancta ac religio-
ſa videri debet. l. liberto & fi-
lio. ff. de obſequijs. idem con-
ſtituemus in perſona mariti,
vnde



vnde cum viro hoc indultum
ſit beneficium, ꝙ in id damne-
tur, quod facere poteſt, quodq;
dolo deſijt poſſe, non autem in
id quod culpa ſua poſſe deſijt, cõ
ſequens eſt, ne beneficio priue-
tur propter ſolam culpam.
96 Hoc tamen non relinquã con
ſultò, ꝙ maritus eorumq; per-
ſonæ, qui inſolidum non conue
niuntur, hoc beneficio priuari
debent, ſi ingrati ſint, quod exẽ
plo filij conſtituendum eſt.l. ali-
menta.l. fina. C. de alend.liber.
tradit Oldendorpius in tracta-
tu de actionibus. 14. diuiſione.
numero.20.
97 Tertiò huius.§. ſententiæ lo-
cus non eſt in perſona eius, cui
alimenta legata ſunt: huic ſi ſe-
cundo quiſpiam alimenta reli-
querit, non præſtari poterũt ea,
quæ ſecundò loco legata ſunt.
Salicetus in.l. planè. §. ſi eadem
ff. de legat. 1. ea ratione inniti-
tur Salicetus, ꝙ alimenta ſemel
tantum debeãt præſtari, vt Ac-
curſius notat in.§.ſi eadem ſcho
lio duorum. hoc ſanè ſcripſere
Accurſius & Salicetus in eo ca-
ſu, quo teſtator Antonio alimẽ-
ta reliquit, cui hæres eodem mo
do alimenta legauit, in hac facti
ſpecie ſemel alimenta præſtan-
da eſſe traddidere eam ob cau-
ſam, quià teſtamentũ teſtatoris,
& teſtamentum hæredis vnum
idemq; intelligitur argumento.
l. huiuſmodi. §. 1. ff. de legat. 1.
hanc quæſtionem parum dubi-
tationis in ſe habere atteſtatur
Iaſſo.in. §. eadem. nume.10. qui
huic ſententiæ rationem reddit.
ſed teſtamentum teſtatoris & te
ſtamentum hæredis vnum non
intelligi affirmat. Ex ijs tamen,
quæ in propoſito traddidit Iaſſ.
colligitur alimenta cuipiam le-
gata ſi à quouis alio ſecundo lo-
co relicta ſint, præſtanda tan-
tum ſemel eſſe ex primo legato,
ſecundum autem alimentorum
legatum inutile fore, ſiue ille,
qui ſecundo loco legauit, hæres
ſit eius qui primus reliquit, ſiue
non ſit hæres, pro hac parte ad-
ducit Iaſſ.l. libertis quos in prin
cipio.ff.de aliment.& cibar.le-
gat. vbi teſtator libertis, quos
teſtamento manumiſſerat ali-
mentorũ nomine menſtruos de
cem legauit, deinde codicillis
generaliter omnib9 libertis mẽ
ſtruos ſeptem & annuos veſtia-
rij nomine denos legauerat: ex
codicillis non ex teſtamento ali
mentorum legatum præſtandũ
eſſe Scæuola ait, huic deciſioni
ipſe Scæuola rationem reddit,
quià ab his, quæ teſtamento ci-
bariorum nomine legata ſunt,
receſſum eſt propter illa, quæ
codicillis relicta ſunt. Igitur cũ
ex codicillis alimentorum lega-
tum præſtandum ſit, non ex te-
ſtamento, apparet propterea
ſemel præſtari, quià legatum ſit
alimentorum nomine, nam ſi
alia ex cauſa diuerſæ quantita-
tes legatæ fuiſſent in teſtamẽto
& codicillis, omnes legatæ quã
titates præſtarẽtur, argumento.
l. cum

l. cum centum in principio. ff.
de adimend.legat.
98 Secundò pro hac parte addu
cit Iaſſ.l. dominus. §.1. ff. de vſu
fructu. vbi fructu prædiorũ ob
alimenta libertis relicto, ſiquis
ex his deceſſerit, emolumentum
partis vita decedentis ad domi
num proprietatis deuoluitur,
non autem accreſcit collibertis.
inde colligitur, ꝙ ſi res ob ali-
menta relicta ſit, pars vita dece
dentis non accreſcit coniunctis.
hanc ſententiam ex.l.dominus.
§.1.deprompſit Bart. in.l.re cõ-
iuncti nu. 42 .ff. de legat.3. hæc
fuit opinio Accurſij ſcholio fin.
in.l.dominus. §.1. huic opinioni
fauet.l.pe.§.1.ff.ad legem falcid.
inibiqꝫ notat Accurſius ſcholio
pro modo. quæ ſentẽtia crebrius
recepta eſt teſte Ripario in.l.re
coniuncti, nu.141. inibiqꝫ trad-
dunt Iaſſ.nu.174.Ioann. crotus.
nu.73.Alciat.nu.41. huic ſenten
99 tiæ rationẽ reddit Bart. nu.42.
quià quod alimentorum nomi-
ne legatum eſt, iterationem nõ
admittit.l.alimenta.§. Baſilicæ.
ff. de alimentis cibar. legat. ex
qua.l. hanc rationẽ colligit Ioã.
Oroſcius in.l. ſi conſul. nu.6. ff.
de adoptio.
100 Non diſsimilem rationem ſu
prapoſitæ ſentẽtiæ reddidit Ac
curſius in.l. dominus. §. 1. ff. de
vſu fructu: qui ait, propterea ali
mẽtorum legatum iterationem
nõ admittere, quià relictum ob
alimenta taxatum eſt, quoniam
verba illa ob alimenta taxatio-
nis loco poſita ſunt. Accurſij
intentio ea eſt, ꝙ ſicut in diſpo-
ſitionibus limitatis locus non
eſt iuri accreſcendi. l. lutius. §.
quæ habebat. ff.ad trebellianũ.
quià limitata cauſa limitatum
effectum parit.l. age cum gemi-
niano.C.de tranſactto.l.in agris
ff.de acquirend.rerum domi.pa
ri ratione in cauſa alimẽtorum
locus non eſt iuri accreſcendi.
Accurſij ſententiã ſequutus eſt
Bal.ibi.Cumanus num.4. idem
Bald.in.l.1.num.48. C. de ſacro
ſanct. eccle. qui ait legatum ali-
mentorum naturaliter eſſe taxa
tum, ſequitur Riparius in. l. re
coniuncti.nume.141. ff.de legat.
3.Iaſſo in l.qui quartam.§.ſiquis
vnam.nume.3.ff.de legat.1.Go-
mez Arias in.l.8. Tauri. nu.41.
101 Id enim eſt de intentione Bal-
di, ꝙ legatum alimentorum per
penſo iure naturali taxatum ſit,
quià iure naturæ alimenta præ-
ſtãtur, quæ vitæ ſubſidio neceſ-
ſaria ſunt. c.paſce fame moriẽ-
tem. 87. diſtinctione. Iure au-
tem ciuili iuri naturæ additum
eſt, vt pro dignitate alimenta-
rij alimenta præſtentur, ideo
in ijs, quæ ob alimenta relicta
ſunt, locus non eſt iuri accreſcẽ-
di. His ductus argumentis Ac-
curſij Saliceticꝫ ſententiæ exi-
ſtimantium ꝙ bis legata alimẽ-
ta à duobus ſemel præſtari de-
beant, acceſsit Ioannes galden-
ſis in tractatu de Arte teſtan-
di titulo.6.caute. 23. numero. 1.
&.2.

Con-



102 Contraria ſentẽtia in propo
ſito articulo ſecurior veriorꝙꝫ
mihi videtur, vt ſi ad alimenta
cuipiam à duobus relictũ ſit le-
gatum, vtrumqꝫ capiat legata-
rius, à primo alimenta, à ſecũdo
alimentorũ æſtimationem. huic
opinioni non obſtat. l. libertis
quos.in principio.ff.de alimẽtis
& cibar.legat.quæ partis aduer
ſæ cauſam fulcit, negociumqꝫ fa
ceſsit, quià in ſpecie illa propte
reà relictum ob alimẽta præſta-
tur tantum ex codicillis, non au
tem ex teſtamẽto, quià relictum
fuit ob cauſam, quæ cum imple-
ta ſit ex codicillis, ceſſat repeti-
tio ex teſtamento, vt docet Ac-
curſius ſcholio. 2.in.l. quinqua-
ginta.ff. de donatio. ſed ſi teſta-
tor cauſam non oſtenderet, pro
pterquam relinquit, præſtari de
bet legatum tam ex teſtamento
quam ex codicillis, quià quãdo
legatum in diuerſis diſpoſitioni
bus relictum eſt, duplicari intel
ligitur.l.quinquaginta.ff.de pro
batio. quæ in hunc ſenſum com
muniter accipitur, vt atteſtatur
Alex.conſili.4.lib.1.Iaſſ.in.l.hu-
iuſmodi. §. cum pater.nu.17. ff.
de legat.1.hæc interpretatio iu-
re Regio approbata eſt.l.45.ti-
103 tul.9. par.6.vnde cum in ſpecie
l. libertis quos. relictum ſit ob
cauſam, quæ ex codicillis adim-
pleta eſt, ceſſat legati repetitio
argumẽto.l.tutor petitus. §.1. ff.
de excuſat.tutor. quæ ſententia
multis iure cõſultorũ reſpõſis ap
probata eſt, vt docet Tiraquell.
in tracta.de ceſſante cauſa.1.par
te.num.121. non autem in ſpecie
tex.in.l.libertis quos.propterea
ceſſat repetitio, quià relictũ eſt
ob cauſam alimentorum, cum
nihil interſit ob quam cauſam
relictum ſit.
104 Item huic ſententiæ non ob-
ſtat.l.dominus. §.1.ff.de vſu fru-
ctu. vbi ſi fundus ad alimenta
duobus relictus ſit, pars vita de
cedentis nõ accreſcit ſuperſtiti.
ex qua deciſione non colligitur,
ꝙ ſi alimẽta cuippiam in diuer-
ſis diſpoſitionibus duo reliquiſ-
ſent, alterius hæres præſtare cõ
pellẽdus ſit, alterius verò hæres
minimè cogendus, legatarioqꝫ
alimẽtorum legatum ſemel præ
ſtandum eſſe, non bis, quamuis
ſit bis relictũ. propterea autem
in legato alimentorum non eſt
locus iuri accreſcendi, quià lega
tum hoc naturaliter eſt taxatũ,
vt ſupradiximus, quã ob cauſã a
limenta præſtanda ſunt ab hæ-
rede eius, qui primo reliquit,
æſtimatio verò ab hærede eius,
qui ſecũdò legauit: nec quicquã
precipuum conſtitutum eſt in le
gato alimentorum.
105 Hinc apparet contrariam ſen
tentiam, quam Salicetus Iaſſon
& Galdenſis approbarunt, nul-
lum habere forte propugnacu-
lũ quo ſe tueri poſsit: vnde ipſe
exiſtimo cõtrariam opinionem
validioribus argumentis deffen
di poſſe. Primò eã fulcit.l.ſi pluri
bus.§.1.ff. de legat.2. vbi legatũ
à pluribus hæredibus relictum
præſta

præſtari debet, quoties relictū
eſt:ergò in propoſito alimento-
rum legatum pluries relictum,
quoties relictū eſt, præſtabitur,
ſemel ipſa alimēta porrigentur,
deinde alimentorum precium.
106 Secūdò huic opinioni fauet.
l.in fraudem in principio. ff.de
his quibus vt indig. vbi lega-
tū cuilibet capere licet, qui lege
prohibitus nō eſt. Iure autē cau
tum non eſt, vt legata pluries ali
menta ſemel tantū capere lega-
tarius poſsit:ergò pluries capiet.
107 Tertiò pro hac parte addu-
co.l.alimēta.§.baſilicæ.ff.de ali-
mē. & cibar.legat. vbi Baſilicæ
ob alimenta decem quiſpiam le
gauit, poſtea in eodem teſtamē-
to libertis ſuis alimenta legauit,
quærebatur, vtrum ex hoc capi
te etiam Baſilicæ libertæ debeā
tur:quæſtioq; vertebatur, vtrū
in ſpecie illa bis alimētorum le-
gatum debeatur ex eodem teſta
mēto. Scæuola reſpondit ſemel
deberi, niſi bis dari teſtator vo-
luiſſet:propterea in.§. Baſilicæ.
ſemel legatum debetur, quià in
eodem teſtamento ab eodem te
ſtatore relictum eſt, in qua ſpe-
cie quamuis quātitatis legatum
foret, ſemel deberetur.l.planè.1.
§.1. ff. de legat.1. ſic legem hanc
interpretatur Accurſius ſcho-
lio fin.in.l.cum centum.ff. de a-
dimend.legat. quæ interpræta-
tio crebrius recepta eſt, vti ſcri-
pſit Iaſſ.in.l.planè.§.1.nu.11. trad
dit Riparius in.l. re coniuncti.
nu.27.ff.de legat.3. quæ ſenten-
tia iure noſtro comprobata eſt
l.45.titulo.9.part.6.niſi manife
ſtiſsimè appareret teſtatorē bis
108 dare voluiſſe. l. cum centum. ff.
de adimend.legat. ex his liqui-
dò apparet, vt legatum iteratio
nē admittat, nihil intereſſe ob
alimentorum cauſam relictum
ſit, an verò ob aliam, vtroq; ca-
ſu legatarius quoties à diuerſis
relictum ſit, capiet:alimenta ab
vno, ab alio verò æſtimationē,
ideſt adærata alimenta. argu-
mento.l. ſi vſus fructus mihi in
biennium. ff. de vſu fructu le-
gat. vbi cuipiam legatus eſt vſus
fructus in biennium, per hære-
dem autem ſtetit quominus da-
ret, præterito biennio æſtima-
tionem dabit hæres. idem ergò
in ſpecie propoſita conſtituen-
dum eſt. vt traddit Bart. in tra-
ctatu alimentorum nu.18.diſtin
ctionem à Bartolo in hoc arti-
culo propoſitā approbauit Flo
rianus in.l. harum. numer.5. ff.
ſi ſeruit. vendi. quæ æſtimatio
facienda eſt ſecundum formam
l.hæreditatum. ff.ad leg. falcid.
quæ lex loquitur in cauſa ali-
mentorum ratione detrahendæ
falcidiæ.Idem tamen conſtituen
dum eſt, ſi legata non ſint ali-
109 menta ſed debita ex contractu,
aut donatione, quia. l.hæredita
tum locum habet inquibuſcūq;
controuerſijs, inquibus agitur
de coniectura vitæ taxandæ, vti
docet Bald. l. cum ij. §. nihil au-
tem in fine. ff. de tranſactio.
vbi traddidit Accurſius ſcholio
cum



cum iuuene. Idem Accurſius in
l. omnium. 2. ff. de vſu fructu.
hanc opinionem neruoſè defen
dit Xuarez in.l.quoniā in prio-
ribus limitatione.3.nu.8.&.nu.
3. C.de inofficio. teſta. Hāc opi
nionem ſequutus eſt Ioan.Lup-
pus. in Rubri. de donat. inter
vir.& vxor.§.25.nu.4.Dominꝰ
Couarru. lib.2. variarum. c.10.
nu.7. idem Dominus Couarru.
lib.3.variarum.c.9.nu.8. Moli-
neus in tractatu de vſuris. q.72.
nu. 475. Alciat.in regul.1.præ-
ſumptione.44.Nauarrꝰ in ma-
nuali.c.15. colu.108.Anton.Go
mez intractatu delictorum. c.3.
nu.38. Paulachus in.l.vni.C. de
ſententijs. nume. 300. vbi ipſe
Paulachus.nume.292.atteſtatus
eſt hanc eſſe receptam ſenten-
tiam, vt computatio, de qua agi
tur in.l.hæreditatum. locum ha
beat in omni actu, inquo agitur
de taxanda vita, hæc traddidit
Specul at.titulo de iniurijs.§.fin.
nu.6 multi ſequuntur, quos ag-
110 gregat Pinell.in.l.2.C.de reſcin
dend.vend.3.parte.c.fina.nu.31.
Ioann. orotus conſilio.67.num.
29. huic tamen deciſioni ratio
reddi non poteſt. vt Bart.ait in
l.hæreditatum.nu.1.in fine.idem
dixere Angel. & Alexan. nu.8.
inibi. Idem ſcripſit idem Xua-
rez dicto nu.8.qui ait, ſat eſſe ꝙ
ſic ſcriptum ſit, atq; hoc omni-
bus viſum eſſe mirabile, compu
tationemq;.l.hæreditatum.tra-
hi debere adquoſq; caſus, pro-
pterea ꝙ cōtrarium in iure cau
tum nō ſit. Sed deciſioni.l.hære
ditatum rationem reddit Moli
neus in tractatu de vſuris. q.72.
nume.475.quam rationem Mo
lineo nō perlecto iam olim red-
dideram, ille tamen in hoc ſua
gloria fruatur, ſi qua fortè eſt, in
iure ciuili multa noue inuenire.
111 Huic tamen receptæ ſententiæ
cōmuniq; interpretationi, qua
doctores conſtituere, deciſio-
nem.l. hæreditatum. locum ha-
bere in omni hominum nego-
cio, omniq; contractu, obſtat.l.
ſiquis argentum.§.ſin autem do
nator. C. de donatio. vbi quiſ-
piam redditus donauit, cum red
ditus non haberet, quindecim
annorum æſtimationem hære-
dem præſtaturum lex conſtituit
ex qua lege apparet deciſionem
l.hæreditatum.locum non habe
re in contractu donationis, ſed
intra ſuos limites intercludi
debere, nodum diluit Accurſius
ſcholio computatio in.l. hæredi
tatum, qui ait ꝙ in ſpecie.§. ſin
autem, qui redditꝰ donauit, præ
dium non habebat, quaſi dicat
Accurſius, ꝙ cum in ſpecie.§.
ſin autem.qui redditus donauit,
prædia nō haberet, vnde reddi
tus colligerentur, redditur æſti-
matio annorū quindecim fauo-
re donātis, ne ampliꝰ teneatur,
vt Salicetꝰ ait in.§.ſin autē.nu.6
poſſet etenim donator maiori
dāno affici, ſi æſtimatio faciēda
foret ſecundum Regulas. l. hæ-
redditatū.hāc Accurſij interpre
112 tationem Bartolus & doctores
non

non admittunt, vti atteſtatus eſt.
Angel. in. l. hæreditatũ. vbi Bar.
nu. 1. longè aliter interpretatus
eſt. qui ait annorum interpreta
tionem in legatis faciendam ſe-
cundum deciſionem. l. hæredita
tum. in donationibus autem ſe-
cũdum deciſionem. §. ſin autem
donator. Quæſit autem inter le
gatum donationemq; diſcrimi
nis ratio, neſcit Bartol9, vti ipſe
ingenuè fatetur, nullãq; eſſe di-
ſcriminis rationem in propoſi-
to exiſtimauit Angel. in. l. hære-
ditatum. Idem Angel. in. §. ſin au
tẽ donator, quod doctores om-
nes atteſtantur, vt ait Ioã. Imol.
l. hæreditatum. nu. 2. in fine. Ale
xand. nu. 8. vnde diſcrimen in
propoſito inter donationem &
legatum admitti nõ debet, quià
ad ſpecialia currere refugiũ eſt
miſerorum vt inquit Accurſius
in. l. filium quem habẽtem. C. fa
mi. ærcis. ſed quamuis Barto-
lus rationem diſcriminis neſcie
113 rit, Ioann. Imola & Alexander
rationem reddidere, qui exiſti-
marunt propterea legem magis
donanti fauere, ꝗ leganti, quià
donans maiorem exercet libera
litatem ꝗ is, qui legatum relin-
quit, cum præſentia futuris ſint
precioſiora, Accurſius ſcholio.
1. in. l. cum ij. ff. de tranſactio, fa-
uore autem donatoris redituũ
quindecim annorum præſtatur
æſtimatio, vt traddidere Petrus
Cynus. nu. 2. Alber. & Salicet.
num. 6. in. §. ſin autem donator,
hæc ſententia crebrius recepta

Aduerſus Ioã. Imol. & Alex.

eſt atteſtante Domino Couarr.
lib. 3. variarum. c. 9. nu. 5. ſequi-
tur Pinellus in. l. 2. C. de reſcind.
vend. 3. parte. c. fina. nu. 32. Hæc
ratio facili negocio refellitur, vt
patebit ex ijs, quæ in interpreta
tione. §. ſin autem donator. ſcri-
bemus. Multa me hercule com-
mẽtitia in hoc articulo doctores
traddidere. Primò Accurſius in
terpres ante ſignanus, quem lu
cernam iuris meritò noſtrates
appellant, ſcholio præſtet. in. §.
ſin autem donator. mirabiliter
114 ſomniauit, vt Cynus inibi ſcri-
pſit. nu. 2. q. 1. in fin. exiſtimat Ac
curſius in ſpecie. §. ſin autem. do
naſſe qumepiam redditus dum
viueret donatarius, quam inter
pretationẽ doctores approbãt:
vti dixit Pinellus. nu. 32. Hæc ta
men interpretatio nullo modo
depromi poteſt ex ſerie literæ:
vnde quaſi diuinatoria explo-
dẽda eſt ex doctrina Bernardi
ſcholio. 1. in. c. peruenit. qui filij
115 ſint legiti. cui accedit Ioan. Lup
pus in. c. per veſtras de donatio
inter vir. & vxo. in principio an
te notabilia. §. 12. nu. 1. ſeries qui
dem literæ. l. ſiquis argentum,
agit de donationibus in perpe-
tuum initis, ſed quià donationes
genericæ ambiguæq; erãt, quæ-
ri ſolebat, quid eiſdem donatio
nibus contineretur, quod Iuſti-
nianus declarauit ædita. l. ſiquis
argentum. nec Iuſtinianus agit
in lege illa de æſtimanda homi-
num vita, nec conſtituit quin-
decim annis eam intercludi, vt
Petro



Petro viſum eſt. cui Cynus. nu. 2
Salicet. nu. 6. adhæſere in. §. ſin
autem donator, reliquiq; docto
res Accurſij ſententiam refellẽ-
tes. Vnde vt legis intẽtionem in
terpretemur, vimq; ac poteſta-
tẽ legis teneamus: quæ decreue-
rit Iuſtinianus in lege illa à prin
cipio ipſius legis repetemus. in
ipſo legis principio huiuſmodi
facti ſpecies propoſita eſt, homo
quidam argentum donauit, cer-
tumq; pondus nominauit, nec
aliter expreſſit, donatorem præ
fatum pondus argenti præſta-
re cogendum Iuſtinianus decer
nit, ſiue in vaſis, ſiue in æſtima-
tione maſſæ, ſiue in ipſa rudi
maſſa, quæ in illis locis frequen
tata eſt.
Incidit & alia ſpecies facti, de
qua agit. §. ſi verò. certum quis
redditum ex poſſeſsionibus do
nauit, poſſeſsionumq; nomina
non dixit, de ſua ſubſtantia co-
getur fundos traddere tantum
redditum inferre valentes, quã-
tum in donatione poſuit, in tali
bus agris, qui nec meliores, nec
deteriores ſint reliquis quos ha
bet. inibi Accurſius ſcholio trad
dere. donatario fundos traddẽ-
dos eſſe ait, vt ijs vtatur dum vi
xerit, quaſi fructuarios. quam in
terpretationem ipſa legis verba
explodunt, quæ de donatione
perpetua loquitur, non de ea,
quæ facta eſt, dum vixerit dona
tarius, quod apertius deducitur
ex. §. ſimiliq; modo. vbi quis cer
tum ſeruorum numerum dona-
uit, quorum nomina non dixit,
mediocris figuræ ſeruos tradde
re compellitur. illæq; dictiones
(ſimiliq; modo) tam ad formã
traddendi, ꝗ ad mediocritatem
referuntur, ſed in. §. ſimimiliq;
modo tradduntur ſerui, vt do-
natarij fiant, ergò & in. §. ſi verò
tradditi fundi fuere, vt donata-
rij fierẽt. ſuperioribus paragra-
phis annectit Iuſtinianus. §. ſin
autem donator, in quo hæc inci
dit ſpecies facti, quidam qui nec
argentum, nec ſeruos habebat,
argentum aut ſeruos donauit,
quindecim ſolidorum quantitas
pro ſingulis ſeruis præſtâda eſt:
argẽti verò æſtimatio, vt in capi
te legis ſcriptũ eſt, præſtabitur.
Item in hac facti ſpecie inci-
dit, vt is qui fundos non habe-
bat, redditus donaret, quinde-
cim annorum æſtimationẽ præ
ſtandam eſſe Iuſtinianus dixit,
hoc à Iuſtiniano conſtitutũ eſt,
quià perpetui redditus donati
fuere, quam ob cauſam æſtima-
tio quindecim annorum præſta
tur, nõ autem hoc fit proptereà,
ꝙ quindecim tantum annis vi-
cturum donatarium lex auſpi-
cetur, ſed ꝙ in hoc articulo me-
diocritas tenenda ſit, quæ in ſu-
perioribus ſpeciebus obſeruata
eſt, vnde conſtituit Iuſtinianus
in. §. ſin autem donator. ꝙ ſi is
qui fundos non habet, reddi-
tum annuum donauerit perpe-
tuò, quindecim annorum æſti-
mationem præſtare cogatur.
Hinc fit ꝙ ſi aureum vnum ſin-
M gulis

116 gulis annis præſtandum quiſpiã
donauerit, quindecim aureos ſi
mul præſtare cogetur, & hac ſo
lutiõe præſtãdi onere liber erit.
quòd ſi in ſpecie. §. ſin autem do
nator, non perpetua donatio
fuiſſet, ſed dum vixiſſet donata-
rius, quid foret ineptius tali æſti
matione, vti in propoſito per-
pẽdit Molineus. in tractatu de
vſuris. q. 72. nu. 475. quis enim
ſanus vnum nũmum ſingulis an
nis vitæ nummis quindecim cõ
paraſſet, cum perpetuam hanc
præſtationẽ tanto precio emere
potuiſſet, quod docet Iuſtinia-
nus in. §. ſin autem donator, ex
quo textu hoc deduci cum iudi-
cio ſcripſit Tiraquellus tractatu
de vtroqꝫ retractu. titulo. 1. §. 1.
117 glo. 7. nu. 18. Hoc Iuſtinianus ſta
tuit ſumma cum ratione, vt in
propoſita ſpecie quindecim an
norũ æſtimatio præſtetur: quia
fundi cuiuſqꝫ iuſta æſtimatio re
putatur ex pretio, quod ex red-
ditibus viginti annorum colle-
ctum eſt. auth. de non alienãdis,
aut permutandus rebus eccle-
ſiæ. §. quià verò Leonis. colla. 2.
inibiqꝫ Accurſius notat ſcholio
cõputari. hoc crebrius receptũ
eſt, vt traddidit Pinel. in. l. 2. C.
de reſcend. vend. 3. parte. c. fin.
numero. 29.
118 Item olim redditus, non tan-
tum ex poſſeſsionibus colligebã
tur, verum etiam ex vſuris, ma-
xima autem vſurarum erat cen-
teſsima teſte Molineo tractatu
de vſuris in principio. nu. 36. de
hac vſura agit. l. lecta. ff. ſi cert.
peta. dicitur autem vſura cẽteſ-
ſima, quià mẽſibus centũ æquat
ſortẽ, vt docuit Hermolaus Bar
barus, a quo accepit Bart. Socy.
in. l. 3. nu. 2. ff. ad leg. fal. cui acceſ
ſit Budæus lib. 1. de aſſe, Alcia. in
l. lecta col. 1. idem Alciat. in. l. 1.
§. ſequis ſimpliciter. ff. de verb.
oblig. idem Alciat. lib. 3. diſpun
ctio. c. 1. Molineus nu. 36. Tira-
quellus tractatu de vtroqꝫ retra
cta titulo. 1. §. 1. glo. 6. nu. 18. An-
tonius Auguſtinus lib. 2. emen-
dationum iuris ciuilis. c. 10. hanc
vſuram centeſsimam probauit
Iuſtinianus in. l. eos. C. de vſuris.
119 Vnde cum in reputanda æſti
matione rerum donatarum ſan
xerit Iuſtinianus mediocritatẽ
quandam perpẽdam eſſe: in æſti
mãdis redditibꝰ perpetuis eam
dem obſeruari debere cõſtituit
idem Iuſtinianus in. §. ſin autem
donator. redditus autem perpe
tui aut ex fundis percipiuntur,
aut ex vſura centeſsima, quæ eſt
grauiſsima vſurarum: cum quis
donat redditꝰ perpetuos, ſi fun
dos non habet, non cogitur do
nator fundum comparare tãtos
redditus inferre valẽtem, & do
natario traddere, nec eam pecu
niam dabit, ex cuius vſura cen-
teſsima ij redditus percipiãtur,
ſed inter hæc media eſt via tenẽ
da, mediocritaſqꝫ ſeruanda, vt
nec nũmus vnus ſingulis annis
præſtandus decem nũmis com-
paretur. nec item viginti nũmis,
ſed medium precium eligetur,
ideſt quindecim nũmis emetur,
quod iuſtè cõſtituit Iuſtinianus.
quæ deciſio ex ijs, quæ in priori
parte legis decreuerat aprimè
defluit.
120 Ex qua deciſione depromi-
tur, ꝙ ſi cuipiam donauerit quis
annuũ redditum perpetuò, trad
dendi onere liberare ſe poterit,
ſi pecuniam perſoluat, qua cõ-
paretur annuus cenſus (à razon
de quinze mil el millar) quod
eſt ſanè notatu dignum in ſpe-
cie. §. ſinautem, idem in legato
ſtatuetur, cum legatum ſit dona
tio. l. legatũ prima. ff. de legat. 2.
in omniqꝫ relicto annuo, in quo
ſit eadem ratio, locum habebit
deciſio. §. ſinautem donator. ex
hac interpretatione multa de-
ducere licebit.
121 Primò colligitur cõſiliũ Nea
politanum malè decreuiſſe, ꝙ le
gata habitatione pro vita lega-
tarij vniuſcuiuſqꝫ anni habita-
tione adærata quindecim anno
rum precium redderetur. argu-
mẽto. §. ſinautem donator. trad-
dit Matheus de afflictis deciſio
ne. 34. hoc ſanè ex illo paragra
)( pho malè collegit conſiliũ Nea
politanum, cum agat lex de an-
nuis redditibus perpetuò reli-
ctis, nõ de ijs qui pro vita dona
tarij conſtituantur, quæ ſenten-
tia in Hiſpania ſummam ratio-
nem habet, cum iure Regio nũ
mis quatuordecim annuus num
mus comparetur. l. 6. titulo. 15.
lib. 5. nouæ compilatio.
In Germania autem Italia &
Anglia nummis decem annuus
comparetur. extrauag. 1. de em-
ptio. & venditio.
122 Secundò colligitur deciſionẽ
l. hæreditatum. locum habere in
quolibet contractu, in quo aga-
tur de taxanda hominum vita,
veluti in trãſactione, & in actio
ne legis Aquiliæ, alijſqꝫ innume
ris cõtractibus, vt ſuprascripſi-
mus. quod crebrius receptũ eſt,
quamuis Molinæus in tractatu
de vſuris. q. 72. exiſtimauerit plu
res iuris ciuilis interpretes in ea
fuiſſe ſententia, vt putarent de-
ciſionem. l. hæreditatum in eo tã
tum caſu in quo loquitur, locum
habere.
123 Tertiò colligitur ex hoc. §. ꝙ
filium opificem pater non cogi
tur exhibere, ſi in ea valitudine
ſit filius, vt operi ſatisfacere poſ
ſit. Hæc concluſio elicitur ex hoc
textu, argumẽto ſumpto à cõtra
rio ſẽſu, vt Accurſiꝰ notat ſcho
lio vt operi. qui pro hac ſenten-
tia adducit. l. alimenta & l. fi. ff.
de liber. agnoſcẽ. ſequitur Bart.
hic, Aret. in. l. alimenta. nu. 3. C.
de nego. geſt. Abb. in. c. 2. de cõ-
uerſione infideli. nu. 5. hanc ſen- *Aduerſus Conſiliũ Neapolit.*
tentiam ex hoc textu plures col
legere, Cæpola in. l. nepos pro-
culo. nu. 5. ff. de verb. ſignifi. Bar
ba. in tractatu de præſtã. Cardi.
6. q. Baſilica. 1. partis nu. 4. Bart.
Socy. conſilio. 121. nu. 47. lib. 4.
Lamberti. de iure patro. lib. 3.
q. 3. principali articulo. 2. nu. 3.
& articulo. 6. nu. 12. Zaſius in. l.
maritum. fallen. 7. ff. ſolut. mat.

 Cacia-

Cacialupus in. l. frater à fratre.
nu.106. ff. de cõdictione indebi
ti:& nu.109. Bulgarinus.l.1. ff.ſo
lut.matri.nu.27. Mõtaluus ſcho
lio.1.in.l.1.titu.8. lib.3.fori. Go-
mez Arias in. l. 8. Tauri. nu. 2.
Caſtillus in. l.6. Tauri. in parte
en caſo. Telli9 in.l.10. Tauri.nu.
14. Loriot9 de regul.iuris Axio
mate.38. Alciat.cõſilio.209. nu.
4. Marcus Anto.nata.conſi.48
nu.8. Gregorius ſcholio tal me-
neſter in.l.6.titul.19.par.4. quæ
lex hanc opinionem fulcit, Do-
minus Ludoui. Molina lib.2. de
primogenijs.c.15.nu.46.
124 Hæc ſententia multis extẽdi-
tur modis. Primò ſententia hæc
locũ habet in patre, nam ſi opi-
fex ſit, & operi ſufficere poſsit,
nõ cogetur filius eum exhibere,
hæc eſt ſententia Montalui in
ſcholio.1. l.1.titulo.8. lib.3. fori.
argumento huius. §. ſed ſi filius.
qui text9 de filio agit, in patreq́ꝫ
locum habet, cum correlatiuorũ
eadem ſit diſpoſitio.l.1.C.de cu-
praſsis.lib.11.& æqua lãce pater
opifex, qui lobori operam dare
poteſt, cogetur filium exhibere.
quæ ſententia hinc defluit, ꝙ li
berorum educatio iuris ſit natu
ralis.l.1.§.huius.ff. de iuſt. & iu- *Noua interpreta.*
re. exquo apparet ius ipſum res
pexiſſe in alendis filijs laborem
patris & artificium, non autem
patrimonium: cum iure naturæ
pater exhibere filium teneatur,
dominia autem rerum lõgo po-
ſtea interualo diſtincta fuerint
ex iure gentium. l. ex hoc iure.
ff. de iuſt. & iur. vnde cum pater
exhibere filium iure ipſo natu-
ræ compellatur, conſequens eſt,
vt ex labore & artificio alat, ſi
redditũ patrimonij nõ habeat,
quod ius naturale non reſpexit,
quo pater cogitur alere filium.
125 Secundò huic ſentẽtiæ locus
eſt, ſi labore & opere ruſtico vi-
ctum filius ſibi poſsit quærere,
quià non cogetur pater eum ale
re, Bart. & Angel.in.l.1.C.de mẽ
di.valid.lib.11. qui in ea opinio-
ne fuere, vt exiſtimarẽt filio ro-
buſto, qui operi ruſtico dare o-
perã nolit, poſſe patrem alimo-
niam denegare, ſi eius conditio
nis ſit filius, vt honeſtè poſsit ru
ſticum opus exercere. in hac opi
nione fuit idem Bart. in tracta-
tu alimentorum. ſequitur Abb.
in.c.2. de conuerſio.infide. nu.5.
idem Abb.in.c.accedens infine
de procurat. Iacobus Emilianus
conſilio.146.nu.6. nec huic opi-
nioni obſtat textus iſte illis ver
bis (ſi modo cum opificem te eſ-
ſe dicas) quibus ſignificari vide
tur, ꝙ filius opifex eſſe debet, vt
pater alendi onere liber ſit, nec
ſat eſſe ſi ex opere ruſtico poſsit
ſibi quærere victum. )(
126 Hæc enim verba Vlpiani fa
cti ſpeciem narrant, nec conſti-
tuunt, aut diſponunt. Secundò
illa verba propoſitæ ſententiæ
non obſtant, quià dictio opifex
idem ſignificat quod dictio arti
fex, ille autẽ eſt artifex, qui pro-
prijs manibus artem exercet. l.
inter artifices. ff. de ſolutio. vbi
is dici-



is dicitur artifex, qui foſſam fo-
dit, ſordidiores ſunt opifices ar
tificibus. Cicero lib.1.officiorũ.
pag. ante penul. opificesq́ꝫ om-
nes qui in ſordida arte verſan-
tur, nec enim quidquam inge-
nuũ habere poteſt officina. vn
de colligitur textum hunc, qui
de opifice loquitur, in artifice,
& in eo qui opere ruſtico ſibi vi
ctum quærere poteſt, locum ha-
)( bere, vnde apparet refellen-
127 dam eſſe Aimonis ſententiam
conſilio. 199. nume.1. qui cona-
tur deffendere eam ſententiam
vt ei qui operi ruſtico operam
dare poteſt, non poſsit pater ali
moniam denegare propterea ꝙ
in opere hoc ſe nolit exercere.
128 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi alimentarius ſecun-
dum ordinis ſui gradum poſsit
domino ſeruire, quià iſto caſu li
berabitur alendi onere qui ale-
re tenetur, ſi hero collocet eum
cui famuletur Menchaca lib. 2.
de ſucceſsio.creatione.§. 20.nu.
311. qui ait ꝙ de hoc viuendi mo
do non fit mentio in. §. ſed & ſi
filius, quià tempore Romano-
rum in vſu non erat vt liberi ho
mines ſeruirent, in hac opinio-
ne eſt Iacobus Emilianus conſi-
lio. 146. nu.1. quæ ſi vera eſſent,
nullus vmquam cogeretur quẽ-
piam alere, quià ſemper inueni
129 re dominum poterit, cui famu
)( letur. Sed hæc ſententia re-
cepta non eſt falſòq́ꝫ exiſtima-
uit Menchaca tempore Roma-
norum in vſu non eſſe vt liberi
homines ſeruirent, quià illo tem
pore ſeruiebant eodem quo nũc
modo, ſed propterea deceptus
eſt Menchaca, quià verbum ſer
uio ad ſeruos tantum pertine-
bat, ſeruireq́ꝫ nobis dicebantur
ſoli ſerui proprij vel alieni, aut
liberi homines bona fide poſſeſ
ſi. l.2.§. familiæ. ff. vi bonorum
rapto.l.cum hæres. §. ſtichus.ff.
de ſtatu. liber. apud nos autem
latius patet verbũ (ſerui) quod *Addersus Aymonẽ.*
tam ad ſeruos pertinet quam ad
liberos homines, ad quos ſæpe
refertur, vnde fit, vt vxor dica-
tur ſeruire viro, & vir vxori. l.
7.titulo.2. part.4. famulus, qui
liber homo eſt, dicitur hæro ſer
uire.l.7 titulo.4.lib.4. fori Ro-
mani enim liberos homines, qui
alijs famulabantur, mercena-
rios appellabant. l. reſpicien-
dum. ff. de pænis, illis verbis,
(nam domeſtica furta vocãtur,
quæ ſerui dominis vel liberti pa
tronis, vel mercenarij ijs apud
quos degant, ſuripiunt) .l.3. in
principio. ff. quod vi aut clam
vnde cum Vlpianus hic nõ ege
rit de mercenarijs, conſequens
eſt, ne mercenarij hominis ope-
ræ liberent quempiam alendi
onere.
130 Hæc ſententia rationem ha-
bet quià quæſtus mercenarij ſor
didus eſt, vt docet Cicero lib. 1.
officiorum pag. ante penul. illi
berales autẽ (inquit) & ſordidi *Aduersus Emelianũ & Mẽch.*
quæſtus mercenariorum, om-
niumq́ꝫ quorum operæ non quo
rum artes emuntur: eſt enim in

illis ipſa merces auctoramẽtum
ſeruitutis, vnde patet non libe-
rari quempiam alendi onere,
propterea ꝙ alimentarius hæ-
ro poſsit famulari, ac mercedẽ
quærere, hanc ſententiam cum
iudicio approbauit Rolandus
cõſilio.54.nu.78.lib.2.

131 Hæc ſententia, quæ habet, ꝙ
filium opificem pater alere non
tenetur captiones habet, primò
huic ſententiæ locus non eſt, ſi
opificio honeſtè non poſsit vti
alimentarius ſecundum ordinẽ
ſuum, quia licet operi ſufficere
poſsit, alendus eſt, vt colligitur
ex Vlpiano hic. §. vtrum verſi-
culo quorundam neceſsitatibus
notat. Bart. tractatu alimento-
rum. nume.8. idem Bart. l. 1. C.
de mendi. validis lib.11. nume.5.
Aretinus. l. alimenta. numer.3.
C. de nego. geſt. Abb. in c. 2. de
conuerſione infideli. numer.5.
Barb. tracta. de præſtantia ar-
di. q.69. Baſilica. 1. partis. nu.4.
Cacialupus in. l. ſi qua illuſtris.
C. ad orficia. nume.93. Bald. no-
ue. tractatu dotis. 6. parte pri-
uilegio.4. nume.1. Ioann. de Ne
uiza in ſilua nuptiali lib.3. verb.
ſtuprator folio.97. colun.2. do-
minus Couarruuias in epitome
de matrimo. 2. parte. c.8. §.6. nu
mero. 9. Aymon conſilio. 199.
Dueñas regul. 367. limitatione
1. Rauena ſingu.27. Crotus. l. ſi
conſtante nume.15. ff. ſolut. ma-
trimo. Rolandus conſilio. 54.
nume.78. lib.1. Tellius. l.10. Tau
ri. nume.14. Dominus Ludoui.
Molina lib. 2. de primogenijs.
c.15. numero.47. quæ opinio ex
ipſo Cicerone aſſumi poteſt. lib.
1. officiorum. pag. penul. quibus
autem artibus, (inquit,) aut pru
dentia maior non eſt, aut non
mediocris vtilitas quæritur, vt
medicina, vt architectura, vt do
ctrina rerum honeſtarum, hæ
ſunt ijs, quorum ordini conue-
niunt, honeſtæ. Hæc ſententia
iure Regio comprobata eſt. l.6.
titulo.19. part.4. illis verbis (ſin
mal eſtança de ſi) vbi annotauit
Gregorius.

132 Secundò huius. §. ſententiæ
locus non eſt, ſi opifex operi ſuf
ficere non poſsit, quòd æger ſit,
vti ex hoc. §. colligitur à contra-
rio ſenſu. Quæ autem infirmi-
tas hæc eſſe debeat, vt operi ſuf-
ficere non poſsit, & pater alere
cogatur, quæri ſolet, & leuem
infirmitatem non ſufficere cer-
tum eſt argumento. l. fina. ff. de
liber. agnos. illis verbis, (niſi ſi
tam infirmos ſe eſſe, tamq; pau-
peres præſidibus probauerint,
vt meritò menſtruis alimentis à
libertis ſuis adiuuari debeant)
quibus apparet leuem quamli-
bet infirmitatem non efficere,
ut operi quis ſufficere non poſ-
ſit. vnde herniosus, cum morbo
ſus ſit, quià vitium hoc hominis
vſum deteriorem facit. l.1. ff. de
ædilitio ædicto. infirmus erit,
ſed hoc nõ reddit hominẽ inuti
lem omni operi, ſed tantum la-
borioſo operi, quod iudicis cog
nitioni relinquemus argumẽto.

§. vtrum



§. vtrum. & l. fina. ff. de liber. ag.
cumq; hæc non ſint à iure deci-
ſa, iudicis arbitrio gerenda ſunt
argumento. l.1. ff. de iure delib.
diruti enim hernioſi q; milites
æra merebant. Budæus in. l.2. in
fine. ff. de his qui notantur in-
famia. qua de re aliqua traddit
Alexan. ab Alexan. lib. geni. die
rum. c.5.

133 Quo autem modo cõcipi ſen
tentia debeat, quãdo declaratur
quis operi poſſe ſufficere pro-
pterea, ꝙ in bona ſit valetudi-
ne, vt alẽdi onere liberetur, qui
tenetur eum exhibere, docet Ay
mon conſilio. 199. numer.1. qui
ait ſententiam nõ obligare per
petuò, ſed per id tempus, quo
quiſpiam ſanus ac validus eſt,
operiq; ſufficere poteſt.

134 Hæc autem, quæ dicta ſunt,
ꝙ ex redditu patrimonij alimẽ-
ta ſunt præſtanda, locum ha-
bent, quando redditus ſunt ita
pingues, vt ſat ſint alendo do-
mino & alimentario, ſi autem
vtriq; alendo redditus non ſuf-
ficiant, primò aletur is, qui aſtri
ctus eſt alendi onere, & quod re
liquum fuerit alimentarius per-
cipiet. l. 2. C. de alendis liber. l.
ſi quis à liberis. §. ſi mater. Hanc
ſententiam fulcit. l.1. §. de ſeruis
in fin. ff. de tutellis & ratio. di-
ſtra. illis verbis (de largis facul-
tatibus) vbi annotauit Bald. nu.
2. in fine Abba. in c. licet de vo-
to. nume.10. ſequitur Barb. con
ſilio.63. in principio lib.2. Pau-
lus de monte Pico. l. titia cum
teſtamẽto. §. titia cum nuberet.
nume.156. ff. de legat.2. Ioann.
de Neuizanis in ſilua nup. verb.
ſtuprator fol.97. colu.2. Bolog-
ninus conſilio. 10. Marcus An-
ton. natta. conſilio.387. nume.8.
lib.2. Gomez Arias in. l.7. Tau
ri. nume.92. dominus Couarru.
in epithome de matrimonio. 2.
parte. c.8. §.6. nume.13. hæc opi-
nio iure Regio comprobata eſt
l.1. titulo.8. lib.3. fori &. l.2. titu.
19. part.4. vbi notat Gregorius
ſcholio el poder.

135 Tertiò huius. §. ſententiæ lo-
cus non eſt, ſi pater non curaue
rit, vt filius excoleretur, & ar-
tem ediſceret, qua ſibi poſſet vi
ctum quærere, quià filius deſi-
dem ac negligentem patrem alẽ
re non cogetur: qui filio ad ſtu-
dia artem vè aliquam diſcẽdam
impenſas neceſſarias præſtare
debet argumento. l. de bonis. §.
non ſolum. ff. de carboniano.
traddit Paulus caſt. in. l. mace-
doniani nume.3. C. ad macedo-
ni: eſt enim paternum officium
erudire filios. Cicero. lib. Para-
doxorũ. q.4. In patris, (inquit,)
vita violanda multa peccantur
violatur is qui procreauit, is qui
aluit, is qui erudiuit, is qui in ſe
de ac domo atq; in Republica
collocauit. Naſo in. lib.4. tuſtiũ
elegia.10:

*Protinus excolimur teneri, curaq; pa-*
*rentis*
*Imus ad inſignes vrbis ab arte viros.*

M 4 Legẽ

Lege Solonis cautũ erat, ne in hoc caſu filius patrem aleret, quam Romani receperunt. Inquit lex Solonis, (vt Eraſmus, poſt Plutarchũ refert in vita Solonis,) filius ne parentem alere cogitor, àquo nullam artem edoctus eſt. cuius legis præcepto adductus fuit Iaſſ. in l. quidam cum filium nume. 33. ff. de verb. obligatio. vt exiſtimaret filium patrem in hoc caſu alere non teneri. Sed hæc lex meritò in chriſtiana republica vigorem non habet: cum filius iure naturæ patrem alere cogatur, vel ratione naturali: vt ſcripſimus in. §. parens. pietati enim lex aduerſatur, & charitati ſanguinis, reuerentiæq́;, quam filius patri exhibere debet. l. liberto. ff. de obſequijs. vnde in propoſito huic ſimilem legem, qua Solon cauerat genitos è meretricibus parẽtes alere non teneri, improbat illuſtriſsimus dominus Couarr. in epithome de matrimonio, 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 5.

136 Vltimò colligitur ex hoc. §. quod filius familias non debet artificiales operas patri, quamuis venerari eũ oporteat. Hæc ſententia depromitur ex. l. cum oportet in principio. C. de bonis quæ liber. l. penultima. ff. de obſequijs. illis verbis, (nam pietatem liberi parentibus non operas debent) quæ verba tam ad emancipatum filium pertinent, quàm ad filium qui eſt in patris poteſtate vti Coraſius ſentit in repetitione. l. admonendi. ff. de iur. iur. nume. 22. ſi artificialis opera ſit, eam filius patri non debet, niſi moretur cũ patre ab eoq́; alatur. l. cum oportet in principio. C. de bonis quæ liber. illis verbis (vel laboribus ſuis ad eũ perueniant) ſibi enim filius proprietatem quærit, patri vſum fructum. l. cum oportet. traddit Bart. in. l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. nume. 4. ff. de pactis. ſequitur Oroſcius ibi numero. 1. Bald. in dicta. l. cum oportet, in principio. nume. 14. idem Bald. in auth. ex teſtamento, nume. 8. C. de collatio. Coraſius in. l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. nume. 79. Cacialuppus in dicta. l. frater à fratre. §. quæſitum. nume. 60. Bertrandus conſilio. 290. nume. 19. lib. 3. Pinellus in. l. 1. C. de bonis mater. 1. parte. nume. 55. Hæc ſententia iure Regio comprobata eſt. l. 5. titulo. 17. part. 4. vbi apparet eius rei, quam filius quærit labore artificio vè aut ſalario, filio proprietatem, patri verò vſum fructum quæri.

Aduerſus Alciat.

137 Hinc primò colligitur erraſſe Alciatum conſilio. 243. nu. 6. )( qui exiſtimauit, id quod ex opera labore ſalario vè aut artificio filius quærit, patri acquiri: ductus exemplo vxoris, quæ viro tenetur operas præſtare, Accurſius. l. ſicut. ff. de operis libert. qua de re latius alibi. Ex vxore autẽ ad filiũ procedere in hoc articulo nõ licet, vt docet Pinellus dicto



dicto numero. 55. Cacialuppus numero. 60.

138 Secundò ex ſuperiori recepta ſententia colligitur veram eſſe opinionem Fulgoſij in. l. illud nu. 3. C. de collatio. qui ait, filio qui patris bona adminiſtrat, ex patris ſubſtantia ſalarium eſſe præſtandum argumẽto eorum, quæ traddit Bartol9 ibi, qui ait, quod ſi filius mercaturam fænus vè exerceat cum ea pecunia, quam pater dederat, quod ex mercatura quæſierit, æquis partibus diuidẽdum eſſe inter patrem & filium: vt dimidiam quæſtus partem patri quærat, dimidiam ſibi. idem ait ipſe Bart. in. l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. nume. 5. ff. de pact. vbi Ioann. Oroſcius. num. 2. plures aggregat, qui atteſtantur hanc ſententiam crebrius receptam eſſe. traddit Hipo. Riminal. in. §. 1 inſti. per quas perſo. nobis acquir. nume. 70. ſed omne lucrũ patri quæri Accurſius affirmat. ſcholio ex eius in. l. cũ oportet in principio. C. de bonis quæ liber. Quæ ſentẽtia aduerſus Bartolum iure Regio approbata eſt. l. 3. titul. 15. part. 6. vbi traddit Gregorius. vnde filius in ſpecie à Fulgoſio propoſita ſalarium non conſequitur iure Regio, quo refellitur ſententia Bartoli, & ipſo iure communi veram non eſſe ſententiam, quæ habet, vt ſalarium filio detur, defendit Iaſſ. in. l. illud. nu. 8. C. de colla. quod iudicum ſuffragio approbatum eſt, ipſeq́; Fulgoſius ait petenti filio ſalarium iudices denegaſſe.

# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. ſi vel parens.

Alimentorum cauſa an ſit ſummaria, & quæ ſit cauſa ſummaria, nu.1.2.

Feriatis diebus agitari poteſt alimentorum cauſa, nu.3.4.6.

Simpliciter & de plano ſi cauſa tractari debet, an agitari poßit faſtis diebus Deo ſacratis, nu.5.

Lex ciuilis poteſt ex cauſa ius diuinũ limitare, quãuis corrigere non poßit, nu.7.

Faſtis diebus ius dici poteſt fauore cuiusq; cauſæ piæ, nu.8.

Dotis cauſa eſt pia, & tractari poteſt faſtis diebus, nu.9.10.11.

Alimentornm cauſa tractatur faſtis diebus, quãdo petuntur alimenta præſentia aut futura, ſecus ſi præterita, quæ petuntur alio modo, item ſi à paupere petãtur, ſecus ſi à diuite, item ſi iudicis petantur officio, nu.12.13.14.15.

Libellus neceſſarius non eſt in cauſa alimẽtorum, niſi grauis ſit cauſa, ſi verò leuis cauſa ſit, ſufficit qualis qualis petitio. numero.16.17.

Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa alimentorum, nu.18. vſq; ad.21.

Cauſa alimentorum non eſt ſummaria, ſi à diuite alimenta petantur: item ſi ex contractu alimenta debeantur, tradditur. numero.22.23.24.

Actor an cogi debeat in cauſa alimentorũ inſtrumentum reo edere, nu.25.

Appellari non poteſt à ſententia, quæ alimẽta decernit in futurum, quando petũtur alimenta officio iudicis: quod multis modis declaratur, nu.26. vſq; ad.33.

Sententia, qua iubetur quiſpiã ali vt filius, nõ facit præiudicium in cauſa filiationis ordinariè exercenda, & dum lis eſt ſuper filiatiõe, ali debet qui ſe filiũ eſſe dicit, & alimẽta petit, ſi iudex prius ſummariè cognoſcat, an filius ſit, nu.34.35.

Altoris filius non præſumitur quis ex eo, quòd ab aliquo domi ſuæ ſit alitus, niſi probari poßit inditijs, quòd ſit filius altoris, nu.36.37.

Altoris filius quis præſumitur ex eo, quòd ſit natus in domo ipſius altoris, nu.38.

Alimenta ſiquis præſtiterit alicui credens filium ſuum eſſe, cum erret, an repetere poßit, nu.39.40.

Legatum relictum alicui, quem teſtator falſò exiſtimabat filium ſuum eſſe, non pertinet ad legatariũ, ſed ad hæredes eius, qui reliquit, nu.41.

In ſpecie. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inofficio. teſtamen. vt actor ali debeat plura deſiderantur, nu.42.43.44.

In ſpecie. l. fin. C. de ordine cogni. ali debet actor, quando bona eius ſequeſtrantnr, ſi ipſe ſumptus litis ſibi ſuppeditare nõ valeat nec alimenta, quod ipſe probare debet. nu.45.46.

Pauperi agenti præſtanda ſunt alimenta, dum litigat, de bonis ad quæ ius habere præſumitur, vt colligunt doctores ex. l. fina. C. de ordine cogni. ſed lex hec non probat.47.48.

Paupertas ſola non eſt cauſa vt alimẽta decernãtur, actoriq; dentur, nu.49.

Sententia pro aliquo dicta, à qua eſt prouocatum, non efficit, vt alimenta præſtentur ei, pro quo dicta eſt, nu.50.

Mercatoris bona ſi ſequeſtrentur in loco, in quo domicilium non habet, ex bonis ſequeſtratis alimẽta & litis ſumptus percipiet, dum lis vertitur, nu.51.

Accuſatus de crimine, quod publicatione bonorum ſolet coerceri, alimẽta & litis ſumptus capiet, dũ lis vertitur, nu. 52.

Alimenta & litis ſumptus capiet, qui dicitur pacta nõ ſeruaſſe, & ob id incidiſſe in pænam priuationis bonorum, nu.53.

Cauere an debeat, qui capit alimenta, ſe ea reſtituturum ſi dicta ſit ſentẽtia aduerſus eum, nu.54.

Monachus, qui agit aduerſus Abbatẽ, ali debet, dum lis vertitur, nu.55.

Clericus, qui prælatum accuſat, aut cæptã inquiſitionem proſequitur, litis expẽſas habere debet ab eccleſia, ſiue mãdatum habeat, ſiue non, nn.56.

Correctorem qui accuſat, ſi punitus corrector ſit, repetet expenſas à villa ſeu Ciuitate, nu.57.

Abbas qui obiectum crimen innocentia expurgat, ali debet à monaſterio, nu.58.

Monachus, qui ſpoliatur, & repellitur à monaſterio, ali debet, dũ lis vertitur. n.59

Collegialis, qui litigat cum collegio, debet ali à collegio, nu.60.

Canonicus electus ali debet, ſi lis ſit ex eo, quòd dicatur non fuiſſe canonicè inſtitutus, numero.61.

Clericus ſuſpenſus vel depoſitus verbaliter ali debet de redditibus beneficij, nu.62.

Spurius, ſi legatum alimentorum ſibi relictum petat, ali debet, dum lis pendet, ſi ſuper hac re lis vertatur, nu.63.

Vxori de adulterio accuſatæ maritus de dote alimenta præſtabit, nu.64.

Maritus cogitur alimenta præſtare, dum lis vertitur de vinculo matrimonij, ſiue mulier pulſetur, ſiue agat, nu.65.66.

Matrimonij cauſa ſi vertatur apud iu. i. ẽ eccleſiaſticum, ſententiaq; dicta ſit, à qua prouocatum eſt, ſi iudex laicus decernat vxori alimenta, non dicetur attentare, nu.67.

Vxori, quæ agit remedio. l. ſi conſtante. ff. ſolut. matri. tenetur maritus alimenta præſtare, nu.68.

Aduerſario, cuius bona quis poßidet, tenetur alimenta præſtare, nu.69.

# SI VEL PARENS NEGET FILIVM, IDCIRCOQ; ALERE

ſe non debere contendat: vel filius neget parentem: ſummatim iudices oportet ſuper ea recognoſcere. & ſi conſtiterit filium vel parentem eſſe, tunc ali iubebunt, cæterum ſi non cõſtiterit: nec decernent alimenta. Meminiſſe autem oportet, & ſi pronunciauerint ali oportere, attamen eam rem præiudicium non facere veritati, nec enim hoc pronunciatur, filium eſſe, ſed ali debere, & ita Diuus Marcus reſcripſit. ſi quis ex his alere detrectet, pro modo facultatum alimenta conſtituentur, quòd ſi non præſtet pignoribus captis & diſtractis cogetur ſententiæ ſatisfacere.

1 EX hoc. §. colligũt doctores, ꝙ alimẽtorũ cauſa eſt ſummaria. Bartolus hic. idẽ Bart. in. l. de alimentis. nu. 2. C. de tranſactio. Accurſius ſcholio. ſummatim in. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhiben. idem Accurſius ſcholio. 1. in. §. præiudiciales inſtit. de actio. argumento. l. 1. §. Iulianus. ff. de liber. agnos. & huius. §. ſi vel parens. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui. hanc opinionem ſequitur Alberi. in. l. fin. ff. de appella. recipi. idem Alber. in. l. cum ij in principio. ff. de tranſactio. & ibi Iaſſ. nu. 9. Bal. in. l. 1. C. de fidei commi. nu. 6. idem Bal. in. l. ſiquis in ſuo nu. 3. C. de inofficio. teſta. & ibi Iaſſ. nu. 3. Alex. in. l. 1. ff. ſolut. matri. hæc eſt recepta ſententia teſte domino Ludo. Molina lib. 2. de primogen. c. 15. nu. 75. quam ſequitur Alex. in additione Bar. in §. ſiquis ex ijs. infra iſta lege. Aretinus conſilio. 97. nu. 3. Thomas Faſtolus in deciſionibus rotæ cauſa. 5. dubio. 15. Iaſſ. in. §. præiudiciales. nume. 24. & ibi Gomecius nume. 5. Robert. Marãta in tractatu. de ordine. iudi. 4. parte diſtinctione. 9. nume. 52. Cæſar Lambertinus in tractatu iuris patron. lib. 3. q. 3. principali articulo. 7. nume. 5. Mathæus de afflict. deciſione. 152. nume. 3. Coraſius in. l. ſi iudex. nume. 5. ff. de his qui ſunt ſui. & ibi Oroſcius. nume. 10. Hiero. gratus cõſilio. 69. nume. 28. lib. 2. Lauren. Syluanus conſilio. 33. nu. 1. Didacus Perez in Rubri. titulo. 1. lib. 3. ordin. in fine. l. 7. titulo. 19. part. 4.

2 Hæc ſentẽtia licet doctorum communi ſuffragio approbata ſit, non elicitur ex ijs legum locis quæ aduocantur, & pro hac ſententia adducit Accurſius, quià. l. 1. §. Iulianus & iſte. §. ſi uel parens.



parens. conſtituunt ꝙ ſi pro tribunali quiſpiam petat alimenta, propterea ꝙ filius ſit, ſummatim iudex ſuper ea re cognoſcere debet, an filius ſit, vt alimenta decernat, vnde filiationis cauſam ſummatim eſſe cognoſcendam vt alimenta decernantur iura conſtituunt, non autem cauſam ipſam alimentorum, vt cum iudicio ex hoc. §. collegit Albericus hic. quæ ſententia apertè depromitur ex. l. 7. titulo. 19. part. 4. illis verbis (E por ende quando tal duda acaeſciere el Iuez de aquel lugar de ſu officio deue ſaber llanamente, è ſin alongamiento non guardãdo la forma del iuyzio, que deue ſer guardado en los otros pleytos, ſi es ſu fijo de aquel por cuyo ſe razona ò nõ) qua lege oſtenditur, quæ dicatur cauſa ſummaria, vt annotat Gregorius ibi ſcholio llanamente. quod iure communi obſeruandum eſt, vt docet Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo ſummariè. & verbo videbitur. Bald. in. l. nequicꝗ. §. de plano. ff. de officio proconſulis. & ibi Ioannes Oroſcius. numero. 1. idem Ioannes Oroſcius in. l. 1. ff. de conſtitut. principum. numero. 28. Lanfran. in clement. ſæpè de ver ſigni. verb. de plano. Maranta in tracta. de ordine. iud. 4. parte diſtinctione. 9. numero. 10.

3 Ex hac recepta ſententia plura depromi poſſunt, primò ꝙ vt alimenta cõſtituantur etiam feriatis diebus rectè agi poterit. l. 2. ff. de ferijs, quam legem pro hac ſententia adducunt Albericus Baldus & Alexander numero. 1. Iaſſ. numero. 7. in. l. 1. §. ſed excipiuntur. ff. de ferijs. Euerardus loco. 24. numero. 2. & 3. illuſtriſsimus Dominus Couarruuias in tracta. de matrim. 2. parte. c. 8. §. 6. numero. 6. Tiraquellus tracta. de priuilegijs piæ cauſæ, priuilegio. 156. Forcatulus in libro qui inſcribitur penus iuris ciuilis. c. fina. hanc ſententiam dicit tenere doctores communiter Bald. à Bartolin. in repetitione. l. 1. ff. ſolut. matrimo. numero. 460. & ibi Ioãnes Crotus. numero. 66.

4 Vtrum autem hæc ſententia locum habeat, ſi feriæ meſsium vindemiæ vè cauſa indictæ ſint, an etiam ſi diuinæ rei cauſa in honorem Dei, quæri poteſt, & huic ſententiæ locum eſſe, quando feriæ indictæ ſunt vt ruſticæ rei agricolæ prouideant, ſatis oſtenditur in. l. 2. ff. de ferijs, quæ conſtituta cum ſit ſub titulo de ferijs, agere intelligitur de ferijs, quæ negociorum cauſa indictæ ſunt. Hæc interpretatio rationem habet, quià in diebus faſtis, qui dijs conſecrati erant, ius dicebatur: vnde faſtus dies erat, in quo prætor ius dicebat, verbaꝗ; tria proponebantur, Do, Dico, addico: ille autẽ dies nefaſtus erat, in quo ius non reddebatur, Ouidius lib. 1. faſtorũ.

Ille

*Ille nefaſtus erit perquẽ tria verba ſilẽtur:*
*Faſtus erit perquem lege licebit agi.*

Qua de re plura traddit Con
nanus lib.1. Cōmentariorum iu
ris ciuilis.c.12. nu.3. qui dies fa-
ſti fuerint, & qui nefaſti, docet
Coraſius in.l.1.§.ſi quis ſimplici-
ter.nu.7.ff.deverb.obliga.idem
Coraſius lib.3.Miſcella.c.18.nu.
11.in chriſtiana autem republi-
ca hæc omnia mutata ſunt:in ea
ſanè diebus feſtis ius dicere fas
non eſt, vt docet Mantuanus
lib.1. faſtorum in præfatione in
hæc verba.

*Id nec omittendum: quòd dijs regnantibus olim*
*Moris erat faſtis ius exercere diebus:*
*Quòdq; dies iuris vacuos dixere nefaſtos:*
*Nos verò ad ritus alios traduximus annum:*
*Priſcaq; nominibus ceſſere vocabula noſtris.*
*Nam dicenda dies veniunt ad iura profeſti,*
*Sacra damus feſtis, fora iudicialia ponunt*
*Murmura: & occluſis foribus trahit ocia prætor.*
*Tunc nos templa vocant, tunc indulgere tonanti*
*Tempus, & ingenium ſacris impendere rebus.*

Hanc ob cauſam indiebus fa
ſtis alimentorum cauſam tracta
ri non poſſe plures exiſtimarũt.
Bald.conſilio.217. lib.4. incipit
iſta captura. ſequitur additio.
Bartoli in.l.filius familias.num.
5. ff. de donatio. poſt Ioannem
Imola & Lodu. Roma. ibi Bal-
dus à Bartoli.in.l.1. ff.ſolut.ma-
trim.nume.460.

Hæc opinio ea ratione com-
5 mendatur, q̄ ſi conſtitutum ſit,
vt aliqua in cauſa ius dicatur ſim
pliciter & de plano ſine ſtrepi-
tu & figura iudicij, dici ius non
poteſt faſtis diebus, clemen. ſæ-
pè de verb. ſignifi. inibiq; trad-
dunt doctores, quod ea de cau-
ſa fit, quià Dei præcepto tene-
mur dies feſtos ſanctificare, præ
cipiente Domino Sabbata ve-
nerari, vt annotat. Bart. extra-
uag. ad reprimendum verbo vi
debitur, & verbo figura. vnde
hanc opinionem veriorem eſ-
ſe in puncto iuris affirmat Ale-
xand.in.l.milites. nume.5. C.de
teſtamento militis.ſequntur plu
res doctores, quos aggregat Ti
raquellus in tractatu de priui-
legijs piæ cauſæ priuilegio. 156.

Contrariam ſententiam mul
6 ti deffendunt affirmantes, q̄ in
cauſa alimentorum faſtis die-
bus ius dicere permiſſum ſit. Ber
nardus ſcholio pen. in. c. fi. de
ferijs vbi ſcribit feſtis diebus in
dictis in honorem dei ius dici
poſſe in cauſis de quibus agit.
l. 2. ff. de ferijs, ſequitur Bart.
in.l.filius famil.numero.5. ff. de
donatio. idem Bart. in. l. mella.
numero. 6. ff. de aliment. & ci-
bar.legat.idem Bart.in.l.deniq;
nume.1.& in.l.1.nume.1.ff.de te-
ſtament. militis. ibiq; annotat
Bald.nu.1. verſiculo dicit etiam
ipſe Bartolus. Idem Bart. in. l.
prouintiarum.C. de ferijs.idem
Bart.



Bart.in.l.milites nu.3.C.de teſta
men.militis.ſequitur Bal.ibi.nu.
5. Ancharranus in clemen.ſæpè
de verb.ſignifi.Ramanus conſi-
lio.20.nu.3. Alciat.in.l. de alimẽ
tis. C. de tranſactio. pag. 3.in fi.
argumento.l. prouintiarum. C.
de ferijs. Quæ lex nō aduerſatur
7 iuri diuino, ſed limitat illud ex
cauſa, quod prohibitum non eſt
authore Accurſio ſcholio. gene
rali in. l. fin. C. ſi contra ius vel
vtili publi.traddit idem Accur-
ſius ſcholio fin.in.l.1.ff.de conſti
tutionibus princip. cui accedit
Bar.ibi nu.3. Ioannes Oroſcius
nu. 47. Hanc opinionem com-
muniter receptam eſſe atteſta-
tur Felinus in.c.quæ in eccleſia-
rum. nu.2. de conſtitu. hoc mo-
do iuris diuini præceptum, quo
prohibemur faſtis diebus ius di
cere, contrahitur, nec locum ha-
bet in cauſa alimentorum pieta
tis intuitu, quæ cauſa diebus Deo
ſacratis tractari poteſt, vt Bar-
tolus & alij ſuprapoſiti traddi-
dere. quorum ſententia iure no
ſtro confirmata eſt.l.35.titulo.2
part.3.inibiq; Gregorius notat.
8 Id autem in propoſito annotan
dum eſt, non eſſe introductum
fauore præcipuo alimentorum
vt faſtus diebus alimentorum
cauſa agitari poſsit, vt ſcripſit
Bart.l.mella. nume.6. hoc enim
fauore piæ cauſæ conſtitutum
eſt, vt traddit Speculat. titulo
de ferijs.§. ſequitur. nume.1. ſe-
quitur Paulus Caſtren.l.1.§. ſed
excipiuntur.nume.1.ff.de ferijs.
huic ſententiæ accedit Claudius
cantiuncula in topicis legalibus
c.28. Alexand.nume.5.Iaſo.nu.
7.in.l.1.§. ſed excipiuntur.ff. de
ferijs. Oroſcius. l. 2. ff. de ferijs
nume. 2. quæ opinio probatur
iure aperto in. c. fina. de ferijs.
ibi (niſi neceſsitas vrgeat vel pie
tas ſuadeat) vbi annotat Ber-
nardus ſcholio pe. ſequitur Ab
ba.ibi nume.14.poſt Federi.cō-
ſilio.11.quæ ſententia iure Regio
approbata eſt.l.35.titu.2. par.3.
illis verbis (ca en qualquier de-
ſtas coſas ſobredichas bien pue
de el demandador mouer pley-
to en juyzio en cada vno deſtos
dias feriados, è lo que fuere fe-
cho enellos valdra porque tales
pleytos como eſtos pertenecen
à obra de piedad) conſtituerat
lex, q̄ faſtis diebus alimentorũ
cauſa agitari poſſet, deciſionis
rationem ſubjicit, quià alimen-
torũ cauſa eſt pia, quod proba-
tur in.l.mella ff.de alimen. & ci
bar. legat. qua de re latius alibi
traddidimus.

9 Hinc fit, vt dotis cauſa, quià
ex pietate deſcendit, diebus fa-
ſtis tractari poſsit. Sententia
quæ habet, q̄ dotis cauſa ſit pia,
depromitur ex.l.cum his.§. ſi in
ea opinione. ff. de condict. in-
debi.traddit Ripa.l. 1. ff. ſolut.
matri.nu.46.& ibi Bald. à Bar-
toli.nume.40.&.332. notat glo.
verb.quod per errorem.§.fi.in-
ſtitu.de obligat.quæ ex quaſi cō
tractu.quā dicit meliorẽ de iure
Ioā.Luppus.c.per veſtras not.3.
§.12.

§.12.&in rubri.§.48.Crotus.l.1.
ff.ſolut.matrim.nu.5.Idem Cro
tus.l.ſi cõſtante.nu.68.& nu.93.
ff.eod.l.35.titulo.14. par.5.trad
dit Tiraquellus tracta.de priui-
legijs piæ cauſæ in præfatione
pag.13. item ꝙ diebus feſtis tra
ctari poſsit, ſcripſit Angel. l. 1.
ff. ſolut. matrim. dubius tamen
& incertus æſtimationi locum
relinquit.ſequũturImola etPau.
Caſt.nu.5.&.7.Alexã.nu.12.qui
eam deffendit. Roma. l.1. §. ſed
10 excipiuntur. ff. de ferijs. & ibi
Iaſſ.nu.8.Bald.noue. tracta.do-
tis.9. parte in priuilegio. 13. ra-
tio eſt,quià dos ſufficitur in locũ
alimentorum.l. ſi cum dotem.§.
ſinautem ff.ſolut.matrim.l. vbi
adhuc.C.de iure dot.vnde fit vt
meritò dotis cauſa dicatur pia,
indeq; fit vt feriatis diebus tra
ctari poſsit.

11 Eſt enim eadẽ ratio in vtraq;
cauſa,ergò idem ius.l.illud.ff.ad
leg. aquili.Ex quo apparet verã
non eſſe ſententiam Ripæ in.l.1.
ff.ſolut.matrim.nu.46.qui pro-
pterea ꝙ ratio dotis & victus
differat in multis articulis, exi-
ſtimat dotis cauſam feriatis die
bus tractari non poſſe,quæ opi
nio iuris Regulis aduerſatur,
quià dotis cauſa eſt pia, & piæ
cauſæ fauore introductum eſt,
vt feſto die tractetur.

12 Primò ſuperior ſentẽtia,quæ
habet,ꝙ alimentorum cauſa tra
ctari poteſt die feſto,obtinet, ſi
petantur alimẽta præſentia aut
futura, non autem ſi præterita.
Accurſius ſcholio alimentorum
in.l.cum ij in principio.ff.de trã
ſactio.argumento.l. de alimẽtis.
C. de tranſactio. vbi notant Ia-
cobus de Arenis & Bart. nu. 2.
ſequitur ibi Iaſſo.nu.5. Decius.
nu. 10. Curt. iuni. nu.13. Alciat.
pag.3.Aretinus conſilio.97.nu.
fin. Petrus Ancharr. clem.1. de
iure patro.ſequitur Alberi.l. cũ
ij in principio. ff. de tranſactio.
& ibi Iaſſ. nu.9. Oroſcius.l.2. ff.
de ferijs nu. 2. ratio eſt quià ſu-
per ijs pendet hominis vita, vt
Alber. Iaſſ. & Oroſcius. nu. 14.
traddidere in.l.cum ij.§.eam trã
ſactionem.ff.de tranſactio.quæ
ratio in præteritis alimentis lo
cum non habet, cum alitos eſſe
iam eos apparet, qui alimenta
perũt,& ideo cauſa celeritatem
non deſiderat,ſed ſolito tempo
13 ris ſpatio expediri debet. quo-
modo autem præterita alimen
ta petenda ſint, docet Bart.l. li-
bertis quos.§.manumiſsis. ff.de
alimen.& cibar.legat.in.3.mem
bro diſtinctionis, quem reliqui
interpretes ſequuntur.

14 Secundò ſuperior ſententia
obtinet, ſi à paupere alimenta
petantur,ſecus ſi à diuite,primo
caſu diebus feriatis cauſa tracta
bitur,nõ in ſecundo. Accurſius
ſcholio conſtituantur in. l.2. ff.
de ferijs,traddit Areti.conſi.97
nu. 4. Ripa. l.1. nu.46.ff. ſolut.
matrim.quæ ſententia iure Re-
gio confirmata eſt.l.35. titulo.2.
part. 3. illis verbis (Auiendolo
meneſter.)





15 Tertiò hæc ſentẽtia obtinet,
ſi iudicis officio alimenta debeã
tur,veluti ſunt ea quæ pater præ
ſtare tenetur filio egenti.l.ſiquis
à liberis.§.alimenta.ff.de lib.ag.
quià hæc ex pietate deſcendũt.
Accurſius ſcholio petiturum. l.
alio. ff. de alimen. & cibar. leg.
vbi notat Bart. Idem Bart. l.
diuus. ff. ad.l. falcid. Hanc ſen-
tentiam ſequuntur Alexan. nu.
5.Iaſſ.nume.7.l.1.§.ſed excipiun
tur.ff.de ferijs, Oroſcius.l.2. ff.
de ferijs nu.2. Alciat.l.de alimẽ-
tis. C.de tranſactio. pag.4. hoc
fit quià ceſſat ratio, quando ali-
menta iure actionis petuntur.

16 Secundò ꝙ in cauſa alimen-
torum non eſt neceſſarius libel-
lus, quià cauſa hæc eſt ſumma-
ria, quæ de plano expediri de-
bet, in ſummarijs autem cauſis
libellus non eſt neceſſarius cle-
men.ſæpè de verb. ſignifi.Bart.
l.nequicq;.§.de plano.nu.1.ff.de
officio.proconſul.qui diſtinguit
poſt Guiller. de Cugno an gra-
uis cauſa ſit an leuis: in graui li-
bellꝰ requiritur ſecus in leui cau
ſa, quæ diſtinctio communiter
recepta eſt, vt atteſtatur Ioãnes
Oroſcius in.§. de plano num.2.
Idem Ioann. Oroſcius.l.1. ff. de
conſtitu.principũ nu.28. Cora-
ſius in dicto.§.de plano.nu.1. Fe
linus in.c.fi.de officio.iudi colu.
penul.verſiculo limita hoc.& ſe
quitur Curt.iunior.l.2.ff. de iu-
ri.omni.iud. nu.95. Idem Curt.
iunior repetitione.l.de alimẽtis
C.de tranſactio.nu.13.eſt tamen
qualis qualis petitio neceſſaria
17 vt ait Alberi.l.nequicquã.§.vbi
decretum.ff.de officio procon-
ſul. ſequitur Hippo.in practica
crimi.§.oportunè. nu.70. argu-
mento.l.de ſubmerſis.C.de nau
frag.lib.11.hæc fuit ſentẽtia Bar
toli extrauagant. ad reprimen-
dum verb.& figura.eiuſdẽ Bar.
l.2.C. de ſenten. ex breui. recit.
quæ eſt recepta ſententia vt pa-
tet ex ijs, quæ traddidit Maran
ta de ordine iudi.4. parte diſtin
ctione.9.nu.12.

18 Tertiò ex priori ſententia de
promitur in cauſa alimetorum
non eſſe neceſſariam litis conte
ſtationem. clem. ſæpè de verb.
ſignifi.Bart. extrauagan. ad re-
primendum verb.& figura. ver
ſiculo. item an ſit conteſtanda.
idem ſcripſit Abb. in. c. fin. de
officio.iudi.nu.10.ſequitur Feli-
nus colu.penul. verſiculo limita
hæc.Maranta de ordine iudi. 4
parte diſtinctione. 9. nu. 20. ex
quibus apparet hoc receptũ eſ-
ſe communi doctorũ ſuffragio.

19 Vnde apparet ocitãter dixiſ-
ſe Ioan. Oroſcium in ſummarijs
cauſis litis conteſtationem requi
ri & hoc receptum eſſe.Ita Ioan.
Oroſcius in.l.nequicquam.§.de
plano.nu.7.ff. de officio procõ.
argumento à coniugatis ex.l. 3.
§.ſciendum.ff.ad exhibend.l. ti
gni.§.fi.ff. eod. titulo, quibus le
gibus, quaſi ex tuto propugna-
culo ſuam ſentẽtiam ipſe defen
dit, quià in.§.ſciendum Vlpia-
nus conſtituit iudicẽ in actione

ad exhibendũ ſummatim debe-
re cognoſcere, idemq́ Vlpianus
in.l.tigni.§.fi.ait litis cõteſtatio-
nẽ in hac actione eſſe neceſſariã:
vnde colligit Oroſcius in ſum-
marijs litis conteſtationem eſſe
neceſſariam.

*Aduerſus Orociũ.*

20 Hæc tamen ſentẽtia tam alie
na eſt ab Vlpiani intentione vt
nihil magis: falſò enim dicitur in
actione ad exhibendum ſumma
tim debere iudicẽ cognoſcere,
vt ſine delectu ex dicto. §. ſcien
dum colligit Accurſius ibi ſcho
lio ſũmatim, ſed id potius, actio
nem ad exhibẽdum competere

*Aduerſus Accurſiũ*

nõ ſolũ ijs de cauſis, quas Vlpia
nus poſuerat in principio legis,
verum etiam ea de cauſa, ꝙ ſua
ipſius actoris interſit rem exhi-
beri. Vtrum autẽ actoris inter-
ſit rem exhiberi, ſummatim iu-
dex cognoſcet, ꝙ ſi ſummatim
conſtiterit actoris intereſſe rem
exhiberi, iubebit exhiberi: ſi nõ
conſtiterit, nec iubebit: vnde an
legitimus ſit actor, iudex cog-
noſcit ſummatim, quia exceptio
hæc tua non intereſt, repellit à
iudicio actorẽ: vnde in litis exor
dio ſummatim cognoſcere iu-
dex debet, an actoris interſit, ac
interloqui, ꝙ ſi intereſſe pronũ-
tiauerit, ſecundum ordinem iu-

*Noua inter-preta.*

diciorum aget. c. veniens, de te-
ſtibus, quæ interpretatio, an ſit
ex intẽtione Vlpiani verba ipſa
demonſtrant. (ſciendum eſt au-
tem nõ ſolum ijs, quos diximus
competere ad exhibẽdum actio
nem, verũ ei quoq́, cuius inter-
ſit exhiberi. iudex igitur ſumma
tim debebit cognoſcere, an eius
interſit, non autem an eius ſit, &
ſic iubere vel exhiberi, vel non:
quià nihil illius intereſt.

21 Vlterius non licet ex illa le-
gum coniunctione concluſionẽ
depromere. cum. §. ſciendum,
agat de exhibitione ſimplici, vt
in publico res demonſtretur: vt
ille qui agit expiriri poſsit, de
qua ſpecie tractat. l. 2. ff. ad exhi
bend. ſed. l. tigni. §. fin. agit de ex
hibitione, quæ ſecũ rem ipſam
trahit, & cauſas eidem cohærẽ-
tes, vt in ſpecie. l. Iulianus. §. quã
tum. ff. ad exhibend. de quo ſcri
bit Speculator in titulo de ap-
pellatione. §. in quibus. nu. 12. ni
mirum ſi in prima ſpecie ſum-
matim agatur, in ſecunda verò
non ita, cum maioris ſit præiu-
dicij. l. 3. §. ibidẽ. ff. ad exhibend.
Superior ſententia, quæ habet,
ꝙ alimentorum cauſa eſt ſum-
maria, captiones habet.

22 Primò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi is qui alimenta petit,
diues ſit, tunc iudex de ea re cog
noſcet, non ſummatim, ſed ple-
nè Bal. in. l. 1. C. de fidei cõmiſsis
nu. 6. Aretinus conſilio. 117. ſe-
quitur additionator Alexandri
in. l. diuus. nu. 3. ff. ad legem fal-
cid. per. l. 2. ff. de re iudicata. l. 2.
ff. de ferijs.

23 Secundò alimentorum cauſa
non eſt ſummaria, quando ali-
menta petuntur præterita, ſed
ſolum quando præſentia ſunt
aut futura. Bart. l. de alimentis.
nu. 2.



nu. 2. C. de trãſactio. quià in præ
teritis non eſt eadem ratio, ſe-
quitur ibi Iaſſ. nu. 5. Decius. nu.
10. Bald. in. l. 1. num. 6. C. de fidei
commiſsis. Gigans de penſioni-
bus. q. 51. nums. 28. Maranta de
ordi. iudi. 4. parte diſtinctione
9. num. 52. Hieronimus Gratus
conſilio. 68. nume. 52. l. 53. titu
lo. 2. part. 3.

24 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi alimenta debeantur
ex contractu. Bart. l. de alimen-
tis nu. 2. C. de tranſactio. quo ca
ſu alimentorum cauſa non erit
ſummaria. Idem approbat Bal.
l. nonumq́ lectu. 2. ff. de iudicijs
Decius. l. de alimentis. nu. 12. C.
de tranſactio. & ibi Curtius iu-
nior. nu. 8. Decius in. l. ſi certis
annis. nu. 7. C. de pactis. Maran
ta de ordine iudi. 4. parte. diſtin
ctiõe. 9. nu. 52. Perez Rubri. titu
li. 1. lib. 3. ordi. ratio huius ſentẽ-
tiæ eſt, quià in propoſita ſpecie
ceſſat cauſa cuius fauore intro-
ducta ſunt priuilegia alimẽtorũ,
quià ille qui ſibi quærit alimẽta,
tuebitur parta, cum præſuma-
tur vir prudẽs maturi grauisq́
25 conſilij. vtrum autem in cauſa a-
limentorum actor cogatur ęde
re inſtrumenta reo, traddit Be-
roius in. c. 1. de probatio. nu. 67.

26 Quartò ex themate, quod ex
§. doctores collegere, defluit ꝙ
à ſententia, quæ alimenta in fu-
turum decernit, appellari non
poteſt, quià celeritatem execu-
tionis deſiderat. l. fin. ff. de ap-
pellat. recip. quam legem pro
hac parte adducit: Bernardus
ſcholio. decedat. in. c. qua fron-
te. de appellat. Speculat. titulo
de appellatione. §. in quibus. nu-
mero. 11. Bar. in tracta. aliment.
idem Bart. l. mella. ff. de alimen.
& cibar. legat. idem Bart. l. fin.
ff. de appell. recipi. & ibi Cuma.
nume. 4. Forcatulus in libello
qui inſcribitur penus iuris ciui-
lis. c. fin. l. inſtituta. §. cum de in
officioſo. ff. de in officio. teſta.
idem Bald. l. 2. C. quando pro-
uo. non eſt nece. Roma. ſingu.
286. incipit à ſententia Iaſſ. l. de
alimentis. nume. 5. C. de tranſa-
ctio. & ibi Alciat. pag. 4. Anto-
nius Nicellus in tracta. de con-
cordia gloſſarum nume. 35. Nat
ta. conſilio. 108. numero. 1. lib. 1.
idem Nata conſilio. 409. nu. 5.
lib. 2. Tiraquellus in tractat. de
priuilegijs piæ cauſæ priuilegio
157. ratio huius ſententiæ eſt,
quià præſtatio alimentorum di
27 lationem non recipit, vt trad-
dit Aretinus. l. ita ſtipulatus. nu.
9. ff. de verb. obligat. quæ ſen-
tentia comprobatur. l. 2. ff. de
re iudi. traddit Forcatulus dicto
c. final.

Huic tamen receptæ opinio-
ni obſtat. l. in. minoribus. C. de
appellatio. vbi docemur & in
maioribus & in minoribus ne-
gocijs appellandi facultatẽ eſſe,
28 ergò & in alimentorum cauſa
appellare permiſſum eſt. Sed
hæc lex receptæ opinioni non
obſtat, quià agit quando iure
actionis alimenta petuntur: ſu-

N 2 perior

perior autem ſententia quando
iudicis officio, vti interpretatur
Speculat. titulo de apella. §. in
quibus nume. 11. quam ſenten-
tiam alij approbant: vti docet
Ioann Andre. ibi in additione.
ſequitur Bart. l. fin. ff. de apella.
recipi. nume. 2. qui ait hoc effi-
cere inopiam eius, qui petit ali-
menta, in ea ſpecie de qua agit
ſententia ſuperior communis,
ſequitur Cumanus. l. fin. ff. de
apella. recip. nu. 4.

Contrariam opinionem, quæ
habet, vt à ſententia in cauſa ali
mentorum lata appellare liceat
defendit Roma. auth. ſimiliter.
C. ad leg. falcid. quod ea ratio-
29 ne fit, quià appellatio niſi ſpecia
liter prohibita ſit, cenſetur per-
miſſa argumento. l. & in maio-
ribus. C. de appellatio. ſed non
reperitur iure cautum, ꝙ in cau
ſa alimẽtorum prohibita ſit ap-
pellatio, ergò cenſetur permiſ-
ſa, quæ regula non obtinet in
cauſis, quæ celeritatem executio
nis requirunt. l. fin. ff. de appell.
ſed cauſa alimentorum celerita
tem requirit dicta. l. fin. ff. de ap
pella. recip. ergò in ea locum nõ
habet regula. l. & in maioribus.
quam ſupra declarauimus, ar-
gumentis quæ Romanus aduer
ſus receptam ſententiam adu-
cit, reſpõdet Corſetus in reper
torio Abb. verb. alimenta.

30 Quæ ſententia locum habet
etiam ſi non ipſa alimenta pe-
tantur, ſed pars alimentorum
vt veſtitus & habitatio, vt idem
ſit in parte, quod in toto, argu-
mento. l. an pars. ff. pro dereli-
cto. l. quæ de tota. ff. de rei ven-
dica. docet Vlpianus. l. cum ij
in principio. ff. de tranſactio.
in hæc verba (eiuſdem præto-
ris notio ob trãſactionem erit:
ſiue habitatio, ſiue veſtiarium
ſiue de prædijs alimentum lega-
bitur.) notat Paul. Caſt. in. l. cum
ij in principio. nume. 5.

31 Hæc recepta ſententia plures
captiones habet. Prima ſi alimẽ
ta petantur à diuite, quià ceſſat
cauſa propter quam alimenta
celeritatẽ executionis requirũt.
Hæc eſt ſententia Speculat. titu
lo de appella. §. in quibus. nume.
12. ſequitur Bart. l. fin. ff. de ap-
pella. recipi. nu. 1. & ibi Cuma-
nus. nu. 4. Areti. conſilio. 96.

32 Ex hac eadem ratione colligi
tur appellare permiſſum eſſe à
ſententia lata in cauſa alimen-
torum, ſi præterita alimenta pe
tantur, quià cauſa hæc celerita-
tem non requerit. Ita Speculat.
titulo de appella. §. in quibus.
nume. 11. ſequitur Alber. l. final.
ff. de apella. recipi. Bald. l. 1. C.
de fideicommiſsis, numero. 6.
Areti. conſilio. 97. nume. 3. De-
cius in. l. de alimentis. nume. 10.
C. de tranſactionibus. & ibi Cur
tius. iuni. in repet. nume. 13. Al-
ciat. pagina. 4. Felinus in. c. cum
dilecti nume. 16. de reſcrip. Ma-
thæus de afflict. deciſione. 152.
nume. 3. Didacus Perez in Ru-
bri. titulo. 1. lib. 3. ordi. columna
antepen. & Dueñas Regu. 365.
limi-



tatio. 7.

33 Fallit tertiò ſuperior ſenten-
tia, quando alimentorum cauſa
tractatur incidẽter, ſecus ſi prin
cipaliter de alimentis agatur,
quo caſu à ſententia lata in cau-
ſa alimentorum appellare licet
ei, aduerſus quem eſt dicta ſen-
tentia, Alberi. l. fin. ff. de appel-
latio. recipi. ſequitur Nemau-
ſenſis tractatu clauſularum pag.
946. & Didacus Perez in Ru-
bri. titulo. 1. lib. 3. ordi. colu. an-
tepe. Ioann. Luppus in. c. per ve
ſtras. ante notab. §. 39. nume. 2.
quæ opinio iure Regio appro-
bata eſt. l. 7. titulo. 19. part. 4.

34 Secundò colligitur ex hoc. §.
ꝙ ſententia, qua iubetur quis
ali vt filius, non facit præiudi-
cium in cauſa filiationis ordina
riè exercenda, ita Bartolus &
Albericus hic: dum lis eſt an fi-
lius ſit, qui alimenta petit ali de
bet. l. nec filium. C. de patria po
tes. l. 3. titulo. 8. lib. 3. fori.

35 Quod ſic accipiendum eſt, ſi
prius ſummatim iudex cogno-
uerit filium eſſe, vt conſtat ex
hoc. §. illis verbis (& ſi conſtite-
rit filium vel parentem eſſe, tũc
ali iubebunt, cæterum ſi nõ con
ſtiterit, nec decernent alimẽta.)
idem probat. l. fin. titulo. 19. par.
4. nec enim probata ſummatim
filiatione pronuntiabit iudex fi
lium eſſe, ſed ali debere, quæ res
preiudiciũ non facit veritati, vt
filius ex hoc dicatur, cũ non ſit:
quæ docet textus iſte his verbis
(meminiſſe autem oportet, & ſi
pronuntiauerint ali oportere,
attamen eam rem preiudicium
nõ facere veritati, nec enim hoc
pronunciatur filium eſſe, ſed ali
debere.) Hoc axioma ex hoc. §.
collegere Loriotus de Regul.
iuris axiomate. 85. dominus Co
uarru. in practi. quæſtioni. c. 6.
nu. 8. Natta. conſilio. 473. nu. 6.
lib. 2. Oroſcius. l. ſi iudex. ff. de
his qui ſunt ſui. nu. 1. qui in nu. 10
rationẽ reddit, Bertrandus con
ſilio. 257. nu. 5. lib. 1. ex quibus
36 conſtat præſtationem alimento
rum non facere vt is filius præ-
ſumatur, cui præſtantur. vnde ſi
cuipiam aliquis alimenta præſti
terit domi, non ex hoc præſumi
tur filius altoris argumento. c.
tranſmiſſæ. qui filij ſint legit. &
ibi notat Abb. not. 1. præſtan-
tur ſæpè intuitu pietatis, vt ibi
dicitur. & in. l. necare. ff. de lib.
agnos. vnde præſtatio alimen-
torum quià pietatis cauſa ſæpè
fit, non probat eum filium eſſe,
qui alitur, ſi neget altor filium
eſſe: ita doctores definiunt, vt
traddit Alex. conſilio. 74. nu. 2.
lib. 2. Barb. conſilio. 27. lib. 1. Par
riſius conſilio. 10. nu. 17. lib. 2. idẽ
Pariſius. conſil. 12. nu. 247. lib. 2.

37 Quæ ſententia locum non ha
bet, ſi inditijs coniecturis vè de-
monſtrari poſsit, ꝙ ſit filius, vt
apparet ex. c. tranſmiſſæ. vbi
38 Abb. poſt Anto. traddit. ex co
autem coniectari licebit filium
eſſe, ꝙ natus ſit in domo altoris
argumento. c. per tuas depro-
bat. illis verbis (filium quem re-

 uerſa

uerſa indomum ipſius peperit,
ex eo ſe aſſeruit ſuſcepiſſe.) ex
quo textu ſuprascriptam cōclu-
ſionem collegit Hippo.l.1. §. ad
quæſtionē.nu.21. ff. de quæſtio.
Gozadinus. conſilio. 13. nu. 62.
Alciat. regul.3. præſumptione.
39 37.nu.2. Vtrum autē qui alimē
ta præſtat credens filiū ſuū eſſe,
cum erret, poſsit repetere abeo
cui præſtita ſunt, vel à patre ei9
quæri ſolet, & non poſſe, author
eſt Bart. in.l.1. §. competit. ff. ſi
mulier ven. nomine. argumen-
to textus illius quo oſtenditur
alimenta præſtita mulieri, quæ
ventris nomine ſine calumnia
in poſſeſsionem miſſa eſt, non
repeti. ita & præſtita ei, quem
falſò exiſtimauit filium ſuum eſ
ſe, ſed ait Bartolus ꝙ cum quæ-
ſtio hæc incidiſſet, inforo con-
ſcientiæ fratres iudicauerunt cō
trarium, vt repeti hæc alimenta
poſsint. ſententiam Bartoli ſe-
quitur Paulus Caſt. l. alimenta.
nume.4. C. de nego. geſt. & ibi
Alexand. nume.3. qui exiſtimat
Bartolum ſentire ꝙ à vero pa-
tre repeti alimēta poſsint, quod
de promiſit ex Bartolo, dum ſen
tentiam ſuam firmat argumen-
to. §. competit. ibi alimenta re-
petuntur à patre, qui calumniæ
particeps fuit, vt filia in poſſeſ-
ſionem bonorum ventris nomi
ne miſſa ſit. l. fin. in fine. ff. ſi mu-
lier ventris nomine, faciunt in
propoſito ea quæ ſcripſit Curt.
iuni. l. cum fundus. §. ſeruū tuum
imprudens. nume. 12. ff. ſi cert.
pet. ſed Bartolum in. §. compe-
tit nihil conſtituiſſe in hac quæ
ſtione atteſtatur Marcus Anto.
natta conſilio.108. nume.8. lib.
1. ſed iudicio noſtro Bartolus in
ea fuit opinione, vt exiſtima-
ret iure ciuili altorē alimēta nō
poſſe repetere ab eo, qui edu-
catus eſt, nec à patre eius, in con
ſcientia autem contrarium re-
ſpondiſſe monachos ait. Vtraq;
tamen opinio incerta eſt, atq;
dificultatem habet.
40 Primò an iure ciuili altor, quæ
dedit alimenta, repetere poſsit
ab illo, qui perceperit, vel à pa-
tre eius, dubium eſt. & repete-
re poſſe argumentis à iure du-
ctis demonſtratur, cum in pro-
poſita ſpecie, qui alimenta de-
dit, falſò exiſtimauerit filio ſuo
dare, ergò repetere poterit, quià
ſecundum iuris Regulas quiper
errorem dat, repetere poteſt. l.
error. C. ad leg. falc. l. regula. §.
final. ff. de iuris. & facti igno. l.
cuius per errorem. ff. de reg. iur.
nec huic ſententiæ obſtat. §. cō-
petit. in quo Bartolus innititur:
quià in ſpecie. §. competit. vt a-
limenta non repetantur, ſat eſt,
ꝙ mulier ſine calumnia in poſ-
ſeſsionem miſſa ſit ventris no-
mine, propterea quià æquius
eſt vel fruſtra impendia fieri, q̄
denegari aliquando alimenta
ei, qui dominus bonorum ali-
quo caſu futurus eſt. l. 1. §. ſed &
ſi incertum. ff. de ventre. in poſ-
ſe. mit. quæ ratio ceſſat in pro-
poſita quæſtione, in qua is qui
alimen



alimenta percipit ab eo, qui fi-
lium ſuum eſſe putabat, nō erat
futurus dominus: ſed quamuis
hæc iure optimo procedāt, non
tamen opinionem Bartoli im-
probant, aut refellunt, cum lo-
cum non habeant in ijs, quæ pie
tatis intuitu fiunt, quæſiquis per
errorem dederit, repetere non
poteſt. §. fin. inſti. de obliga. quæ
ex quaſi contractu naſcunt. l.
cum ijs. §. mulier. ff. de cond. in
deb. vnde alimenta quæ quiſpiā
alicui dederit exiſtimans falſò
filium ſuum eſſe, non repetet ab
eo, neq; à patre eius: quià pium
opus eſt, quam ob cauſam in a-
nimæ iudicio qui percepit eius
vè pater non tenebitur reſtitue
re, quicquid inconſultò mona-
chi dixerint: aduerſus quos ſen-
tētia Bartoli iure Regio appro-
bata eſt. l. 36. titulo. 14. part. 5.
41 Ex his defluit enodatio quæ-
ſtionis: vtrum legatum illi reli-
ctum, quem filium ſuum eſſe fal-
ſò crediderat teſtator, ad legata
rium, an ad hæredes pertineat:
& ad hæredes pertinere ex ſu-
prapoſitis apparet, quià per er-
rorem relictū eſt, nec pia ſit cau
ſa, ergò ad legatarium non per-
tinet. argumento. l. fin. ff. de hæ-
red. inſti. vbi inſtitutus hæres ex
cauſa, quam teſtator veram eſſe
falſò exiſtimauerat, cum eſſet fal
ſa, non capit hæreditatem: ergò
idem erit in propoſita ſpecie,
quæ ſententia probatur in. l. ſi
pater & . l. nec apud. C. de hæ-
red. inſti. l. cum hic ſtatus. §. ſi-
quis. ff. de donat. inter virum &
vxorem. notat Corneus. l. ſi pa-
terno. nu. 2. & . 3. & ibi Iaſſ. nu. 10
C. de negot. geſtis. ſequitur Men
chaca. lib. 1. controuerſiarū illu-
ſtri. c. 48. nu. 30. approbatur hæc
opinio iure Regio. l. ſi. titu. 7. p. 6
quā pro hac ſentētia adducit Ga
briel quemada in. 13. q. fiſcali.
42 Dum lis vertitur ſuper filiatio
ne, alendum eſſe filium deduxi-
mus ex hoc. §. idem erit ſi bona
paterna filius petat, aut de pa-
tris vel aui inofficioſo teſtamēto
agat, quià dum lis vertitur ali fi
lius debēt. l. ſi inſtituta. §. de inof
ficioſo. ff. de inofficio. teſta. in
ſpecie ibi propoſita vt actor a-
latur, tria interuenire debēt, ꝙ
actor ſit filius aut nepos ꝙ pau-
per, ꝙ pro eo dicta ſententia
ſit, à qua prouocatum eſt. ita ſen
tit Accurſius in. §. de inofficio-
ſo. ſcholio decerni, ſequuntur
Bart. Alber. Angel. Paul. Caſt.
& Fulgu. ibi Speculator & Bal.
quos congerit Ripa. l. 2. ff. de re.
iud. nu. 4. Felinus. Rubri. de ap-
pellatio. nu. 1. Decius in. c. quo-
niā contra falſam. nu. 33. de pro
batio. Ioā. Lup. in. c. per veſtras
de donatio. inter vir & vxor. an
te notab. §. 39. nu. 3. Beroius Ru
bri. de appell. nu. 40. Alciat. re-
gul. 3. præſumptio. 9. nu. 9. Petr9
Dueñas reg. 365. Connanus lib.
9. commenta. iuris. c. 8. nu. 6. &
hæc tria requiri, vt locū habeat
ſententia. §. de inofficioſo. dicit
cōmuniter recipi illuſtriſsimus
D. Couar. in pract. quæſtio. c. 6.
 nu. 6.

nu.6. Dñus Ludouicus Molina
de primogenijs.lib.2.c.16.nu.30.
& multis alijs vbi multa de hac
43 re cũ iudicio traddit. Requiritur
& aliud, ꝙ actor ſit in quaſi poſ-
ſeſsione filiationis, vt illi alimen
ta decernantur in ſpecie.§.de in
officioſo, vti ait Socinus nepos
conſi.8.nu.6.lib.3.quam opinio
nẽ nõ relato Socino improbat
D.Couar. quià nepos in ſpecie.
§.de inofficioſo.ex hæredatꝰ eſt,
cui pro alimentis non compete
bat Carboniana bonorũ poſſeſ
ſio. l. qui de inofficioſo. ff. de in
officio. teſta. vnde neceſſarium
fuit, vt pro filio dicta ſentẽtia eſ
ſet, quæ iniuſtã facit præſumi ex
hæredationem: vnde cum exhæ
redatus eſſet nepos in.§.de inof
ficioſo nihil intereſt, ſit in quaſsi
poſſeſsione filiationis vel non.
44 Sed hodie ſentẽtia Socini ob
tineret, cum ex hæredatio præ-
ſumatur iniuſta, niſi hæres iuſtã
eſſe probauerit. Accurſius.l.fin.
in principio.ff.quod.met.cauſa.
vnde vt actor alatur, iam nõ re-
quiritur, ꝙ ſentẽtia dicta ſit pro
eo, & hac de cauſa quaſi poſſeſ-
ſio filiationis neceſſaria erit, da
bũturq; alimẽta filio, aut nepo-
ti anteq; dicta ſit ſentẽtia pro
eo, vt traddit. D.Couar.d.nu.6.
ſequitur Cæphalꝰ conſi.127.nu.
12. & ſecundum hanc opinionẽ,
quæ habet, quod in prima inſtã
tia locus ſit ſentẽtiæ.§.de inoffi-
cioſo vt agẽs de inofficioſo pa-
tris teſtamento aut petitione hæ
reditatis ali debeat, ſententiam
tulere iudices ſupremi vt appa-
ret ex deciſione Rotæ nouæ titu
lo de iudicijs, & ita fuit iudicatũ
in cõſilio Neapolitano vt teſta-
tur Matheꝰ defflictis deciſio.11.
& poſt Bart.in.l.fi.C.de alendis
lib. declarat multifariã. §. de in
officioſo. Rebufus in cõſtitutio
nes Regias arti.3.glo.2.in princ.
45 Primò extẽditur cõcluſio hu-
ius §.vt Accurſius ait ſcholio de
cerni.vt locũ habeat in ſpecie.l.
fi.C.de ordi. cogni.quæ ait, ꝙ ſi
bona de quibus agitur ſequeſtrẽ
tur, ille à quo bona auferuntur,
ali debet de fructibus bonorũ,
atq; litis ſumptꝰ percipere, ſi a-
lia bona nõ habuerit, quã legẽ di
cit eſſe vnicã ad hoc, ꝙ ille, qui
patitur ſequeſtrũ, ali debet de bo
nis ſequeſtratis, Salicet.l.ſi fidei
iuſſor.§. fi. ff. qui ſatis dare cog.
& ibi Iaſſ.nu.30. dicit legẽ ſingu
larẽ Curtiꝰ.tracta.de ſequeſtris.
nu.20.Cynus.l.vbi ad huc.C.de
iure dotiũ & Socy.ibi, Bal.in.d.
l.fin.C.de ordi.cog.nu.4. notat
Bernar.ſcho.fi.in.c. ex parte de
accuſa.& ibi Felin.nu.4.traddit
46 D.Couarr.d.c.6.nu.4. Sed hoc
obtinet ſi ille, cuius bona ſeque-
ſtrantur, ſibi ſumptus & alimen
ta ſuppeditare nõ valeat, quod
ipſe probare tenetur: qui enim
ſe pauperẽ dixerit, probare de-
bet, quæ ſentẽtia recepta eſt, vt
atteſtatur Soci.l. ſi verò. §. qui
pro rei qualitate.nu.13.ff. qui ſa
tis dare.cog.& Ioã.Oroſcius ibi
nu.4.traddit Ioan.Luppus in.c.
per veſtras de donat. inter vir.
& vxor.



& vxor. not.3. in principio.nu.
7.hæc quotidiana ſunt, quæ o-
portet memoriæ mandare.
47 Secũdò ex dict.l.fi.C.de ordine
cog. colligunt doctores, ꝙ pau
peri agẽti in iudicio præſtanda
ſunt alimenta de bonis, ad quæ
ius habere præſumitur, Specul.
titulo de inquiſitione.§. vltimo.
nu.2.Rota antiqua deciſione.1.
titulo de accuſatio. præſumitur
autẽ ius habere, ſi dicta ſit ſentẽ
tia pro eo, à qua prouocatũ eſt,
Feli.c.ſi qui teſtiũ.nu.9.de teſti-
bus.Hæc ſanctè dixiſſe Specula.
ſcripſit Ripa.l.2.ff.de re iud.nu.
4. huic ſentẽtiæ alij interpretes
acceſſere, quos aggregat Boeriꝰ
deciſio.561.in princip. & Rebu
fus ad cõſtitutiões Gallicas lib.1
titu.de ſẽtẽtia prouiſiõali.nu.13.
48 Ipſe tamen cum multis nego
hanc cõcluſionẽ de promi ex.l.
fi.quià agit de eo, qui erat in qua
ſi poſſeſsione libertatis, & bona
poſsidebat, quibus priuatus fuit
ab eo, qui eum ſeruum eſſe dice
bat, qui caſꝰ eſt ſpecialis, in quo
ſubuenitur ſpoliato, vt dũ lis pẽ
det, alatur ab ſpoliatore, & ſum
ptus litis percipiat de bonis ſe-
queſtratis, quæ interpretatio col
ligitur ex ijs, quæ ſcripſit Ioã. An
dre. In additio. Speculatoris ſu-
pra.& ex Bal.l.fi.nu.4.& Albe-
49 ri.ibi.quã approbat.D.Couar.
d.c.6.nu.5.hæc interpretatio de
fluit ex verbis ipſius.l.fi.& ratio
nẽ habet, cũ ſola paupertas hũc
effectũ nõ pariat.l.Imperatoris
ff.de tutellis.& ratio. dis. & ibi
50 notat. Bal. Item nec ſentẽtia pro
aliquo dicta hũc effectũ pariet,
quià ſentẽtia prouocatiõe ſuſpẽ
ditur.l.ſi inſtituta.§.de inofficio
ſo.ff.de inofficio.teſta.c.paſtora
lis.§. præptereà de officio de le-
gat.vel vt multis placet iure ciuili
extinguitur.l.furti.§.1. ff.de his
qui not.in fa.l.ſciẽdũ.§. ſi fundũ
ff.qui ſatis dare cog.l.1.ff.ad Tur
pillia.de qua re multa ſcripſit Fe
li.in Rubri.de appellat.nu.1.De
ciꝰ.c.quoniã cõtra falſam.nu.33.
de probat.Bart.l.de quibꝰ.nu.7
verſic.ſecũdo caſu.ff. de legibus
illuſtriſsimus dñus Couar.in pra
cticis quæſtio.c.6.nu.6. &. c.23.
nu.1.diſtinguit Ioã. Oroſciꝰ.l.ta
le pactũ.§.qui prouocauit.nu.26
ff.de pact.ſiue prouocatio ſentẽ
tiã extinguat, ſiue ſuſpẽdat, ſen-
tentia neruis caret, vnde effectũ
maximum non pariet, vt alatur
is pro quo dicta eſt.
51 Quæ ratio locũ habet, ſi merca
toris bona ſequeſtrẽtur in eo lo
co, in quo domiciliũ nõ habet,
qui dum lis pẽdet ſumptus per-
cipiet de his bonis & alimenta
Alber.d.l.fi.C.de ordi.cog. cuiꝰ
ſentẽtiã bene defendit ratio. d.
l.fi. fortius quidem quam leges,
quas ipſe pro hac parte adducit.
52 Habet etiam locum hæc ra-
tio vt ipſe ait.nu.1.l.fin.C. de or
di.cog. argumento, dictæ.l. fin.
&.l.ait prætor.§.final &.l.filius.
ff. de iure de lib. quando accuſa
tus quis eſt de crimine, quod ſolet
bonorũ publicatione coerceri,
quam ſententiã probãt ea, quæ
ſcri-

ſcribit dominꝰ epiſcopus libro
53 inſtit.c.9. nu.114. Locum etiam
habet ſententia.l.fin.C.de ordi.
cog. quãdo quis ſe aliquid factu
rum promiſit pacto conuento,
ꝙ ſi fidẽ falleret,bonis ſuis pri-
uaretur,quæ lucro cederẽt eius,
cum quo egit,ſi in pænam priua
tionis incidiſſe dicatur,& fidem
fregiſſe, dum lis pendet, ali de-
bet. argumento.l.pupillus &.l.
fin.ff.de priui.cred. traddit Al-
ber.in dict.l.fin.C.de ord.cog.
54 Vtrum autem ille,cui alimen
ta præſtantur, cauere debeat ſe
reſtituturum, ſi dicta ſit ſenten-
tia aduerſus eum,maximè eſtcõ
trouerſum. & quidem ſi officio
iudicis quiſpiam agat,vt alimẽ-
ta decernantur, prout fit,quan
do filiꝰ exhiberi deſiderat, quiá
filium ſe eſſe dicit, non ſatis da-
bit Roma.ſig.139.qui contrariũ
conſtituit ſi actionis iure quiſ-
piam experiatur, quià ſatis da-
re tenetur, quòd reſtituet ali-
menta, ſi victus ſit.quo iure con
trariam ſententiam magis ap-
probat Baldus, vt nullo caſu ſa
tis dare cogatur is, cui alimen-
ta præſtantur, quem ſequitur
Gozadinus conſilio. 47. nu.10.
quæ ſententia colligitur ex in-
tentione interpretum in.l. ſi in-
ſtituta.§.de inofficioſo. qui ſatis
dationem interponẽdam de re
ſtituendis alimẽtis in ſpecie illa
non dixerunt. vſu tamen foren
ſi receptum eſt, vt ſine cautione
alimenta non decernantur,nec
litis ſumptus: vti atteſtatur illu-
ſtriſsimus.D.Couarru.dict. c.6.
nu.7 dominus Ludou.Molina.
de primogenijs lib.2.c.16.nu.41
& alijs:quod ratione fit,ne pau-
peres audeant temerè litigare.
55 Secundò huius.§.ſentẽtiæ lo-
cus eſt,ſi monachꝰ agat aduerſꝰ
Abbatẽ, quià dumlis pẽdet, ali
debet. Accurſius ſcholio decer-
nit in.l.ſi inſtituta.§.de inofficio
ſo.ff.de inofficio.teſta.idem Ac
curſius ſcholio fi.in.l.fi.C.de or-
dine cognitio.Specul.titu.de in
quiſitiõe.§.vltimo.nu.1. argumẽ
to.c.exparte.c.olim infine de ac
cuſati.exquibꝰdepromitur hæc
opinio,quã omnesapprobãt,&
Alber.d.l.fi.C.de.ordi.cog.nu.1
qui ait ita vidiſſe ſeruari in Ro-
mana curia.idẽ Alberi.l.ſi inſti-
tuta.§. de inofficioſo.nu.2. Bal.
in.l.etiã nu.1.C.mãdati.Rota an
tiqua titul.de accuſatio.deciſio.
4.nu.1.& in titu.de regularibus
deciſione.6.nu.1.notat Abb. in
c.exparte de accuſatio.& ibi Fe
linus ante nu.1.poſt glo.fi. Inno.
Hoſtiẽſem ibi Ioã. Luppus in.c.
per veſtras dedonat.intervir.&
vxo.ante notab. §.39. nu.2.quià
monachus qui abbatẽ accuſat,
monaſterij cauſam agit, vnde à
monaſterio ali debet.
56 Quæ ratio locũ habet in cle-
rico ſeculari, qui ſi denũtiat vel
aduerſus prælatum cæptam in-
quiſitionem proſequitur,habet
ab eccleſia expenſas Specula-
tor.titulo de inquiſitione.§. fin.
nu.1. argumento. c.cum pro cau
ſa. deprocurat. qui textus agit,
quando



quando eccleſiæ mandato hoc
actum eſt. Idemq; ſtatuitur.l. ſi-
cut municipium.ff.quodcuiuſq;
vniuerſita.nomine.Idem tamen
eſt,ſi ſine mandato agat aduer-
57 ſus prælatum.l.qui aliena.§.fin.
ff.de nego.geſt.quæſententia lo
cum habet in eo, qui præſidem
correctorẽ vè accuſauerit, quia
ſi adminiſtrationis munere pri-
uatus ſit, autaliter punitus, qui
accuſauit repetet expenſas, ar-
gumẽto dict.§.fin. & in prælato
traddidit Specular.ſupra nu.4.
58 Eadem ratione aletur Ab-
bas qui obiectum crimen inno-
centia expurgat, quià cauſam
agit monaſterij, ne adminiſtra-
tionis munere priuetur, cũ mo-
naſterij interſit,ne èmunere re-
moueatur,ſi idoneus ac probus
ſit.c.exparte.c.olim infine de ac
cuſat. vnde vterq; & monachus
qui abbatem criminis accuſat,
& Abbas qui crimen refellit,ali
debent debonismonaſterij,Ber
nard. ſchol.1. in. c. ex parte. de
accuſat. quod probat Vincẽtiꝰ
ibi.ſequitur Felin. dict.c. expar
te ante. nu.1. verſiculo nota ibi,
argumento.l.ſi inſtituta.§. de in
officio.ff.de inofficio.teſta.quæ
lex ꝙ diuerſum conſtituat appa
ret ex ijs,quæ ſupra ſcripſimus;
ſed hæc opinio aptius depromi
tur ex.l.fin. C. de ordi.cog. quæ
lex agit de ſpecie ſingulari, ſed
ratio legis locum habet in pro-
59 poſito, cũ Abbas qui pulſatur
in iudicio à monacho, niſi alere
tur,alimentis, quæ illi ſubmini-
ſtrat monaſterium,ſpoliaretur.
quæ ratio locũ habet in mona-
cho,qui ſpoliatur, ac à monaſte
riorepellitur,quià alidebet,dũli
tigat cũ monaſterio, & ita ſup-
ponit Rota ant.titu. de accuſa-
tio.deciſio.1.
60 Hoc idẽ obſeruandũ eſſein col
legiali,qui repellitur à collegio,
traddit Bologninꝰ in rep.auth.
habita.C.ne filiuspro patre.nu.
346. qui pro hac opinione dicit
ſingularẽ eſſe ſententiã Accurſij
ſcholio, decerni. in.§. de inoffi-
cioſo,eſt enim in vtroq; par ra-
tio, quimimo in collegiali longè
maior,quià ius alimentorũ cõſe
quitur à collegij inſtitutore, eo
ipſo quòd ſit electus,quo iure cũ
ſpolietur, ali debet, dum cauſa
in iudicio diſcepatur. quæ ratio
61 in canonico obtinet,qui electus
eſt,nam ſi lis ſit eam ob cauſam,
ꝙ dicatur nõ fuiſſe canonicè in-
ſtitutus,ali debet,dum lis pẽdet
ratione prædicta. ita decidit Al
beri.l.fi.C.de ordi.cog.nu.1. ar-
gumẽto.l.ſi neget.ff.de liber.ag-
nos.vbi notat. Iacobus de Are-
26 nis.ſequitur Bar.ibi.nu.4.Eadẽ
ratione clericus ſuſpẽſus vel de
poſitus verbaliter alẽdus eſt de
redditibus ſacerdotij. Ioã.ſcho.
fi.in.c.ſtudeat.50.diſtin.glo.fi.c.
paſtoralis.§.verũ.de appell.mul
tis cõfirmat Felinus in.c. ex par
te de accuſ.nu.1.idem Felinus.c.
apoſtolicæ. nu. 9. de exceptio.
Bart.& doctores.l.ſi victum. ff.
de re iudi.ſequitur. D.epiſcopꝰ
lib.inſtitu.c.9.nu.114.

Tertiò

UNIVERSITARIA GRANADA

63 Tertiò huius.§. ſententiæ lo-
cus eſt, ſi ſpurius filius cui alimẽ
torum legatum relictum eſt, le-
*Aduerſus Hoſtiẽſis* gatum petat, quià ſi hac de cau-
ſa lis ſit, ali debet dum lis pẽdet,
vt traddit Rebuſus ad conſtitu
tiones Regias tracta. de ſenten-
tijs articulo.1.glo.2.nu.30.
64 Quartò huic ſententiæ locus
eſt, ſi maritus vxorem adulterij
reã fecerit & accuſauerit, dum
pendet lis, cogetur maritus de
dote alimenta præbere.l. pe. ff.
vt in poſſe.legat. cuius legis ar-
gumento hanc ſententiam def-
fendit Alber.l.fin.nu.2. C.de or
di.cog.quo non relato huic ſen-
tentiæ accedit Ioan. Luppus in
c. per veſtras de donatio. inter
vir.& vxo.ante notab.§.39. nu.
5.qui ait ita practicari.
65 Quartò huic ſententiæ locus
eſt, ſi lis agatur de vinculo matri
monij, quià maritus dum lis pẽ-
det cogetur vxori alimenta ſub
miniſtrare.l.fi.C.de ordine cog.
l.ſi neget.ff.de liber.agnos.l.1.§.
ſed & ſi incertũ. ff. de ventre in
doſſe.mitten.quarum legum ar-
gumẽto in hac fuit ſentẽtia Spe
culat.titulo.qui filij ſint legit.nu.
32. idem Speculat. titulo de in-
quiſitione.§.fin.nu.3. Hoſtienſis
in ſumma titulo de accuſatione
§.quis poſsit.verſiculo quid ſi cõ
tingat. Hæc opinio crebrius re-
cepta eſt, vt atteſtatur Abb. in
c.ex parte.de accuſat.nu.10.Feli
nus ibi nu.4.Ioan.Luppus dict.
66 §.39.nu.5.qui ait hanc opinionẽ
obtinere, ſi mulier pulſetur, ſe-
cus ſi agat, vt Hoſtienſis affirma
re auſus eſt, ſed verius eſt, idem
eſſe, ſi agat mulier aduerſus ma-
ritũ, dicatq́ matrimonium nõ
ſubſiſtere impediente conſan-
guinitate.
67 Hæc ſententia placuit Ioan-
ni Luppo ſupra, cui acceſſerat
Abb.c.ex parte de accuſa.nu.10
Matheus de afflict. deciſione
10. dominus Couarru. dict.c. 6.
Hæc inferuntur ad ea, quæ ſcri-
pſit Caſtillus in.l.10. Tauri.par-
te alimentos. verſiculo & nota
vnum ſingulare, ſi apud eccleſia
ſtica tribunalia matrimonij cau
ſa vertatur, ſentẽtiaq́ dicta ſit,
à qua prouocatum eſt, ſi iudex
laicus decernat vxori alimenta,
non dicetur attentare.
68 Item maritus tenetur vxori a
limẽta præſtare, quæ agit reme-
dio.l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri.
ex ſentẽtia Cyni in.l.vbi ad huc
C. de iure dot. cui accedit Soci.
ibi. Felinus in.c. ex parte.nu.4.
de accuſatio.argumento.l. fi.C.
de ordine cog.ex qua.l.notat ibi
69 Bal.quod aduerſario, cuius bo-
na quis poſsidet, tenetur alimẽ-
ta præbere, dum cum poſſeſſore
litem gerit, quæ ſententia dedu-
citur ex.c.ex parte &.c.olim.de
accuſatio.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. ſiquis ex his.

*SIQVIS ex his, qui tenetur alicui alimenta præſtare, non præſtiterit, cogetur ea præbere captis diſtractisq; pignorib9 quæ forma cogendi eſt peruetuſta.nu.1.*

*Patronus, qui liberto egenti non præſtat alimenta, perdit iura patronatus, nu.2.*

*Locationem rei dotalis à marito factam cogitur vxor approbare cauſatiuè, licet preciſè non cogatur, nu.3.*

*Libertus, ſi patrono indigenti denegat alimẽta impiè, in ſeruitutem redigitur, nu.4.*

*Emãcipatus filius, ſi patri egẽti denegat alimẽta, redigitur in patris poteſtatem, vt olim redigebatur. ſed nõ valet argumentũ de liberto ad filiũ emãcipatũ, q̃uis valeat ad filiũ legitimatũ, hinc fit quòd ſicut libertus, qui patrono denegat alimẽta, redigitur in ſeruitutẽ, ita filius legitimatus redigitur in priſtinũ ſtatum, & legitimatiõis iura perdit, à nu.5. vſq; .11*

*Filius, qui matrimonium contraxit, liberatur patria poteſtate, nec in patris poteſtatẽ redigitur, licet ingratus ſit. nu.12.*

*Sententia, quæ profertur ſuper alimentis, eſt difinitiua: ſi alimentorum cauſa principaliter tractetur, nu.13.*

*Maritũ egentẽ vxor alere tenetur, & ſi bãnitus ſit, alimẽta ſubminiſtrabit, nu.14.15*

*Vxor, ſi monacha fiat, aletur eius maritus pauper à monaſterio bona vxoris poſsidente, & pater aletur à monaſterio filij monachi bona poſsidente, nu.16.*

*Maritus pauper in id tantum, quod facere poteſt, ab vxore conuenitur, niſi opifex ſit, & operi ſufficere poſsit, nu.17.*

*Adulterũ maritũ, ſi hãc ob cauſã diuortiũ factũ ſit nõ cogitur mulier exhibere, nu.18*

*Maritus tenetur alere vxorẽ etiã vltra vires dotis, & ſi ſine dote duxerit, tenetur alere ſi in obſequio ſit mariti.nu.19.& .24.*

*Ancillas, quæ ſunt in miniſterio vxoris, tenetur vir alere, nu.25.*

*Vxorem infirmam maritus tenetur medicina iuuare, & multa in hoc tradduntur, à nu.26. vſq; ad nu.31.*

*Maritus tenetur vxorem alere, quam ſine dote duxit, quamuis mulier patrem habeat aut fratres, nu.32.& .33.*

*Maritus tenetur vxorẽ alere nõ ſolũ domi ſed foris, niſi culpa ſua mulier habitet extra domũ viri. & quid ſi maritus abſit, an extra viri domũ poſsit mulier alĩmenta petere à procuratore mariti, tradditur à nu.34. vſq; ad.37.*

*Bona mariti ſicut obligata ſunt pro dote vxoris, an ſit eodem modo obligata pro alimentis, tradditur à nu.38. vſq; ad.44.*

*Penſio eccleſiaſtica ſubſtituitur in locũ alimentorum, vnde ſucceſſores in beneficio tenẽtur eam præſtare, nu.45.*

*Bona mariti ſi ad fiſcũ fuerint deuoluta ob crimẽ læſæ Maieſtatis, an fiſcus teneatur alere vxorem & filios, & filias dotare, diſputatur à nu.45. vſq; ad.48.*

*Bona mariti ſi ad fiſcũ ſint deuoluta, & vxor laboret inopia, an fiſcus teneatur reſtituere vxori quartã bonorũ partẽ mariti, ac ſi ipſe mortuus eſſet, tradditur. numero.49.*

*Dos promiſſa aut dotis pars ſi nõ reddatur, an maritus poſsit vxorem de domo repellere, & alimenta denegare tractatur, à nu.50. vſq; ad nu.55.*

*Maritus, cui traddita dos non eſt, ſi vxorem alat, dotis vſuras petere poterit, de quo aliqua traddũtur à nu.56. vſq; . 62.*

*Dote euicta an maritus teneatur alere vxorem, ſi ſe de paraphernis dotare nolit,*

*trad-*

tradditur, nu.63.& ,64.

Vxor ſi nubat nulla cōſtituta dote, an cogatur de parapherniſſe dotare, quòd ſi nec dotauerit, an vir alere teneatur, & an poſſit de domo propellere, & multa de paraphernis tractātur à nu.65. vſq; ad.82.

Vxor & pater ſi egeāt, nec vtriq; alēdo bona viri ſufficiāt, pater aletur, nō vxor. n.74

Adulteram vxorem maritus alere non tenetur, nu.75.

Adulterij rea vxor ſi à viro diuertat, & ſumptus in ſe alenda faciat, non repetet à marito, nu.76.

Vxor, quæ in laſciuis actibus eſt deprehēſa & quæ promiſcuā virorū balnea intrat, & quæ marito prohibēte ſpectādorum ludorum cauſa it in anphiteatra, ali à viro nō debet: & has ob cauſas dotem perdit, tradditur, nu.77.78.79.

Adulterum maritum indigentem, ſi iudicis præcepto ſeparatio conſtituta ſit, non tenetur vxor alere de dote, nu.80.

Vxor hæretica, quæ in perpetuos carceres detruſa eſt bonis confiſcatis, ali non debet à marito, nu.81.

Vxor ali non debet ex bonis, quæ maritus iniuſto titulo quæſiuit, nu.82.

Maritus mutuā pecuniā accepit, qui in alēda vxore & filios pecuniā cōſumpſit, depauperatus eſt maritus, & ſoluēdo non eſt, quæritur an creditor pecuniā poſſit ab vxore & filijs poſcere, qui ex pecunia aliti ſunt, hæc quæſtio latè diſputatur hic à nu.83. vſq;. ad nu.115.

Hæredes mariti tenētur alere viduā, quæ alimēta petit ventris nomine, nec dotis fructus ob hoc ſibi acquirunt, ſed eos debent reſtituere, nu.116.

Hæredes mariti an teneantur intra annū, qui doti reſtituēdæ datur, viduā alere, & an ob hoc ſibi acquirāt dotis fructus illo anno: & an ſufficiat quòd dotis pars vxori detur, ex qua alatur illo anno, tradditur à nu.117. vſq; ad.124.

Hæredes mariti vtrū dare teneātur veſtes lugubres viduæ, & de veſtibus his multa tractantur, à nu.125. vſq; ad.132.

Hæres poteſt dotē reſtituere deducto cōmodo medij tēporis aut viduā alere, nu.133.

Vidua ſi ſe aluerit anno doti reſtituēdæ præſtituto, an poſſit à mariti hæredibus exigere, quod in alimoniā erogauit, tradditur, à nu.134. vſq; ad.138.

Renuntiare alimentis, quæ ex dote ei debentur, mulier non poteſt, quià ſunt apendices matrimonij, nu.139.

Vidua, quæ ab hæredibus mariti nō petijt alimenta propter dotē retentam, ius petēdi tranſmittet ad hæredes, nu.140.

Hæres inſtitutus ſi delatam hæreditatem non adierit, certa pecuniæ quantitas obſignabitur ad alimenta viduæ, nu. 141.

Hæredes an viduā alere teneātur, dum in viduitate manet, & an vidua potiatur priuilegijs mariti, ſi caſtè non viuat, & quæ dicatur caſtè viuere, vt legatum à viro relictum non perdat, & ſi ſe alat vidua, an poſſit ab hæredibus viri repetere, tradditur à nu.142. vſq; ad.156.

Vidua, quæ alitur ab hæredibus mariti intra annū doti reſtituēdæ præſtitutū, an debeat operas præſtare ipſis hæredibus, tradditur latè à nu.167. vſq; ad nu.163

Vicarius eccleſiæ non debet artificiales operas patrono, nu.164.

Teſtator præcipiēs hæredibus vt ſolitū honorem vxori ſuæ præſtent, magnificèq; tractent, quid his verbis præcipere velit, tractatur, nu.165.& .166.

Vxori his verbis teſtator legauit, ex ſupellectili mea capiat vxor ſibi, quæ velit. quid his verbis cōtineatur declaratur nu,167

Vxorē ſi teſtator relinquat dominā maſſariam & vſu fructuariā, quid velit ei relinquere ſi filios non habeat, & quid ſi filios habeat, declaratur, nu 16 .169.

Habitatione cum filijs relicta non debētur alimenta, u.170.

Vxori ſi teſtator alimenta legaſſet, ſi cum filijs habitauerit, vt alimēta præſtētur, an debeat cū filijs habitare. nu.171.172.

Filij cum quibus mater debet habitare, vt alimēta percipiat, ſi bona diuidant, & diſcretas incolāt ædes, ſi mater cun vno moretur, percipiet alimenta, nu.173.

Vxor alimentorū legatum ſi cum filijs habitauerit relictū an percipiat ſi monialis fiat: tradditur à nu.174. vſq; ad.nu.178

Vxori ſi legata ſunt alimēta in domo hæredis, non tenebitur ibi morari, vt alimēta capiat, ſi formoſa ſit, & ibi moretur, qui eius pudicitiæ inſidietur, eamq; adamare poſſit, nu.179.

Vxor cui legata ſunt alimēta, ſi cum priuignis habitauerit, capiet alimēta, quamuis non habitet cum priuignis, idem eſt, ſi legetur ſocero vt cum genero habitet, vel è conuerſo, nu.180

Vxori ſi alimēta legētur in domo hæredis, capiet alimēta mulier licet ibi non habitet, ſi in eius domo moretur, qui vitæ mulieris paret inſidias. idem eſt ſi hæres ſit rixoſus, aut ſit malè morigeratus, aut colluſorum ſuſceptor, aut hæredis ſit rixoſa vxor. à nu.181. vſq; ad.186.

Legatarius qui in domo hæredis capere alimēta debet, ſi ibi non habitet, & petat alimenta, probare debet ſe ab hærede diuertiſſe culpa hæredis, nu.187.

Alimēta ſi legata ſunt puellæ deſpōſatæ in domo ſoceri, ea capiet, licet alibi habitet, nu.188.

Legatarius cui alimēta relicta ſunt ſi cum hærede moretur, licet cū eo nō moretur, capiet alimēta, ſi ſecundū ordinis gradū honeſtè cum eo morari nō poſſit. nu.189.

Legatarius, cui alimēta relicta ſunt, ſi cum hærede moretur, non tenetur cum hærede morari omni momento, nu.190.

Carceratus qui ſub pæna non poteſt erumpere è carceribus, ſi erūpat, & breui redeat, non punitur, nu.191.

Vxori ſi alimenta legata ſint, vt in certo loco cōmoretur cū filijs, debeat ne ibi morari, vt alimenta capiat: tradditur in nu.192.193.194.

Vxori ſi alimēta relicta ſint ſi cum filijs moretur, an capere debeat alimenta, ſi nubat: tradditur, nu.195.196.197.

Alimētarius ſi impediatur, quominus cū pupillo habitet, vt alimēta capiat, capiet ſi tutorē moneat, ne faciat quominus cū pupillo habitare poſſit. nu.198.

Legatum relictum ſub cōditione, ſi legatarius ſecum habeat filios teſtatoris, non cōſequetur legatarius, ſi filij nupſerint, aut mortui ſint, ſecus ſi alimenta legata eſſent, nu.199.200.

Alimenta legata, domo in qua præſtanda ſunt non demonſtrata, an porrigi debeāt in domo hæredis, an verò in domo legatarij, tradditur, nu.201.& .202.

Teſtator ſi alimenta leget in domo hæredis, ibi legatarius morari debet, vt alimenta percipiat, ſed hæres nō cogetur inuitus in domo ſua alere. nu.203.& .204.

Teſtator ſi iubeat aliquem domi ſuæ ali, de domo hæredis loqui intelligitur, non de domo teſtatoris. nu.205.

Alimenta ſi teſtator relinquat alicui in domo propria teſtatoris, ibi eſt alēdus, & ſi hæredes diuerſi habitāt, aletur ab eo, qui ibi moratur alijs in alimenta conferentibus, nu.206.

Alimentorū præſtatio eſt diuidua. nu.207

Mater tutrix filiorum ſi cum eis habitet in domo ipſorum penſionem habitationis præſtabit, nu.208.

Vxorem ſi maritus verberibus afficiat, & hanc ob cauſam mulier ab eo diuertat, præſtabit alimenta vxori, nu.209.

Vxor ſi maritus eā verberauerit, & à viro diuertat, ſi adulterium committat, an poſſit vir eam de adulterio accuſare: tradditur, nu.210.

Alimēta, ſi legata ſint vxori dūmodo dotē non pe

Vxori

nõpetat, an perdat legatũ mulier, ſi dotẽ petat, vel accipiat eam ab ſponte dante à nu.211.vſq; ad.nu.218.

Bona communia ſi fratres habeant, ex quibus alantur ipſi & vxores & liberi, ſi tamen ex ijs quiſpiam decedat, & relinquat alimenta alicui præſtanda de bonis communibus, de parte teſtatoris præſtãda ſunt, non de bonis communibus, nu. 218.&.219.

Fructuarius præſtare debet legatum alimẽtorum, non autem hæres, niſi aliud iuſſerit teſtator, nu.220.

Vxor, quæ ex operis artificialibus quærit, an marito quærat: tradditur à num.221. vſq; ad nu.224.

Mulieres olim erant in poteſtate parentum fratrum, & maritorum, nu.225.

Vxor ſine mariti licencia contrahere nõ poteſt, & multa de hac re à nu.226. vſq; ad.227.

Contractus à iure prohibitus: quamuis eum non reddat inutilem lex, habetur pro infecto ipſo iure, nu. 228.

Dominium rei dotalis quomodo apud maritum ſit, quomodo apud uxorem, tradditur à nu. 229.vſq; ad.255.

Mulier an ſine viri licẽtia poßit dotem promittere pro aliqua puella, nu.256. vſq; ad.263.

Regina an leges condere poßit, & quomodo debeat tenere Regni gubernacula, tradditur latè à nu.263.vſq; ad.nu.268.

Tradditur latè, quid mulier poßit prodigere ſine mariti licencia in his oppidis, in quibus lucra conſtante matrimonio quæſita non ſunt communia viri & vxoris à numero.269.vſq; ad finem.

Fructus dotis, qui ſuperſunt depaſta familia, an ſint mariti, nu.269.cũ ſequẽtibus L.2.C.de epiſcopo.& cleri declaratur aduerſus Bart.nu.270.

Dotis vſuras ſi ſocer det genero, vt matrimonij onera ſuſtineat, quod depaſta familia ſupereſt ſocer à genero repetere, poteſt numero.271.

Filios ex priori matrimonio ſuſceptos nõ poteſt mulier alere de dote, nu.273.

Maritus dotem habet titulo oneroſo, vt matrimonij onera ſuſtineat, filius autem habet alimenta titulo lucratiuo, nu.274.

Dotis fructus ſi mariti permißione vxor percipiat, an reſtituere debeat, in quãtũ locupletior facta eſt.nu.276.&.277.

Dotis fructus poteſt maritus vxori dare, vt ſe & ſuos alat, nu.278.

Maritus tenetur alere vxorem, quam ſine dote duxit, nu.279.

Vtilitas alicuius rei in dubio debitori proficere debet, non creditori, nu.280.

Vſum qui habet, ex re in qua habet, tãtum percipiet, quod vſui neceſſarium ſit, nec abuti poteſt, nu.281.

Vir & vxor ſunt ſocij diuinæ rei, & humanæ domus, nu.282.

Vir & vxor ex eo quòd negocia familiæ gerunt expenſis cõmunibus, ſocietatẽ inire vidẽtur, vel ſaltẽ matrimonium ius habet in ſe ſocietatis iure communi, & ex hac animorũ cõiunctione cõceſſus eſt viro & vxori rerũ omniũ promiſcuus vſus nu.283.&.284.&.285.

Fructus dotis quo animo det vxor viro, & quomodo ad eum pertineãt, nu.287.288.

Spurio filio ſi pater legat ad alimẽta, & fructus rei legatæ alito filio pro dignitate ſuperſint, auferẽtur fructus ab ſpurio, cuius cõmodo fructus qui ſuperſunt, nõ cedunt, nu.288.

Dominiũ directũ qui habet alicuius rei, ſi ei rem traddat in pignus qui vtile habet, acquirit ſibi fructus rei pignoratæ directus dominus, ſed nõ idem eſt ſi vſu fructuarius rem, in qua vſum fructum habet, domino in pignus daret, quià Dñus fructus ſuos non faciet, nu.294.295.

Effectus eſt maximus ab rumpatur res aliqua, an verò ſuſpendatur.nu.296.



# SI QVIS EX HIS ALERE DETRECTET, PROMODO FAcultatum alimenta conſtituentur. ꝙ ſi non præſtet, pignoribus captis & diſtractis cogetur ſententiæ ſatisfacere.

1 PRIMO EX hoc.§. collegere Doctores ꝙ ſi quis ex his, qui tenetur alicui alimenta præſtare, non præſtiterit, cogetur ea præbere captis diſtractisq; pignoribus. vt ex hoc textu annotat Accurſius ſcholio pignoribus. quæ ſententia probatur iure Regio.l.1.titulo.8.lib.3.fori.l.2.titulo.19.part.4. vnde Albericus hic notat modum cogendi quempiẽ alimenta ſubminiſtrare. idem fit in ſpecie propoſita in.l.1.§.ex hoc reſcripto.ff.de vẽtre in poſſeſsionem mitten. quæ forma cogẽdi in multis iuris articulis adhibetur, eſt etenim per vetuſta, hac quippè forma Romani ſenatores cogebãtur adeſſe, Cicero Philippica.1. at ille vobis audientibus, cum fabris ſe domum meam venturum eſſe dixit: nimis iracundè hoc quidem, & valdè intemperanter: cuius enim maleficij iſta pæna eſt? vt dicere in hoc ordine auderet: ſe publicis operis diſturbaturum publicè ex ſenatus ſentẽtia ædificatam Domũ? quis autẽ vnq; tãto damno ſenatorem coegit? aut quid eſt vltra pignus, aut mulctam?

2 Primò, vt Accurſius ait ſcholio pignoribus, hæc ſententia locum non habet, ſi patronus alimenta liberto non præſtiterit, quià præciſè captis pignoribus nõ cogetur alere. l. alimenta.ff. de liberi. agnos. ſed cauſatiuè, ne hac de cauſa amiſsione iuris patronatus mulctetur. l. diuus Claudius.ff. de iure patro.l. fin. titulo.22.part.4.

3 Quæ ſentẽtia procedit exemplo mariti locãtis rem dotalem in quinquenium, quià ſi poſt primum annum diuortium interueniat, locàtionem in reliquos annos à marito factam non cogitur mulier præciſè approbare, ſed tenetur cauſatiuè, quià marito, mariti.vè hæredibus cauere debet, ſe præſtaturã ſiquid præter vnius anni locationem maritus damnatus ſit.l. filio familias. §. ſi vir in quinquenium.ff. ſolut. matrim. inibiq; Bartolus notat: atq; hæc ſententia communiter recipitur vt ſcripſit dñus Couarru. lib.2. variarum reſolu. c.15. nu.5. qui in vnum contulit multos huic ſententiæ accedentes: quæ tranſcripſit Petrus Dueñas

in Regu.240.limita.5.
4 Secundò huic ſentẽtiæ locus
non eſt, ſi libertus patrono de
neget alimenta, quià non coge-
tur captis pignoribus ea ſuppe-
ditare, ſed in ſeruitutem priſti-
nam redigetur.l.alimenta.ff. de
alimen.& ciba.legat.notat Ac-
curſius hic ſcholio pignoribus:
ſequuntur Bart. & Alberi.in.l.
alimenta.

5 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi filius emancipatus pa
tri deneget alimenta, quià redi-
getur in patris poteſtatem, Ia-
cobus de Arenis in. l.alimenta.
§.Imperatoris. ff.de aliment. &
ciba. leg.ſequitur ibi. Bart. nu.
3.idem Bart. in tractatu alimen
torum. numero.7. Albericus in
dicta. l. alimenta in principio.
Berengarius Fernandus in.l. in
quartam.ff.ad leg. falcidiam.in
præfatione.2. numero.79. An-
gelus de gambelionibus in tra-
ctatu de teſtamentis glo. 45.
numero.12. Montaluus ſcholio
2.in.l.1. titulo. 8. lib. 3. fori. qui
adducit pro ſua ſententia. l.10
lib.3.fori de Sepulueda. qua cõ
ſtitutum eſt vt filius qui patri de
negauerit alimenta, in patris re
digatur poteſtatem cum vniuer
ſis bonis, quæ poſsidet. hæc ſen
tentia probatur argumento di-
cti.§. Imperatoris. qui deliber-
to agit: procedunt tamen in
propoſito ſcriptores de liberto
ad filium.

Loca legũ male à doctoribus aduocata.

De liberto ad filium non licet procedere.

6 Item libertus qui patrono de
negat alimenta, dicitur ingra-
tus.l.ingratus. ff. de iure patro.
ergò eadem ratione filius, qui
patri denegat alimenta, ingra-
tus dicetur, & reuocabitur in
patris poteſtatem, cum propter
ingratitudinem reuocetur. l. 1.
C.de ingratis liber. l. fin.titulo.
7 18.part.4.Sed ego noto hæc le-
gum capita, quæ afferuntur,
non probare prædictam ſentẽ-
tiam: quià licet ingratus filius
in patris redigatur poteſtatem,
vt legibus conſtitutum eſt: nul-
lo tamen iure probatur filium
eſſe ingratum ea de cauſa, quòd
egenti patri deneget alimenta:
nec licet procedere de liberto
ad filium, cum dificilius in pa-
tris poteſtatem redigatur filius,
quàm libertus in poteſtatem patro
ni, vt notat Accurſius ſcholio
1.in.l.1. C.de ingratis liberis. ar
gumento.l. ſi manumiſſus.C. de
libertis & eorum liberis. vbi li-
bertus leui de culpa iudicatur
ingratus, filius autem non niſi
ex atroci & graui. l. 1. C. de in-
gratis liber. vnde apparet non
eſſe procedendum in propoſi-
to de liberto ad filium, cum cau
ſa quæ libertum in domini po-
teſtatem redigit, non redigat
filium in patris poteſtatem.

8 Id tamẽ certum eſt, licere pro
cedere de liberto ad filium le-
gitimatum auth. vt liberti de
cætero. §.1. collatio.6. auth. qui
bus modis naturales effici legi-
ti. §. ſi quis ſanè. collatio.6. vn-
de, ſicut libertus ob ingratitu-
dinem redigitur in poteſtatem
patro-



patroni.l.3.C.de liber.& eorum
liber. ita filius legitimatus redi-
getur in ſtatum priſtinum, ac le
gitimationis iura perdet. Bald.
c. filij nati. numero. 3. ſi de feu-
do fuerit controuer. inter do-
minum & agnat. ſequitur Iaſſ.
in.l.ex facto.in principio.nume
ro. 17. ff. de vulg. & pupilla. ex
quibus apparet ſententiam Ia-
cobi, & eorum qui ei acceſſere,
ea lege non probari, quam pro
ſua ſententia adducunt.

9 Neq; lex illa fori de Sepul-
ueda, quam refert Montaluus
huic opinioni fauet, quià anti-
quata eſt lege prima nouæ com
pilationis

10 Ipſe quidem, quamuis ſupra-
poſitis argumentis hæc ſenten-
tia non probetur, veram eſſe
cenſeo: vt filius emancipatus,
qui patri denegat alimenta, in
patris redigatur poteſtatem.
quæ ſententia ea ratione com-
mendatur, quòd iure conſtitutum
ſit patrem, qui filium exponit,
perdere patriæ poteſtatis iura.
l.1.§.ſed ſcimus.C. de lati. liber.
tollenda. c. vnico.de infanti. &
languidis expoſitis. notat Ac-
curſius ſcholio abiecit in. l. ne-
care.ff. de lib.agnos. & hæc ſen
tentia iure Regio approbata
eſt. l. 4. titulo. 20. part.4. quod
ſi expoſitus filius fame pereat,
vltimo ſupplicio pater afficien-
dus eſt. l.3. titulo.23. lib.4. fori.
nec requiritur neceſſariò, vt pa
ter amiſsione patriæ poteſtatis
mulctetur, quod filium exponat:
ſed ſat eſt, ſi indigenti filio ali-
moniã deneget. Accurſius ſcho
lio pæna in fine. l. nec filium. C.
de patria. poteſt. Accurſij ſen-
tentiæ accedit Abb. in. c. final.
numero. 5. de conuer. infide.
quæ opinio communiter rece-
pta eſt vt apparet ex Pinelo. l.
1. C. de bonis mater.1.parte. nu
mero.57. ſi pater propterea iu-
re patriæ poteſtatis abdicatur,
quod egenti filio deneget ali-
menta, conſequens eſt, vt filius
eadem de cauſa in patris redi-
gatur poteſtatem: eſt enim cor-
relatiuorum eadem diſciplina.
l.1. C. de cupreſis lib. 12. l. 1. §. ſi
pater. ff. ad ſilanianum. l. final
C. de indicta viduit. tollenda.
traddit Hippolitus.l. circumdu
cere. §.1. ff. ad legem corneliam
de ſicarijs. de quo infra latius
ſcribimus.

11 Quæ concluſio locum habet
in pænis, quià pæna ſtatuta ad-
uerſus vnum ex correlatiuis ex-
tenditur ad alium dicta. l. 1. C.
de cupreſis lib. 12. quam legem
pro hac ſententia extollit Hip-
politus in.l. final. C. de indicta.
vidui.tollend. numer.17. ex quo
apparet, hanc opinionem com
muniter approbari. ergò ſum-
ma cum ratione filius denegans
patri alimenta redigetur in pa-
tris poteſtatem, cum eadem de
cauſa pater priuetur iure patriæ
poteſtatis. Hæc quæſtio in Reg
no poſſet frequenter continge-
re, cum filius, qui matrimonium
contraxit, legis præcepto libe-

retur patria poteſtate. l. 8. titu-
lo. 1. lib. 5. nouæ compilationis.
12 Vtrum ſi patri ingratus ſit, in
eius poteſtatem redigatur, quæ-
ri poteſt: & certum eſt non re-
digi, quià à lege non à patre emã
cipatus eſt. l. ſi quis hac lege. ff.
qui & à quibuſ. traddit Ioannes
Oroſcius in. l. qui liberatus. nu.
5. ff. de adoptio. qui ait ſe ita
reſpondiſſe.
13 Tertiò ex hoc. §. collegit Ac-
curſius ſcholio ſententiæ. quòd
ſententia, quæ profertur ſuper
alimentis, eſt difinitiua, quæ fi-
nem ponit controuerſiæ. ipſe ta
men Accurſius in. §. ſi vel parẽs
ſcholio iubebunt. ait eſſe inter-
locutoriam, Bartolus hac de re
plura verba fecit, ſed magis ex
re Albericus diſtinguit cum Ia-
cobo Butricario qui ait, ꝙ aut
alimentorũ cauſa tractatur prin
cipaliter, & ſententia eſt difi-
nitiua, aut tractatur incidenter,
& eſt interlocutoria, atq; hoc
modo ſibi ipſi conuenit Accur-
ſius. de qua relatius ſcripſimus
in. §. ſi vel parens ſupra eod.
14 Quartò colligitur ex Accur-
ſio hic ſcholio ex his dum alle-
gat. l. ſi cum dotem. §. ſin autem
in ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimo.
quòd vir tenetur alere vxorem,
de qua re quià tractatum deſi-
derat, ſtatim agemus, dum pri-
mò tractetur de alimentis quæ
vxor debet præſtare viro egen-
ti, & mulierem teneri maritum
exhibere ſi vir egeat, traddit
Bernardus in. c. per veſtras de
dona. inter vir. & vxorem ſcho
lio ad inopiam argumento. l.
mutus. §. manente. ff. de iure do-
tium. l. ſi cum dotem. §. ſi mari-
tus. ff. ſolut. matrimo. auth. præ-
terea. C. vnde vir & vxor. trad
dit Speculator in titulo qui fi-
lij ſint leg. numer. 40. doctores
hanc ſententiam approbant vt
ait Bart. in. l. ſi cum dotem. §. ſin
autem. numero. 6. ff. ſolut. ma-
trimo. cui accedit Alexand. ibi.
numero. 9. idem Bart. in tracta.
de alimentis. Bald. in. l. quod in
vxorem. numero. 2. C. de nego.
geſt. Ioannes Crotus in. l. ſi con-
ſtante. ff. ſolut. matrimo. nume.
162. Ioannes Luppus in Rubri.
de donatio. inter virum & vxo-
rem. §. 64. numero. 12. quæ eſt
receptiſsima ſententia exploſa
opinione Accurſij ſcholio fina-
li in. l. ſi ſtipulata. ff. de donatio.
inter vir. & vxor. qui ait mari-
tum teneri alere vxorem, non
autem vxorem alere virum,
quam ſententiam dicit notabi-
lem Bald. dicta. l. ſi ſtipulata. nu.
1. & Salicetus ibi, dum ea pro-
bat, quæ ſcribit Accurſius ſcho
lio ſi. ſed leges, quas in ſuam ſen
tentiam Accurſius allegat, nihil
ad rem faciunt.
15 Hanc ſententiã doctores du-
pliciter extendunt, primòq; ei
locũ eſſe dicunt, ſi maritus exul
proſcriptus vè ſit, quià viro bã-
nito vxor alimenta ſuppedita-
re tenetur. Specula. titulo de do
natio. inter virum & vxorem.
§. fin. numero. 20. argumento. l.
aduer-



ſus. C. de crimi. expila.
hær. vbi vir & vxor dicuntur
Socij humanæ rei & diuinæ do
mus. l. ſi cum dotem. §. ſi mari-
tus. ff. ſolut. matrimo. vbi dici-
tur, quod vxor debet eſſe par-
ticeps in fortunij viri, & verſa
vice vir in fortunij vxoris. c. pa-
ſce fame. 86. diſtinctione. vbi
iure diuino præcipimur egenos
paſcere, hanc opinionem ſequi-
tur Bart. in. l. ſi conſtante. nume.
21. ff. ſolut. matrimonio, qui in
huius ſententiæ partes allegat.
l. mutus. §. manente. ff. de iure
doti. & auth. de incæſtis nuptijs
§. ſi verò contigerit. colla. 2. qua
lege præcipitur, vt patrem ma-
leficum filius alat ea de cauſa, ꝙ
licet pater legum contemptor
& impius ſit, pater tamen eſt, fi
lio enim ſemper religioſa acſan
cta perſona patris videri debet
l. liberto & filio. ff. de obſequijs.
atq; ita Bartolus de filio ad vxo
rem procedit, quià ſicut filius
debet exhibere patri reueren-
tiam & obſequium: ita vxor vi
ro. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut.
matrimo. non autem locum ha-
beret hæc ſententia in perſonis
eorum, quibus reuerentiam ex-
hibere non teneremur: quià ma
leficus debet egeſtate laborare.
l. bona fides. ff. depoſiti, Specu-
latoris opinionem ſequitur Ca
ſtillus in. l. 10. Tauri parte de ſus
hijos verſiculo. & nota. Petrus
Dueñas Regul. 68. limita. fin.
16 Secundò huic ſententiæ lo-
cus erit, ſi mulier viri permiſ-
ſione ingrediatur monaſterium,
ſe ſuaq; dedicet Deo, maritus
q; egere incipiat, quià in hac
ſpecie vir aletur à monaſterio.
Ioann. Andre. in additione ad
Speculatorẽ. titulo qui filij ſint
legitimi. numero. 14. in additio
ne. deuenerit. qui hanc ſenten-
tiam deprompſit ex his, quæ di
cit ipſe Speculat. ibi. qui ait, ꝙ
ſi filius ingrediatur monaſteriũ,
cui bona ſua conferat, aletur
pater egenus à monaſterio, ar-
gumento. c. non ſatis. 86. diſtin
ctione. c. quoniam quicquid. 16.
q. 1. &. l. ſi quis à liberis. §. idem
reſcripſerunt: vbi ponimus in-
17 fra eodẽ. Ex hac recepta ſentẽ
tia defluit dotem à viro non pe
tendam, ſi ipſe indigeat, ſed in
id, quod facere poteſt, eſſe con-
ueniendum. l. maritum. ff. ſolut.
matrinonio, niſi maritus opifex
ſit, & in ea valetudine vt ſibi a-
limẽta ſuppeditare valeat, quiá
inſolidum condemnabitur. Ac-
curſius ſcholio neq; mandare.
l. ſi maritus in id. ff. ſolut. matri-
monio, ſequitur Bart. ſocy. con
ſilio. 121. nums. 47. lib. 4. argu-
mento. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi
filius iſto titulo. vbi poſui.
18 Hæc tamen recepta ſenten-
tia locum non habet, ſi vir adul
terium committat, & hac de cau
ſa diuortium fiat, in qua ſpecie
mulier egentem virum non a-
let, quià peccauit vir in legem
matrimonij, vnde ex matrimo-
nio præmium non conſeque-
tur, quod violauit adulterio, vt

19 traddimus infra.nume.80.
Secundò colligitur ex Accur
ſio ſcholio ex his, dum allegat.
l. ſi cum dotem. §. ſin autem in
ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimoni.
quod maritus tenetur vxorem
alere, atq; ita quo pacto mari-
tus alere vxorem debeat, qua
q; forma ſit alenda vxor, agen-
dum eſt. quæ res tractatum de-
ſiderat, eſt enim vxoria, quæ la
tè pater, de qua dicitur, quod
de Oerſte, ſcriptus & intergo
nec dum finitus Oreſtes. Mari-
tum autem teneri alere vxorem
docet Vlpianus.l.ſi cum dotem
§. ſin autem inſæuiſsimo. ff. ſo-
lut. matrimonio, notat q; Ac-
curſius inibi ſcholio. 2. notat
Bart.numero.5. idemq; appro-
bat Albericus & Paul. numer.
3.Cumanus numero.3. Alexan.
numero. 7. Angelus. §. fuerat.
numero.8.inſtitu.de actionibus
hæc ſentẽtia depromitur ex tex.
in. l. penulti. ff. vt in poſſeſ. le-
gat.l. ſi filia. §. 1. ff. familiæ her-
cis.l. ſi quis per vxorem. in pri-
mo reſponſo. ff. de donat.inter
vir. & vxorem. traddit Specu-
lato. in titulo qui filij ſint legit.
numero.28.idem approbat Ab
ba.in. c. ſalubriter de vſuris.Ca
pitius deciſione. 24. numero. 1.
Mathæus de afflictis deciſione.
152.numero.5. Ruynus conſilio
130. numero.3. lib.1. idem Ruy-
nus conſilio.139. numero. 1. lib.
4. idem Ruynus conſilio. 144.
numero.5.lib.5. Emilianus con
ſilio. 10. numero. 5. neq; eſt qui
contradicat.

*Aduerſus Speculat. Bar. Alb. Sali. & alios doctores.*

20 Hæc alimenta decernenda
ſunt ſecundum vires dotis non
vltra. l. ex annuo. ff. de dona.
inter vir & vxor. docet Vlpia-
nus in.§.ſin autem in ſæuiſsimo
illis verbis(ſecundum dotis quã
titatem) idem deducitur ex. l.
cum vnus.§. final. ff. de alimen.
& cibar. leg. ibi (pro modo le-
gatæ dotis) per hæc in hac opi-
nione fuit Speculator titulo de
dote poſt diuortium reſtituen-
da.§.formatis.numero.15.ſequi
tur Abb.in.c. ex literis nume.3.
de diuortijs. Campetius in tra-
ctatu de dote. 2. parte. q. 53. &
ita ſentit Bart.in.§.ſin autem in
ſæuiſsimo. numero. 5. ſequitur
Salicetus in. l. quod in vxorem.
numero. 1. qui ait honorabilius
eſſe alendam vxorem quæ am-
plam dedit marito dotem, q̃
ea, que exiguam. ſequitur addi-
tionator Abbatis in.c.accedens
in fine de procura. Ioannes Lup
pus in Rubric. de donationi-
bus inter vir. & vxor. §. 11. nu-
mero. 15. argumẽto eorum quæ
notantur in.l. 1.C. de imponen.
lucra. deſcrip. lib.10. & in. l. id
veſtimentum.ff.de peculio.trad
dit Alexand. in. §. ſin autem in
ſæuiſsimo.numer.7. qui ait hoc
verius eſſe, quamuis Accurſius
& Angelus contradicant.
Sed eorũ ſententia dubio pro
cul verior eſt, iureq; probatur,
vt maritus vxorem alere tenea-
tur vltra quantitatem dotis, ſi
alimenta ſuppeditare valeat,
vti



Accurſius probat ſcholio ſecun
dum dotis.
21 Hæc ſententia quæ habet, ꝙ
maritus vxorem alere tenetur,
extenditur primò, & locum ha
bet in perſona vxoris, quam
maritus duxit nulla conſtituta
dote per. l. quod ſi nulla. ff. de
relig. & ſumptibus. fune. huius
legis argumento has partes de-
fendit Speculator in titulo qui
filij ſint legitimi numero. 28.
huic ſententiæ accedit Cynus in
l. quod in vxorem. C. de nego-
cijs geſtis. numero.1. Bart. in. l.
ſi conſtante. numero.102. ff. ſo-
22 lut. matrimonio: qui hanc ſen-
tentiam tum demum obtinere
dicunt, ſi mulier ſit in obſequio
mariti, quià cum vir miniſterijs
vtatur vxoris, quod in alimen-
ta impendit, non ſibi conſer-
uat, ſed cum miniſterijs com-
penſatur, non enim poteſt quis
q̃ quod impendit in perſona
eius qui ei ſeruit repetere. l. in
rebus.§. poſſunt. ff. commoda.
l.item ſerui.ff. de ædilit. edicto.
l. diuortio. §. final. ff. ſolut.ma-
trimonio, vxor autem viro ſer-
uit.l. ſed cum patronus.ff. de o-
peris libertorum. l. aſsiduis. C.
qui potiores in pig. habea. c. eſt
ordo.c. hæc imago.c.ſatis.33. q.
5. hanc ſententiam quæ habet,
ꝙ maritus cogatur alere vxo-
rem, quæ in eius eſt obſequio,
quamuis ſine dote duxerit, de-
fendit Paulus Caſtren. l. quod
in vxorem. numero.5. C.de ne-
go.geſtis inibiq; Albericus pro
bat, & Fulgoſius numero. 4. &
23 Aretinus ibi Salicetus, numer.
1.qui ait maritum alimenta vxo
ri ſubminiſtrare teneri pro mo
do dotis, quod ſi dotis fructus
alendæ vxori non ſufficiant,
quod alimentis deerit, impen-
det maritus de ſuo, & hoc eſt
quod dixit Accurſius ſcholio ſe
cundum dotis quãtitatem, dum
ſupplet verbum maximè. ſen-
tentiam Saliceti ſequitur Ange
lus in.§. fuerat.numero.8. inſti.
tu. de actionibus. quibus fauet
c.ſalubriter in fi.de vſuris, hanc
opinionem, quæ habet, ꝙ vl-
tra modum dotis vir teneatur
vxorem alere, defendit Cor-
neus in numero.2. in. l. quod in
vxorem vbi Alexand. numero.
8. idem placuit Innocent. in. c.
24 per veſtras de donatio. inter
vir. & vxorem. qui huic ſenten-
tiæ rationem adducit, quià in
propoſito perſonam ſuam dotis
loco videtur dare mulier, quæ
ſine dote nubit argumento tex.
auth. quibus modis natura effi-
ci. legi.§.penulti. verſiculo quid
enim agat. ſequitur Alexand. ſu
pra.numero.8.idem voluit Ab-
ba.dicto.c.per veſtras.numero.
4.idem Abb.in. c. accedens.nu
mer.6.de procuratoribus.idem
Abb. in. c. literis de diuortijs.
Alexand. l. diuortio in princi-
pio. numero.20. ff. ſolut. matri
monio. Marcus Antonius nat-
ta conſilio. 201. numero.11. Iaſſ.
in.l.ſi donatarius. §.1. numer.4.
ff. de condictio. cauſa data. &
ibi

ibi Alexand.numero.2. Campe
tius in tractatu de dote. 2. parte
q. 54. Angelus in. §. fuerat. nu-
mero.8. inſtitutis de actionibus
Romanus conſilio. 517. numer.
1. idem ſcripſit Bart. l. ſi conſtan
te.q.6.numer.103. ff. ſolut.matri
monio, ſequitur inibi Ioannes
Crotus numero.154. hanc par-
tem approbat Ioannes Luppus
in Repetione.c. per veſtras. no
tat.3.§.1.numer.5. ſequitur Emi
lianus, conſilio.3.numero.6. Ber
trandus conſilio. 143. numero.
3. lib.1. hanc dicit certam & com
muniter approbatam conclu-
ſionem Alciatus conſilio. 241.
numero.3.

25 Secundò extenditur, vt obti-
neat hæc ſententia non tantum
in alimentis, quæ ad vxoris per
ſonam pertinent, ſed in his quæ
ad perſonas ancillarum, qua-
rum miniſterijs vti debet vxor.
Accurſius ſcholio onera auth.
de non eligen. ſecundò nuben.
§. illud quoqꝫ. collatio. 1. & ibi
not. Bart. argumento. l. ſi cum
dotem. §. ſin autem in ſæuiſsi-
mo. ff. ſolut.matrimonio, ſen-
tentiam Accurſij approbat Ioã
nes Luppus in repetitione Ru-
bricæ de donatio. inter. vir. &
vxor. §.68. numero.6. idem Ioan
nes Luppus in repetitione. c.
per veſtras eodem titulo not. 3.
§.1. Lambertinus de iure patro-
natus lib. 3. q. 3. articulo.6. nu-
mero. 7. Boerius deciſione. 22.
in principio. Emelianus conſi-
lio.3. numero.6. diximus ꝙ pro

ordine dignitateqꝫ ſua filium a-
lendum cum famulis, ergò &
mulier, cuius conditio in hoc
filiorum conditioni par erit ar-
gumento. auth. præterea. C. vn
de vir. & vxor. l. penultima. ff.
vt in poſſe.legat.

26 Tertiò ampliatur, vt non tan
tum maritus alimenta vxori da
re cogatur, ancillisqꝫ eius: ſed
ægram medicina iuuare, licet
ſine dote mulierem duxerit, dũ
mulier in viri ſit obſequio ar-
gumento. l. quòd ſi nulla. ff. de
religioſis & ſumptibus fune-
rum. l. quod in vxorem. C. de
nego. geſt. hanc ſententiam af-
firmarunt Cinus, Bart. & do-
ctores in. l. ſi cum dotem. §. ſin
autem in ſæuiſsimo. ff. ſolut.ma
trimonio, vbi Alexand.numer.
7. Romanus conſilio.517.nume
ro.2. Angelus. §. fuerat. numer.
9. inſtitutis de actionibus. Cu-
manus conſilio. 175. Corneus
conſilio. 147. numero. 9. lib. 2.
Ruynus conſilio.139.numero.3.
lib.4. Campetius de dote. 2. par
te.q.61.

27 Sed ſi mulier in viri obſequio
eſſe non poſsit ea de cauſa, ꝙ
graui infirmitate laboret, pa-
ter ꝙ iuuet eam medicina, id
quod in curanda ægra pater im
pendit, repetet à genero, ſi do-
tem illi pro filia dedit, quià ſe-
cundum dotis quantitatem vir
tenebatur medicinam præbe-
re. l. ſi cum dotem. §. ſin autem
in ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimo-
nio, inibi ꝙ doctores, notant
docto-



doctores in. l. quod in vxorem.
maximè Corneus. & in. l. ali-
28 menta. C. de nego. geſt. Sed ſi vir
velit infirmæ vxori mederi, ma
nifeſtè denunciet ſocero, ne fi-
liæ medeatur, quià domi ſuæ
maritus vxorem curare vult,
qua proteſtatione efficiet, ne ſo
cer à genero repetat, quod in
curanda filia impenderit. argu-
mento. l. final. ff. de nego. geſt.
inibiqꝫ doctores notant. idem
deducunt ex. l. ſi prote. ff. man-
dati. ex his conſtat maritum v-
xoris curationem non detre-
ctaſſe, ergò cum viri culpæ ni-
hil poſsit imputari, expenſum
à ſocero in hoc munus non præ
ſtabit. l. 1. C. de inſtitut. & ſubſti.
l. labeo ſcribit. ff. de contrahen-
da emptione, docet eleganter
Bartholomeus Socynus cõſilio
286. lib.2.

29 Sed ſi maritus medicandæ v-
xoris curam non ſuſcipiat, lu-
crum dotis perdet, quod ab v-
xore peruenturum eſſet ad eum
l. ſi ab hoſtibus. § ſi vir. ff. ſolut.
matrimonio, Baldus in. l.2. C.
de latina. liber. tollend. idem
Bald. conſilio.53. numero.1. lib.
5. Aretinus in. l. quod in vxo-
rem. C. de nego. geſt. Angelus
in. §. fuerat. numero.9. inſti. de
actionibus. Montaluus ſcho-
lio fin. in. l. fin. titulo.2. lib.3. fo-
ri. Franciſcus Ripa in tractatu
de peſte. §. 1. de priuilegijs con-
tractuum. numero.283. plures,
qui huic ſententiæ acceſſere, ag-
gregat Ioannes Luppus in. c.

per veſtras de donatio. inter vir.
& vxorem. notabili.3. §. 1. nu-
mero.4.

30 Maritum autem non curaſ-
ſe vxorem ægram, obidqꝫ pri-
uari debere lucro dotis, pro-
bare debet is, qui agit. Corneus
conſilio.11. lib.2. Alexand. con-
ſilio.123. lib.7. ſequitur Ripa in
l. in illa. numero. 25. ff. de ver-
bo. obliga. ita ſentit Bart. in
l. ſi ab hoſtibus. §. 1. ff. ſolut.
matrimonio, ſequuntur plures,
quos in vnum contulit Lauren-
tius Siluanus. conſilio.93. nu. 6.

31 Sed hoc limitatur ſi mulier
infirma laboret morbo incu-
rabili, quo caſu imputari ma-
rito non debet, ꝙ medicum
non adhibuerit Paulus Caſtren
ſis in. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir.
ff. ſolut. matrimonio per. l. &
in totum. ff. de impenſis in re-
bus dotalibus factis. ſed Baldi
ſententiam refellit Tiraquellus
in tractatu de vtroqꝫ retractu
titulo.1. §. 15. glo.2. numero. 12.
per. l. in ratione.1. §. ſi ſeruus te-
ſtamento. ff. ad leg. falcid. vbi
probatur, non omnem, cui læ-
talis morbus ſit, ex morbo pe-
rire. l. 1. §. fin. ff. ad Sillanianum
l. qua actione. §. ſed & ſiquis. ff.
ad leg. aquiliam.

32 Superior ſentẽtia, quæ habet
maritum teneri alere vxorem,
obtinet, etiam ſi mulier patrẽ ha
beat, aut fratres diuites, qui filiã
ſororẽqꝫ alere tenebãtur: quià ſi
hæc maritata ſit non conſtituta
dote, maritus ipſe alere tenetur,
libe

liberatq; alendi onere patrem,
& fratres.l.cum vnus.§. fina. ff.
de aliment. & cibar. leg. Iaco-
bus Butricarius & Angel. l.vni
ca.§.eum autem.C.de rei. vxo-
ri.acti.inibiq; Salicetus numer.
34. Capitius deciſione. 24. nu-
mero.7.Bart. Socynus. conſilio
64. lib. 4. ſit hoc naturali iure,
vt alere vxorem teneatur vir,
quæ in eius eſt obſequio. l. in re
bus. §. poſſunt. ff. commodati
qui commodum percipit ex re
aliqua, debet ſentire & incom-
modum. c. qui ſentit de regul.
iur. lib. 6. hac de cauſa vir alet
vxorem, non pater, cum in eius
obſequio filia non ſit.

33 Vnde fugiendus eſt Angelus
§. fuerat. numero.9. inſtitut. de
actionibus, qui in propoſita ſpe
cie exiſtimauit patrem alere de-
bere filiam, quæ in viri obſe-
quio eſt: cum concluſio ratio-
nibus à natura ductis aduerſe-
tur.

34 Quartò extenditur hæc ſen-
tentia, quæ habet, ꝙ vir tene-
tur vxorem alere, vt obtineat
non ſolum domi, ſed & foris,
ita vt ſi mulier culpa viri habi-
tet in domo diſcreta & ſepara-
ta ab ipſa domo mariti, coga-
tur vir vxori alimenta præbe-
re. vti Cynus Bald. Salicet. Cor
neus & reliqui ſcriptores anno
tarunt.in.l. quod in vxorem. C.
de nego. geſt. per tex.in. l. 1. C.
de inſtit. & ſubſti.l.Cayo. §. fin.
ff. de aliment. & cibar.leg.l. la-
beo.ff. de contrahend. emptio-
ne. l. pater ſeuerinam. §. penul-
timo. ff. de condi. & demonſtra.
l. Mæuia. in fine. ff. de annuis
leg. notat Speculat. in titulo qui
filij ſint legitimi. numero. 29. ſe
quitur Campetius in tractatu de
dote. 2. parte. q.62. Angelus in
§. fuerat. numero. 19. inſtitutis
de actionibus. Romanus conſi-
lio.517. numero.2. poſt Bald. &
Ioannem Imolam. l. ſi cum do-
tem.§. ſin autem. ff. ſolut.matri
mon. Cumanus. conſilio.175. Re
fert & ſequitur Ioãnes Luppus
in repetitione Rubricæ de do-
nationibus inter vir. & vxor.§.
64. numero.10. Mathæus de af-
flict.in.c.imperialem.§. inſuper
ſi filius.numero.18.de prohibit.
feudi alie.

35 Si mulier non quidem mari-
ti culpa ſed ſua ipſius mulieris
habitet extra domum viri, non
tenetur vir eam alere argumen
to.l.ſi ea. C.de cond.in ſer. l. Iu-
lianus.§.affinis.ff. de actio. em-
pti. qua docemur fruſtra quem
debitum petere, quod alij non
impedit. traddit Cynus.l. quod
in vxorẽ. per illum textum om-
neſq; ſupra ſcripti: hanc dicit
eſſe firmam doctrinam ſcripto-
rum Hiero. Gratus conſilio. 57.
numero.7.lib.1.

36 Si mulier cum viro non mo-
retur abs ꝙ mariti mulieris ꝙ
culpa, ea forſan de cauſa quià in
firma ſit vxor, ex fructibꝰ dotis
aletur mulier & curabitur. Ac-
curſius in. l. ſi cum dotem. §. ſin
autẽ inibiq; Alex.nu.7. poſt re-
liquos



liquos interpretes. hanc diſtin-
ctionem approbarunt docto-
res ſupra ſcripti, paſsimq; om-
nes recipiunt, vt conſtat ex Cur
tio Seniore conſilio. 39. colum.
1. ex eodem Curtio conſilio. 69.
Lambertin. de iure patronatus
lib.3.q.3.principali. articulo. 5.
37 numer. 2. Vtrum viro abſente
mulier poſsit petere à procu-
ratore mariti, vt ſibi præbeat
alimenta domi ſuæ, non viri,
cum alienam domum inhabi-
tet, diſputat Speculat.titulo qui
filij ſint legitimi numero.31. qui
concludit mulierem petere non
poſſe alimenta, cum in domo vi
ri exhiberi debeat argumento.
l.ſi cum dotem.§.ſi pater filia.ff.
ſolut.matrim.

38 Quintò extenditur propoſi-
ta ſententia, quæ habet, quod
maritus tenetur vxorem exhi-
bere, vt alimentorum præſtan-
dorũ onere mariti bona aſtrin
gantur, ſicuti reddendæ dotis
onere affecta ſunt, in hac ſen-
39 tentia fuit Speculator in titulo
de dote poſt diuortium reſtituẽ
da.§. formatis. numero.15. huic
opinioni fauet ſententia Accur
ſij ſcholio. 2. in. l. Lucius. ff. de
aliment. & cibar.leg. qui ait, ꝙ
ſi teſtator dicat, vt ex certo fun-
do præſtentur alimenta, quam-
uis nõ exprimat, quod iure hip-
pothecæ ſit fundus obligatus
ob alimenta, nihilominus tamẽ
obligatur. ſententiam Accurſij
approbant omnes, vt atteſtatur
40 Romanus conſilio.388.numer.
3. quæ opinio ea ratione com-
mendatur, ꝙ alimenta vxori
debeantur de dote. l. ſi cum do-
tem. §. ſin autem in ſæuiſsimo.
ff.ſolut.matrimonio.l. aſsiduis.
C. qui potiores in pignore ha-
beantur. ſed res mariti hippo-
thecæ iure aſtricta ſunt ob res
dotales. l. vbi ad huc. C. de iure
doti. res verò quæ obligatæ ſunt
ob ſortem, ob ipſius ſortis vſu-
ras ſunt obligatæ. l. Lucius. ff.
qui potiores in pignore habeã-
tur: ergò res ob dotem obliga-
tæ ſunt obligatæ ob alimenta,
argumento. l. Lucius. ff. de ali-
ment. & cibar.leg. &. l. Caius.
ff. de annuis leg. notatq; Ac-
curſius ſcholio neq; in rem. hãc
opinionem ſequitur Bart. l. ſi
cum dotem. §. ſin autem in ſæ-
uiſsimo numero.7.ff. ſolut. ma-
trimonio, inibiq; Paulus nume.
3. qui exiſtimat, quod bona vi-
ri ſunt obligata mulieri ob ali-
menta non præſtita, ſicut erant
obligata ob dotem: aitq; ſe in
hanc quæſtionem incidiſſe de
facto, & obtinuiſſe per tres ſen
tentias conformes. idem ſcri-
bit ipſe Paulus conſilio.8. ſequi
tur Præpoſitus in. c.1. de dona-
tio. inter virum & vxorem. An-
gel.in.§.fuerat.numero.11. inſti.
de actionibus. Campetius intra
ctatu de dote.2.parte.q.63. per.
l.Lucius. ff. qui potioris in pig.
habeantur. vbi bona obliga-
ta ob ſortem cenſentur obliga-
ta ob vſuras, quæ ſunt odioſæ:
ergò fortiori ratione bona obli
gata

gata ob dotē debent cēſeri obli
gata ob alimenta: quæ fabora-
biliora ſunt, hac ratione inni-
tens huic ſententiæ acceſsit, quā
dicit exprimere. l. Lucius. ff. de
aliment. & cibar. leg. hanc par-
tem ſequitur Bald. l. vni. §. & vt
plenius. numero. 1. C. de rei vxo.
actione & Cumanus dicto. §. ſin
autem in ſæuiſsimo. numero. 3.
*Aduerſus Romanū.* vbi Alexand. numero. 11. dicit
hanc opinionem eſſe veriorem.
cui accedit Ripa in. l. priuile-
gia. numero. 12. in fin. ff. de pre-
uileg. credit.

Contrariam ſententiam, quæ
habet, ꝙ bona mariti non ſint
obligata ob alimenta, quamuis
ſint obligata ob dotem, defen-
dit Franciſcus Tigrinus argu-
mento. l. 1. ff. ſolut. matrimo. ſe-
quitur Bart. tractatu alimento-
rum. nume. 26. idem Bart. l. Lu-
cius. nume. 4. ff. de alimen. & ci
bar. leg. qui ait hoc verius eſſe,
quià nullo iure cauetur, vt bona
mariti obligata ſint ob alimen-
ta, quæ vxori tenetur præſtare,
ergò non ſunt obligata argumē
to. l. illam. C. de collati. item bo-
na non obligantur tacitè niſi in
illis caſibus in quibus leges obli
gationes introducunt, vt pro-
batur in titulo in quibus cauſis
pignus tacitè cōtrahatur: quam
uis ob dotem bona mariti pig-
noris iure aſtringantur. l. aſsi-
duis. C. qui pot. in pigno. habe-
*Aduerſus Alexand.* antur. non tamen ob alimenta.
hāc partem ſibi placere teſtatur
Abb. conſilio. 43. in fin. lib. 2. ſe
quitur Ioann. Imola. l. ſi cum do
tem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimo.
qui dicit de rigore iuris bona vi
ri non eſſe obligata ob alimen-
ta. eandem ſententiam appro-
bat Romanus dicto. §. ſin autem
in ſæuiſsimo. & affirmat cre-
brius receptam eſſe Romanus
conſilio. 454. nume. 28.

Quàm in hoc miſerè labatur
Romanus ſuſceptæ aduocatio-
nis munere cæcus ex numero au
thorum quos ſupra in vnum cō
tulimus euidenter apparet, ve-
riorq́; eſt ſuperior ſententia ar
gumento tex. in. l. Lucius. ff. qui
potiores in pig. habeantur, qua
lege res quæ eſt in ſortem obli-
gata, itelligitur obligata in vſu-
ras. idem probatur in. l. cum de
bitor. ff. in quib. cauſ. pig. tacitè
contrahatur. qua lege res pigno
rata ob ſortem intelligitur prop
ter vſuras obligata. hnicq́; appa
ret manifeſtè eſſe caſum in titu-
lo in quibus caſib9 pignus tacitè
42 cōtrahatur quo ſentētia noſtra
cōmendetur. hodiè tamen ceſſat
hæc controuerſia cum notarij in
ſtrumenta conficientes dotalia
obligēt bona viri ob damnū &
intereſſe Bal. noue. tracta. dotis.
6. part. priuilegio. 7. in fine. qua
de cauſa emptores fundi obli-
gati tenentur ad alimenta ratio
ne fructuum Alciatus conſilio.
332. numero. 2.

43 Non eſt interim prætermit-
tendum, Alexandrum in loco ſu
prapoſito in priorem ſententiā
aduocaſſe. l. 2. ff. de aliment. &
cibar.



ciba. leg. quæ lex non agit de ea
ſpecie, de qua tractamus: cum
quæſtio verſetur in eo, vtrum
bona mariti, quæ ob dotē ſunt
obligata, hippothecæq́; vincu-
lo aſtricta, cenſeantur obliga-
ta ob alimenta, quæ præſtan-
da ſunt de dote. ſed dict. l. 2. agit
de bonis, de quibus præſtanda
ſunt alimenta, & quæ teſtator
ipſe huic obligationi ſuppo-
ſuit, cumq́; ex ipſis bonis debeā
tur alimenta, bona ipſa affecta
ſunt alendi onere, ſed bona vi-
ri obligata ſunt ob dotem, ob
alimēta autem quæ mulieri præ
ſtanda ſunt, cum dotis ſint ap-
pendices, non expreſſè ſunt o-
bligata, ſed tacitè & in conſe-
quentiam, cum obligentur ob
dotem. vnde. l. 2. trahi non po-
teſt ad propoſitam quæſtionem
vti ſentit Bart. l. lucius. numer.
4. de aliment. & cibar. leg. ex-
qua interpretatione colligitur,
ꝙ bona ex quibus debentur ali
menta, ſunt tacitè obligata iu-
re pignoris ob ipſa alimenta. l.
2. ff. de aliment. & cibar. leg. l.
lucius. ff. eodem titulo inibiq́;
Accurſius notat. l. hactenus. ff.
de vſu fructu. l. cum ij. verſiculo.
idem eſt ſi ageret. ff. de tranſa-
ctio.

44 Et hinc fit, ꝙ cum penſio eccle
ſiaſtica inuices locumq́; alimen
torum ſubſtituatur, quam ex cu
iuſpiam ſacerdotij redditibus
percipi Summus Pontifex ſta-
tuit, vt tradit Romanus conſi-
lio. 388. numero. 3. Felinus in. c.
ad audientiam. 2. de reſcriptis.
numero. 6. ꝙ ille cui penſio de-
betur agere poteſt iure hippo-
thecæ aduerſus ſucceſſorem, ad
quem beneficium deuolutū eſt,
vt penſionem præſtet. argumen
to. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de
legat. 2. & . l. 2. ff. de aliment. &
cibar. leg. Romanus & Felinus
ſupra, quos ſequitur Gigans tra
ctatu de penſione. q. 51. quo lo-
ci latè diſputat & ſupra dicta di
finit.

45 Hæc ſententia, quæ habet, ꝙ
mariti bona ſunt obligata ob
dotē vxoris, argumtis ſuprapo
ſitis cōmendatur, quæ obtinet
etiā ſi bona mariti ad fiſcum fue
rint deuoluta propter crimē læ-
ſæ maieſtatis, quià ex his bonis
præſtāda ſunt vxori alimēta, dū
vixerit maritus, eoq́; diē functo
dum mulier in eodem matrimo
nio permanſerit. l. 2. in. fin. ff. de
aliment. & cibar. leg. fauet huic
ſententiæ. l. moſchis. ff. de iure
fiſci. item fauet hæc ratio, quòd
fiſcus ſuccedit in bona quæ ob
poſſeſſoris crimen ad fiſcū tranſ
ferūtur, ſicut hæres anormalus
Bald. conſilio. 349. lib. 3. bona
autem deuoluuntur ad fiſcum
eo onere affecta, quo aſtricta
erant. l. 2. C. ad leg. Iuliam de vi.
publi. l. ex facto. §. ex facto. ff.
ad trebelli. vbi Ripa. numer. 5.
ergò cum onere alendi liberos
& vxorem bona hæc ad fiſcum
transferuntur. l. 2. ff. de ali. &
cibar. leg. hæc eſt ſententia Ioan
nis Baptiſtæ de plotis conſi. 130.
nu. 86.

[illegible] 2. p. leg. diuortio. in prin
cip. n° 41. et 42. ad fin. ff solut. matr.
ubi alegat. Rom. et Gigant. de pensionibus

nume. 86. inter conſilia crimi-
nalia congeſta per Ziletum to-
mo. 1. allegat Alexand. conſi-
lio. 48. lib. 4. & Bart. Socin. cõ
ſilio. 58. lib. 2. Ripam. l. ex facto
46 §. exfacto. nume. 9. ff. ad Trebel
lianum. qui non agunt de vxo-
re, ſed de filijs quos à fiſco alen
dos eſſe concludunt, dotandas
q; filias, quod plures affirma-
runt. primusq; huius ſententiæ
author fuit Bald. l. final. C. de
dotis promiſsi. nume. 9. ſenten-
tiam Baldi ſequitur Bart. Socy.
conſilio. 30. nume. 3. lib. 1. Ioan-
nes Baptiſta deplotis dicto nu-
mero. 83. Emilianus conſilio.
139. numero. 2. idem Emilianus
conſilio. 146. nume. 4. hanc con
trouerſiam diſtinctione dirimit
Ioannes Luppus in. c. per ve-
ſtras de donatio. inter vir. & vxo.
notabili. 1. §. 23. nume. 16. vtrum
filij nati ſint poſt contractum
crimen an verò ante crimen cõ
tractum, quæ diſtinctio proba-
tur in. l. 6. titulo. 27. part. 2. pla-
cet domino Iacobo ſeptiman-
cenſi in inſtitu. catholi. c. 29.
numero. 8. qui in numero. 1. re-
tulit. c. 22. primæ inſtruct. Hiſpa
lenſis: quæ hæreticorum filios
apud catholicos viros præce-
pit enutriri, ac filias dotari Re-
gia pietate, huius inſtructionis
47 Hiſpalenſis meminit Gabriel
quemada in quæſtionibus fiſca-
libus. q. 24. quam dicit eſſe in-
ſtructionem. 23. in prima con-
gregatione. cuius authoritate
preſſus recedit ab opinione Ioã
nis Luppi, quæ à iuris ratione
deducta eſt, & in ea ſententia
ſtat Gabriel quemada, vt exi-
ſtimet fiſcum non teneri alere
ſilios hæretici, quam opinionẽ
moribus obſeruatam eſſe ipſe
teſtatur. hanc opinionem argu-
mento. l. quiſquis. C. ad leg. Iu-
liam maieſtatis approbat Ioan-
nes Hannibal in repetitione. l.
poſt contractum. ff. de dona-
rio. numero. 266. Ex qua conſue
48 tudine, quæ inſtructione Hiſpa
lenſi introducta eſt, colligitur
fiſcum non debere alere vxo-
rem homimis, à quo ablata bo-
na in fiſcum deuoluta ſunt: cum
res mariti, quæ ob dotem & a-
limenta obligatæ ſunt, dote re-
ſtituta hoc pignoris nexu libe-
rentur, cum obligationis cauſa
ceſſet, quamuis ſit qui neget. bo
na autem mulieris in dotem da
ta non deuoluuntur ad fiſcum
ob mariti crimen. l. ſi marito. ff.
ſolut. matrimon. c. decreuit de
hæreticis lib. 6. notat. Bald. con
ſilio. 196. numero. 1. lib. 2. idem
Bald. conſilio. 359. numero. 3.
lib. 3. quod omnes recipiunt,
vti affirmat dominus Iacobus
ſeptimancenſis in lib. inſtitutio.
c. 9. nume. 10. igitur cum apud
mulierem dos maneat, quo pa-
cto à fiſco paſcetur mulier, quæ
dotẽ poſsidet, de qua alitur? id
tamen nemo inficiabitur, ſi ma
riti bona ad fiſcũ fuerint trãsla-
ta propter mariti crimen, vxor
q; ſit pauper, quià ſine dote nu-
pſit in qua facti ſpecie quarta
bono-



bonorum mariti ſuperſtiti de-
fertur vxori auth. præterea. C.
vnde vir & vxor. fiſcum reſti-
tuturum mulieri hanc partem,
ac ſi maritus vita deceſsiſſet tex.
in auth. bona damnatorum. C.
de bonis proſcrip. inibi Accur-
ſius notat ſcholio penul. quem
ſequitur Bald. ibi nume. 3. & re-
liqui interpretes. hanc ſenten-
tiam omnes recipere teſtis eſt
Bart. Socyn. conſilio. 131. nume. 1
lib. 4. Ioannes Baptiſta de plo-
tis conſilio. 130. numer. 83. inter
conſilia criminalia cõgeſta per
Ziletum tomo. 1.

Superior ſententia multis in
caſibus non obtinet, in quibus
maritus non cogitur alere vxo-
rem. Primò ſi ante nuptias dos
promiſſa ſit ab vxore aut patre
fratre vè mulieris, quam mari-
to non traddant: poterit enim
maritus hac de cauſa mulieri a-
limoniam denegare, inuitamq;
ac reluctantem de domo propel
lere Accurſius ſcholio onera
auth. de non eligen. ſecundò nu
ben. collatio. 1. ſententiam Ac-
curſij dixit notatu dignam eſſe
Marcus Antonius natta. con-
ſilio. 15. numero. 9. Ioannes Lup
pus in. c. per veſtras de donatio.
inter vir. & vxor. notabili. 3. in
principio. nume. 2. argumento.
c. nullum. 30. q. 5. & c. per ve-
ſtras, vbi annotarunt Hoſtien-
ſis Ioannes Andreas, Collecta-
rius, Antonius, & Abb. num. 4.
& 9. ipſe tamen Ioannes Lup-
pus adducit pro hac parte ſen-
tiam Accurſij ſuprapoſiti cuius
gloſſema dicit ſingulare, confert
q; in vnum plures doctores, qui
Accurſij prædictam ſententiam
annotarunt: quam benè defen-
dit idem Ioannes Luppus per.
l. fin. C. ad velleyanum ibi (neq;
enim ferendum eſt, quaſi caſu
fortuito interueniente, mulie-
rem fieri in dotatam, & ſic à ma
rito forſitan repelli, & diſtrahi
matrimoniũ) quibus ex verbis
id colligitur, vt vir ob non trad-
ditam promiſſam dotem poſ-
ſit vxorem propellere, alimoniã
q; denegare, pro hac parte le-
gem hanc notat inibi Bald. ra-
tioneq; deciſioni reddit, quam
probat Luppus. Sed mihi vide Noua ratio.
tur hoc marito licere ea de cau-
51 ſa, q non ducturus eſſet vxo-
rem, niſi dotem accepiſſet. l. pu
rè. §. ſi eum. ff. de doli excep. cum
dos non detur, ceſſat cauſa, ob
quam vir duxit, nimirum ſi vxo
rẽ expellere poſsit denegareq;
alimoniam. hanc ſententiam ſe-
quutus eſt Iaſſo. §. fuerat. nume.
98. inſtitutis de actionibus, Ri-
pa. l. ſoluto. nume. 43. ff. ſolut.
matrimo. idem probat Paulus
Caſtrenſis. l. ſi cum dotem. §.
ſin autem. numero. 4. ff. ſolut.
matrimo. & Alexand. nume. 8.
idem Alexan. l. ſi donatarius. §.
ſiquis. numero. 2. ff. de condict.
cauſa data, hanc partem defen-
dunt plures, quos congeſsit do-
minus Couarruuias in epitho-
me de matrimo. 2. p. c. 6. in prin.
numero. 2. qui pro viribus ad-
uerſas

52 uerſas tuetur partes contendēs
non poſſe maritū de domo vxo
rem expellere eam ob cauſam,
ꝙ dos promiſſa non traddatur,
cumhoc nihil attineat ad ipſum
ius cohabitandi, quiá lege diui-
na vir tenetur cum vxore coha
bitare, quam non licet excepta
cauſa fornicationis dimittere,
& ante dominum Couarruuiā
huius ſententiæ partes defendit
Cardi.c. per veſtras dedo.inter
virum & vxo. oppoſitione. 4.
hæc ſequutus eſt Bald. noue. de
*Aduerſus Card. & Bal. noue*
dote in. 6. parte priuilegio. 43.
quæ ſententia diſplicuit Ioanni
Luppo his decauſis, quas ſupra
53 poſuimus, qui melius ꝙ̃ Cardi-
nalis vim huius ſentētiæ tenuit,
dicunt enim doctores, ob non
tradditam dotem virum poſſe
vxori alimoniam denegare, ac
de domo repellere, ex eo verò,
quod poſsit alimoniam denega
re non traddita dote cum ex do
tisfructibus ali debeat, ſequitur
quod poſsit de domo propelle-
re.l.ex annuo.ff.de do.inter vi-
rū & vxo.l.pro oneribus. C.de
iure doti.l.1.titulo.11.part.4.l.25.
l.28.titulo.11.part.4. quià alimē
torum verbo habitatio contine
tur.l.legatis. ff.de alimen.& ci-
bar. leg. ergò qui denegare ali-
menta poteſt, non tenetur habi
tationem dare, nec quòd de do-
mo vir ob hanc cauſam propel
lat vxorem, dicetur eam dimit-
tere eo ſenſu, quo lege diuina
dimittere prohibetur: poterit
enim vir mulieri copulari in do
mo vxoris, quæ carnis commix
tio ſi ſit, non dicetur vxor dimiſ
ſa: quod in ſeruis coniugatis ſæ-
pè contingit.c.1.&.c.2.de coniu
54 gio ſeruorum. Hæc cōcluſio ob
tinet, non ſolum ſi promiſſa dos
non ſoluatur, verum etiam ſi do
tis pars, quià ob nō tradditam
dotis partem maritus expellere
poteſt vxorem de domo. Bald.
& Paul.in.l.inſulam.§.vſuras.ff.
ſolut matrim. per. l. Iulianus. §.
offerri.ff.de actio.empti. ſequi-
tur Ioannes Luppus in.c.per ve
ſtras de donat.inter vir.& vxo.
notabili.3.in principio nu.2.
55 Id tamē ſcire operæ pretium
eſt, quod ſi marit9 de domo vxo
rem abijciat, quià dotem pro-
miſſam non traddit, perdet vir
lucrum, quod eſt habiturus ex
dote, Ioannes Luppus in.c. per
veſtras not.3.nu.4. in prim. ſcri
pſimus ſupra nu.29.
56 Item ſi maritus vxorem non
expellat, ſed domi retineat, ac
paſcat, non tradditæ dotis vſu-
ras petet abſq; animæ reatu. c.
ſalubriter de vſuris. cuius argu-
mento hanc opinionem firmat
Philippus Corneus. conſili.212.
nu.1.lib.3. hæ enim non ſunt vſu
ræ, ſed intereſſe, cum matrimo-
nij onera ſubierit. Antonius in
dict.c.ſalubriter. Corneus. con-
ſilio.240.nu.2.lib.3. Gratus con
ſilio.57.lib.1.
57 Vnde iuxta id, quod intereſt
generi ſubijſſe matrimonij one-
ra non traddita dote, vſuras re
petet, nihilq; ampli9. Abb.in.c.
ſalubri-



ſalubriter. de vſuris. nu.4. Ro-
manus in.l.inſulam.§.vſuras.ff.
ſolut. matri. Luppus in repeti-
tione.c.per veſtras notabili.6.§.
8.nu.3. Adrianus in.4.de reſtitu
tione.§.ſed dubium videtur.fol.
56. Maior in.4. diſtinctione.15.
q.31. col.3. Molinæus de vſuris.
nu.524. qui ex hoc ſcripſit. c.ſa-
lubriter nihil noui introducere,
ſed id quod iure communi con-
ſtitutum erat, hoc autem quod
58 intereſt, in eo conſiſtit, ꝙ dote
non traddita onera matrimonij
ſuſtituit maritus, id æſtimari o-
portet, nec refert, negociaturus
eſſet cum pecunia maritus, aut
prædia comparaturus, vt docet
Caietanus.2.2. q.78. articulo.2.
ad.6. idem probat Ioannes Lup
pus in dicto notabili.6.§.8.nu.3
contra Ioannem de Annania &
Ioannem de Ligniano qui con-
tra nitebantur in dict.c.ſalubri
ter. ſed plures contrarium pro-
barūt, quos refert Ioān. Lupp9.
59 Id tamen obiter annotemus
quòd ſi maritus non tradditæ
dotis vſuras non petierit, peten
di ius ad eius transfertur hære-
des, hæc fuit ſententia Cornei
conſilio.165.& conſilio.166.lib.
60 4. Sed intellige præſcriptū the
ma, quod nō tradditæ dotis ma
ritus vſuras poteſt petere, ſi poſt
biēnium, ex quo vxorem domi
aluit, petat, non ante hoc tem-
pus, quià per lapſum biēnij con
trahitur mora irregularis.l. fin.
§.præterea.C.de iure doti.
61 Sed hoc intelligitur, niſi decē
nium labatur, nam lapſo decē-
nio maritus non poterit petere
vſuras non tradditæ dotis, hæc
eſt Baldi ſententia cōſilio.474.
lib.3. incipi. biēnium à die du-
ctionis puellæ. quià temporis la
pſus parit vſurarum remiſsionē
l.cum quidam.§.diuus.ff.de vſu
ris.& ſententiam Baldi ſequitur
Alexand.conſilio.74. incipien-
ti viſo titulo quæſtionis lib.5.
huic opinioni fauet.l.vir vſuras
ff.de donati.inter vir.& vxorē.
Contrariam tamen ſenten-
tiam, quæ habet, quod ex lapſu
decēnij non oriatur vſurarū re-
miſsio improbans opinionē Bal
di, defendit Romanus conſilio
517.nu.14. qui reſpondet textui
in.l.cum quidam.§. diuus. ff. de
vſuris. ſequitur Alexan.in.l.quæ
dotis.ff.ſolut.matri.nu.14. idem
Alexan.conſilio.56. atq; iterum
conſilio.63.lib.3. Angel.in.§.fue
rat.nu.7. inſtitu. de actionibus.
Carolus Ruynus conſilio.224.
nu.15.lib.1. communiterq; ab in
terpretibus reprobatur conſi-
lium Baldi teſte Ioanne Luppo
in.c. per veſtras de donat. inter
virum & vxorem notabili.3.§.
1. numero.1.
62 Sed quamuis ex lapſu decē-
nij vſurarum remiſsio nō naſca
tur, ſi tamen decennio maritus
vxorē domi alat, fateaturq; do-
tem recepiſſe, præſumitur vera
dotis receptio, quod depromi-
tur ex coniugatis.l. final & tex.
auth. quod locum. C. de dote.
cauta non numer. hanc ſenten-

tiam ſequitur Bart. Socinus.l.1. ff. ſolut.matrimonio. nume.80. idem Socinus conſilio.82. & cōſilio.122.lib.3. Decius conſilio. 536.lib. 4. vnde cum hæc opinio aperta lege probetur, fugiēdus eſt Bellonus. conſilio. 48. nume.2.qui ſine lege ſine valido argumento contrarias defendit partes.

Aduerſus Bellonum Cōcilatio

63 Secundò ſuperior ſententia, non obtinet, quādo dos ab vxore data euicta fuit, quià vir non tenetur eam alere, niſi de paraphernis dotem ſibi conſtituat, Baldus nouellus in tractatu de dote.7.parte.priuilegio.42.ſub dubius tamen hoc ſcribit: ſed contrarium magis approbat Albericus in.l.1.C.de iure doti.qui ait quod in venditione agitur de euictione, quamuis promiſſum non ſit.l.ſi in venditione.ff. de euictionibus, ſecus in dote, vbi de euictione non agitur, niſi promiſſum ſit.l.1.C.de iure doti. quamuis dotis titulus non ſit lucratiuus.l.1. C. de imponend. lucrat. deſcriptione.lib.11.ratio huius ſententiæ eſt, quià emptori abeſt precium, vnde iniqum eſſet, ſi careret re & precio. l. excēpto.§.fin. ff. de actio.empti. marito autem nihil abeſt re dotali euicta, idcirco non agit de euictione, & quamuis ſuſtineat onera matrimonij ſine dote, nō aget de euictione, quià ſibi imputare debet, qui non cauit ſuper euictione, ideo opinio Baldi nouelli non eſt ſine ſcrupulo, ſed fulcitur æquitate. Gregorius ſcholio.3. in.l.22. titul.11, par.4.

64 Sed Baldus nouellus non videtur aduerſari Alberico, qui imputat marito, quod non cauerit de euictione, ob id quòd ſuſtineat onera matrimonij, quià ſi vxor parapherna habeat, an cogi debeat dotem dare, non docet Albericus. Cogetur ſanè mulier de paraphernis dare, quod cum ad ſuſtinenda onera matrimonij conſtituatur, ſi euincatur non videtur datum, & ideo ſi habeat quod præſtet duraturum, cogetur dare argumento. l. quoties. ff. qui ſatis dare coga. quod eſt ex mente. c. 3.de pactis (ibi opere compleatur.)

65 Tertiò ſupra ſcripta ſententia non obtinet, quando vxor, quæ nupſit nulla dote conſtituta, habet bona parapherna, ex quibus cogetur dotē dare, quod ſi dare renuat, maritus non tenebitur vxorem alere, quoniā maritus non tenetur ad onera matrimonij non conſtituta dote: cum mulier diues ſit, quæ conſtituere poſsit, ex ſententia glo. onera auth.de non eligendo ſecundò nube. cuius argumento hoc ſcripſit Bald.l.fin. nume.11. C. de ſententijs, quæ ſine certa quant.profer. ſequitur Luppus c.per veſtras notabili.3. §. 2. numero. 1. ex quo maritus onera implet coniugalia, cogetur mulier dotem cōſtituere, vt & ipſa onera ſubeat Accurſius ſcholio





incipien. lege obligamur.l. obligamur.ff.de actio & obliga. dixit ſingularem Luppus ſupra. ſententiam Baldi ſequitur Iaſſ. l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam nume. 4. ff. de cond. cauſa dota. Contrariam tamen probat Ripa.l.2.ff. ſolut.matrimonio.nume.43. qui veriorem eſſe dixit per.l.final. C. de repudijs. quæ lex mulieri indotatæ, quæ viro repudium miſerit, pænam irrogat amiſsionis quartæ partis bonorum, ergò mulier diues erat, cum afficeretur hac pæna, neq; vt ſibi dotem conſtitueret, cogebatur, nec q̄ conſtituere noluiſſet, vir poterat de domo abjicere. quam ſententiam Ripa non aptè collegit ex. l. fina. C. de repud. quæ agit de repudio, non autem de eiectione vxoris de domo, de qua tractamus.

67 Eſt enim maximum diſcrimē inter vtrumq; factum, cum repudio ſoluatur matrimonium, liceatq; mittenti repudium nubere.l. conſenſu.C.de repudijs. l. vxoris. ff. de diuortijs, quod facere ſine iuſta cauſa permiſſum non eſt.l. conſenſu. & probatur ex etymo huius dictionis: dicitur enim repudium ob rem pudendam recuſatio teſte nonio: ex quo fit vt incautè egiſſe Ioannes Imola conuincatur, qui in Rubric.ff.ſolut. matrimonio colum.3. ait olim permiſſum repudium ſine cauſa ante conditas leges Codicis, quod dictum q̃ ſit fallax, docet Iulianus. l. vxores. ff. de diuortijs.ibi (niſi malint ipſæ mulieres cauſam repudij præſtare) hanc perpetuā diuiſionem, quam repudium cōſtituit, cum matrimonium diſſoluatur, prohibet fieri. l. fina. C. de repudijs. eam ob cauſam q̄ mulier diues dotem viro dare nolit: non enim hæc cauſa turpis eſt, vt repudiari vxor poſſit, nec doctores noſtri de hac ſpecie agunt, cum in chriſtiana Republica lege diuina ſemel cōtractum matrimonium diſſolui non poſsit: Mathæi.c.19.Lucæ. c.10. c. gaudemus de diuortijs, vnde doctores tractant, an vxorem diuitem, quæ dotem nōlit conſtituere, poſsit vir de domo repellere, alimoniamq; denegare, dicunt poſſe, donec dotem conſtituat, quià alimentorum nomine habitatio continetur, dote autem conſtituta alet vir vxorem, domi recipiet, quià vxor eſt coniugali nodo manente.

Aduerſus Ripā.

Aduerſus Imolam.

68 Quam autem ob cauſam Iuſtinianus Imperator repudium permiſerit princeps ortodoxæ fidei in incerto eſt, id autem temporum ſuorum licentiæ condonaſſe plures credunt, magisq; toleraſſe, q̃ probaſſe, vt docet Ioannes Oroſcius. l. omnes populi. numero. 88. ff. de iuſti. & iur.

69 Superior ſententia, vt maritus repellere de domo poſsit vxorem, quæ dotem nolit conſti-

tuere de bonis paraphernis, nõ
obtinet iure Regio, licet iure ci-
uili mulier paraphernorum ad-
miniſtrationem habeat. l. hac le-
ge. C. de pactis conuen. in hæc
verba (quãuis bonum erat mu-
lierem quæ ſe ipſam marito cõ-
mittit, res etiam eiuſdem pari-
arbitrio gubernari, attamen
quoniam cõditores legum æqui-
tatis conuenit eſſe fautores, nul-
lo modo, prohibente muliere,
virum in paraphernis ſe volu-
mus immiſcere) traddit Tira-
quellus in legibus connubiali-
bus. glo. 9. nume. 1. vnde niſi mu
lier viro paraphernorum con-
ceſſerit adminiſtrationem, vir
ipſe non habebit. l. final. C. de
pact. conuent. idem de domi-
nio dicemus, quod vir habebit
vxore concedente, non aliter
l. 17. titulo. 11. part. 4.
70 Vnde fit vt fructus parapher
norum ad mulierem ſpectet nõ
ad virum. Accurſius ſcholio. ad
ſuſtentationem. l. vbi adhuc.
C. de iure. dot. idem Accurſius
ſcholio circa. l. final. C. de pactis
conu. vnde maritus debet para
phernorum fructus vxori, vxo
ris vè hæredib9 reſtituere: quod
ſic accipiendum eſt, quòd ſi fru
ctus extent, vir tenetur reſtitue-
re. l. ſi ſtipulata. ff. de donatio.
inter vir. & vxo. ſi verò conſum
pti ſint fructus, quos prohiben-
te vxore vir accepit, eorum æſti
mationem reſtituere tenetur. l.
de his. C. de donatio inter virum
& vxorem: ſi autem vir vxoris
permiſſu fructus accepit, qui in
duſtria hominis egent, non te-
netur reſtituere. l. final. C. de
pact. conue. ſi verò fructus na-
turales ſint & tenues, etiam non
reſtituet vir. l. ſi id quod. §. 1. &
l. vtrum. ff. de donatio. inter vir.
& vxor. l. omnibus. ff. de impen
ſis in rebus dotali: ſi fructus ſint
opulenti reſtituet maritus eos,
quibus locupletior factus eſt. l.
ſi ſtipulata. §. 1. ff. de donat. in-
ter vir. & vxo. hanc diſtinctio-
nem ſcripſit Bart. l. penultima.
nume. 2. ff. ad legem falcidiam.
quam falãx. doctorum appro-
bat referente Tiraquello in le-
gibus connubialibus glo. 9. nu-
mero. 2. hanc diſtinctionem di-
cit receptam communiter do-
minus Couarruuias de ſponſa-
libus. 2. parte. c. 7. §. 1. numer. 2.
idem teſtatur Gregorius ſcho-
lio ſecundò in. l. 17. titulo. 11. par.
4. Aliter autem nec omnino ex
71 tra rem diſtinguit Bald. conſilio
275. nume. 4. lib. 3. idem Bald.
conſilio. 428. numero. 1. lib. 5.
quam diſtinctionem magis ap-
probat Gregorius ſuprascrip-
tus. Sed huiuſmodi parapherno
72 rum diſtinctio in Hiſpania ceſ-
ſat, cum omnia bona & lucrum
quod cõſtante matrimonio quæ
ritur, vtriusq; coniugis ſint. l.
fin. titulo. 3. lib. 3. fori. l. 4. titulo.
9. lib. 5. nouæ compilationis.
nec locum in hoc principatu ha
bet recepta ſententia, vt ſcrip-
ſit Montaluus ſcholio final. l.
fin. titul. 3. lib. 3. fori. Gregorius
ſupra



ſupra Ioannes Luppus in Ru-
bric. de donatio. inter vir. & v-
xor. §. 62. nume. 10. & nume. 11.
Xuarex. l. 1. titulo de las ganan-
cias lib. 3. fori. nume. fin. Anto-
nius Gomez in. l. 50. Tauri nu-
mer. 11. & nume. 33. & nume. 71.
hinc fit, vt paraphernorum do-
minium, adminiſtrationem q;
maritus habeat, fructusq; ſuos
faciat, ſicut fructus dotis, qui
vtriusq; ſunt legibus Regijs ſu-
prapoſitis. Grego. ſcholio mag.
verſiculo in Regno vero in. l. 6.
titulo. 11. part. 6. traddit frater
Franciſcus Alcocer Franciſca-
nus Religioſiſsimus vir apprimè
doctus, innocuæq; vitæ cando-
re & ſanctitate venerandus in
tractatu de Ludo. c. 14.
73 Quæ leges Regiæ moribus
Cordubenſium cum non ſint re
ceptæ, ipſaq; vrbs Corduba iu
re communi vtatur, quo para-
phernorum fructus mulieri ce-
dunt, cum lucrum conſtante ma
trimonio quæſitum mariti ſit,
ſequitur ꝙ in illa vrbe diſtin-
ctio Bartoli præſcripta q; com-
munis opinio ſeruanda eſt, co-
geturq; mulier ex paraphernis
dotem dare, quod ſi renuerit,
nec aletur à marito, ſed ſi mu-
lier dote conſtituta nubat, dos
q; euincatur, cogetur ſe fami-
liamq; alere de paraphernis, Bal
dus nouellus tractatu dotis. pri
uilegio. 43.
74 Quartò limitatur hæc ſenten
tia, ſi pater mariti & ipſa vxor
egeſtate opprimmantur, ali-
mentisq; indigeant, nec vtriq;
paſcendo mariti facultates ſuf-
ficiant, alet in hac ſpecie filius
patrem, non autem maritus v-
xorem. huius opinionis author
eſt diuus Thomas. 2. 2. q. 26. ar
ticulo. 11. idem Thomas in. 3. di-
ſtinctione. 29. q. 7. ad tertium.
quam opinionem veram eſſe va
lidioribus argumentis à iure du
ctis probat Fortunius in. l. ve-
luti. ff. de iuſti. & iure. nume-
ro. 37. ea maxime ratione in-
nititur, ꝙ natura ipſa filius pa-
trem exhibere impellatur, à quo
genitus educatusq; ſit.
75 Quintò limitatur ſupra ſcrip
ta ſententia ſi vxor adulterium
commiſſerit, quià adulteram v-
xorem maritus alere non tene-
tur. hæc ſententia colligitur ex
Accurſio. l. fidei commiſſum. C.
de fidei commiſsis. ex quo eam
deduxit Bald. c. ex parte. de con
ſuetudine. nume. 7. qui ad idem
allegat Accurſium. l. ab hoſti-
bus. §. final. ff. ſolut. matrimon.
idem approbat Ioannes Lup-
pus Rubric. de dona. inter vir.
& vxor. §. 78. numero. 7. ſcripſit
Paulus Caſtrenſis conſilio. 392.
Federicus de ſenis conſili. 277.
incipi. domino Corrado. quos
ſequitur Bologninus. conſilio.
23. verſiculo plus dico. Cuma-
nus conſili. 175. idem Cumanus
conſilio. 154. Bart. conſilio. 75.
incipit domine poteſtate. ſequi
tur Iacobus Nouellus tractatu
defenſionum titulo quæ perſo-
næ accuſare nõ poſſunt. nu. 46.

 idq;

idq; approbat ipſe Ioãnes Luppus in Rubri. de donatio. inter.
76 §. 64. numero. 9. qui hanc ſententiam obtinere ait, ſi mulier adulterij rea à viro diuertat, quià in hoc caſu à viro non repetet, quod in ſe alenda conſumpſerit. ad hoc allegat Bernardum ſcholio. 1. in fine. c. ſignificaſti. de diuortijs.
77 Hæc ſententia non tantum locum habet in ea, quæ adulterij rea eſt, verum in vxore quæ in laſciuis actibus eſt deprehenſa, in oſculis ſanè aut amplexibus, vt Baldo placuit in. c. tuæ. numero. 14. de procuratoribus, qui dotem ob id perdere mulierem ſcribit, ergò neq; aletur à viro, quæ doctrina vbiq; circumfertur, eamq; validioribus argumentis comprobat Ripa Rubrica de iudicijs. numero. 12. & ſequentibus. Dominus Couarruuias de ſponſalibus. c. 7. §. 6. numero. 2.
78 Vnde ſanctè iure ciuili ſtatutum eſt mulierẽ dotem eam ob cauſam perdere, quòd promiſcua virorum balnea intret. l. final. C. de repudijs. ſi libidinis cauſa intret, vt lex ait, notat Ripa Rubrica de iudicijs. numero. 18.
79 Item ſi vxor marito prohibẽte ſpectandorum ludorum gratia cat in amphiteatra, dotem perdet. l. conſenſu. C. de repudijs. notat Ripa. Rubrica de iudicijs numer. 19. ergò & alimenta ab inuito viro non habebit, poteſt enim hac de cauſa maritus repudium vxori mittere, de qua re multa ſcribit Tiraquell. in legibus connubialibus. l. 16. numero. 37.
80 Hæc etiam ſentẽtia rectè procedit vice verſa, ſi maritus adulter ſit, quem vxor de dote alere non cogetur, quamuis egeſtate laboret, ſi iudicis ſententia ſeparatio conſtituta ſit, quià vir peccauit in legem coniugij, ergò non conſequetur lucrum ex matrimonio, quod impugnauit. tex. l. ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolut. matrimonio. c. quià fruſtra. de vſuris. notat Baldus. l. vbi ad huc. C. de iure doti. ſequitur Ioannes Luppus in Rubric. de dona. inter vir. & vxorem. §. 64. numero. 12. idem Ioannes Luppus in. c. per veſtras. §. 19. numero. 2. ante notabilia.
81 Sextò limitatur ſuperior ſententia, ſi vxoris bona ad fiſcum deuoluta fuerint propter hoc, quòd mulier impietatis in Deũ rea ſit, quæ ſi perpetuò in carcerem detrudatur, eam maritus alere non cogetur, quià mulier culpa ſua indotata eſt: ergò vir non cogetur alere. l. final. C. ad Velleya. neq; eſt in viri obſequio, vnde vir alere non tenetur, hæc fuit ſententia Ioannis Luppi in Rubrica de donatio. inter vir. & vxor. §. 64. num. 7. qui tamen non adhæſit tutus huic ſententiæ, ſed æſtimationi locum dedit. hanc tamen opinionem tamq; certam defendit dominus Iacobus ſeptimancenſis in inſtitu. catholi. c. 26. numero. 8.
82 Septimò limitatur ſuperior ſententia quando bona, de quibus paſcenda eſt vxor, vir in iuſto titulo quæſierit, nam ex his ali non debet vxor, Hoſtienſis in ſumma de pœnitentia & remiſsione. §. quibus & qualiter verſiculo quid de rapina. in fine ſequũtur plurimi, quibus aſtipulatur Ioannes Luppus in rubrica de donat. inter virum. & vxo. §. 65. nume. 2.
83 Quæ inferuntur ad dificilem quæſtionem: vtrum æs alienum in paſcenda vxore ac liberis cõſumptum, quod pater familias mutuò accepit, ab vxore liberis vè repeti poſsit, ex eo quod in eorum vtilitatem verſum ſit, ſi vir non ſit ſoluendo. in qua quæſtione Bart. in. l. his ſolis. nume. 2. ff. de cond. indeb. ait argumẽto eorum, quæ inibi Accurſius traddit, q; à filijs repeti poſsit & ab vxore, ſed ipſe Bartolus in ancipiti quæſtione ſententiam dicere auſus non eſt, ſed æſtimationi locum reliquit. ipſe tamen Accurſius in. l. his ſolis. quærit, vtrum ab eo exigi pecunia poſsit, ad cuius vtilitatem verſa eſt, ſi ille qui mutuam pecuniam accepit, non ſit ſoluendo. Accurſius exigi ab eo pecuniam poſſe ait, ſi lucroſa de cauſa eius commodo pecunia acceſſit, argumento. l. final. ff. de eo perquem fact. erit. vbi Vlpian. ait actionem dari actori (quanti ſua intereſt) aduerſus eum, qui dolo fecit, quo minus reus in iudicio vocatus ſiſteret, ſi verò is, qui dolo fecit quominus reus in iudicio ſiſtat, ſoluendo non ſit: datur actio aduerſus ipſum reum æquitate ſuadente: huic deciſioni rationem ſubjicit ipſe Vlpianus, ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, & alter damno afficiatur. quæ ratio in propoſita ſpecie locum habet, eſſet ſanè iniquum, quod ex dolo patris filij lucrum facerent, is verò, qui patri mutuam pecuniam dedit, rei propriæ detrimentum patiatur, vnde à filijs pecuniam condici, ſi pater non ſit ſoluendo, æquius ac iuſtius eſt.
84 Secundò pro hac parte adducit Bart. l. planè ſi filium. §. 1. ff. de leg. 1. ibi quidam ſeruum hæredem inſtituit, ſeruiq; dominum rogauit, vt hæreditatem reſtitueret, dominus ſeruum alienauit, quisnam hæreditatem reſtituere tenetur, emptor ſerui, an venditor, quæſtionis erat, & venditorem cogendum eſſe reſtituere Vlpianus ait, q; ſi venditor ſoluendo non ſit, reſtituet hæreditatẽ emptor, apud quem eſt ipſa hæreditas. ergò idem in propoſita ſpecie obſeruandum eſt, in qua eadẽ eſt ratio, vt Bartolo placuit.
85 Tertiò pro hac parte adducitur. l. 2. verſiculo æquiſsimum. ff. ad

ff.ad leg. Rhod.de iactu.vbi nauis leuandæ gratia iactus merciũ factus eſt,contributione eorum,quorum res ſaluæ ſunt,ſarciri damnum debere lex decernit.rationem huic deciſioni Paulus reddit,quià æquiſsimum eſt, commune detrimentum fieri eorum , qui propter amiſſas res aliorum conſequti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent.

86 Quartò hanc opinionem fulcit.l.ei qui ſeruo. §. fin. C.quod cum eo . vbi qui cum procuratore negociorum vè geſtore cõtrahit eius fidem ſequutus , ſi in rem domini pecunia verſa ſit, actionem habet aduerſus dominum. idem in propoſito ſtatuetur , vt aduerſus vxorem filios vè actio detur, ſi eorum cõmodo pecunia acceſſerit.ex qua lege hoc collegerunt Bald.Paulus Caſtrenſis & reliqui doctores, & quaſi notabilem pro hac parte adducit Bart. in. l. ſi pupilli. §.1. numero. 5. ff. de nego. geſt.

87 Quintò hæc opinio ea ratione commendatur , quià pater inops filium exhibere non cogitur. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. vbi notat Accuſius ſcholio neceſſariò.idem Accurſius ſcholio pietate in. l. Nẽſennius. ff. de nego. geſt. vnde ſi inops pater filiũ exhibeat, id facit,quod iure facere non tenetur , vnde cum ſoluendo pater non ſit , ſi credita pecunia vtilitati ac commodo filiorum acceſſerit , ipſi filij conuenientur actione de in rem verſo . argumento. l . ei qui ſeruo. §. final. C. quod cum eo.

88 Sextò hanc opinionem fulcit. l. ſi me & titium.& . l. ſi eum ſeruum . ff. ſi certum peta . vbi ſtatuitur,quod ſi id,quod meum eſt , ad te perueniat , potero à te condicere , ne ex alieno locupletior ſis , quod obtinet , vt noſtri interpretantur doctores, ſi ex cauſa lucratiua ad te perueniat,quo caſu à te potero condicere , ſed alimentorum cauſam lucratiuam eſſe certum eſt, vti traddit Bart. in. l. his ſolis. ff . de condictio. in deb. ex quo hoc deduxit Gomez Arias in l. 61. Tauri. numero. 7. qui ait filium à patre alimenta habere ex cauſa lucratiua , oppoſitamq; eſſe cauſam creditorum, quæ oneroſa eſt , agunt quippè creditores detuenda re propria , vti Baldus ait in. l. 2. C. de reuo. ijs quæ in fraud . cred. numero.2. cui accedit Iaſſ.in. §. item ſi quis in fraudem. numer. 32.inſtitu. de actionibus. his innitens argumentis hanc opinionem , quæ habet, ꝙ in propoſita ſpecie filij conueniri poſſint, ſequitur Angelus in. l. his ſolis,cui accedit Iaſſ. numero.2. idem Iaſſ.in.l. ſi eum ſeruum. in principio. numero. 1. & in. l. ſi me & titium numero.3. ff. ſi certum peta.idem Iaſſ. in. §. actiones autem de peculio. numero. 43.inſtitutis.de actionibus. Ioãnes



nes de Plat in. l. vxorem in fin . C. de decurio . lib. 10. Cæpola cautela. 246. Romanus ſingulari.213.incipit pater pauper.Hippolitus ſingulari. 224 . in fine. Cremenſis notabili.37. Zazius in. l. ſi eum ſeruum. numero.4. Purpuratus numero.5.ff. ſi certum petatur , Ioannes Luppus in Rubri.de donat.inter vir. & vxor. §.66. numero.6. vbi nihil affirmat,ipſe tamen Ioãnes Luppus in. l . 61. Tauri.numero. 11. ait hanc opinionem ſibi placuiſſe poſtquam dato otio rationes vtriuſq; partis penſitauit.cui accedit Caſtillus numero.24.Gomez Arias. numero. 7. traddit Corneus in.l. his ſolis. numero. 1.&.2.ff.de condictio.indeb.

89 Contrariam in hoc articulo ſententiam, quæ habet, quod à filijs pecunia condici non poſſit, defendit Decius in. l.ſi eum ſeruum.numero.1.ff.ſi cert. pet. qui ea ratione innititur , quod creditor cum filijs non contraxerit , ſed patri mutuam pecuniam dederit,cuius fidem ſequutus facilitatis ſuæ incommoda defleat , qui minus idoneo debitori crediderit. pro qua ſententia adduco. l. qui bona. §. de illo. ff.de damno infecto.c.damnum de Regulis iuris lib. 6. nec in conſideratione erit in quem vſum pecunia verſa ſit. l . cum cui . C . de actio. & obligat. l. ſi is qui. C. de poſiti , vbi nec ei qui mutuam pecuniam dedit , neq; ei qui pecuniam depoſuit, datur actio aduerſus eum , ad quem pecunia peruenit, ſi conſumpta ſit.

90 Secundò pro hac parte adducit ſententiam Bartoli in. l. ſi cum dotem. §. fin.numero.10. ff. ſolut . matrimonio qui ait , quod ſi ea pecunia , quam quis mutuò accepit, merces comparauerit , mercibusq; ſtantibus mortuus ſit, ſi æri alieno per ſoluendo defuncti facultates non ſufficiant, quamuis merces ſtẽt, creditor in pecuniam,quam credidit,priuilegium exigendi non habebit , huic ſententiæ crebrius doctores acceſſere, vt traddit Alexand. l. ſi cum dotem. §. fin.numero.5. idem. ſcribit Iaſſ. l.creditor.1.numero.5. ff.ſi cert. petat . Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi.12.parte.conſideratione.99.limitatione.3. his ductus argumentis ſententiam Decij ſequutus eſt Alciatus in. l. ſi eum ſeruum . numero . 7 . ff. ſi cert.petatur. Quæ opinio, quãuis æquitati naturali non conueniat, defluit tamen ex. l.3. §. 1. verſiculo & regulariter. ff.de in rẽ verſo , vbi aduerſus dominũ ita demum agi poteſt actione de in rem verſo , ſi ille qui negotiũ geſsit,negotiorũ geſtorũ haberet actionẽ:pater autẽ, quià pater eſt,intelligitur filios exhibere, non autẽ quaſi negociorũ geſtor, ergò in propoſito negociorum geſtorũ actio ceſſat aduerſus filios.l.alimenta.l.ſi paterno affectu,C. de neg. geſt.igitur ad

uerſus

uerſus filios, qui ex credita patri pecunia aliti ſunt, non dabitur actio creditori paterno, cum pater ipſe in hoc caſu negociorum geſtorum actionem non habeat.

91 Tertiò huius ſententiæ partes fulcit.l.61. Tauri.in hæc verba (y anſi meſmo mandamos que quando ſe obligare aman comun marido y muger en vn contracto ò en diuerſos que la muger no ſea obligada à coſa alguna: ſaluo ſi ſe probare que ſe conuertio la tal deuda en prò uecho della: ca entonces mandamos que por rata del dicho prouecho ſea obligada: pero ſi lo que ſe conuirtio en prouecho della fue en las coſas quel marido le era obligado à dar anſi como en veſtirla y darle de comer y las otras coſas neceſſarias: mãdamos que por eſto ella no ſea obligada à coſa alguna) vnde cum vxor conueniri non poſsit

*Aduerſus Caſtillum*

pro ea pecunia, quæ marito credita eſt, vt vxorem aleret, ſi maritus ſoluendo non ſit. apparet idem ius obſeruandum eſſe in perſonis liberorum, quià æqua lance conueniri non debent, cum eadem ſit ratio in vtriſq;. Proptereà ſanè à creditoribus viri vxor non conuenitur pro pecunia credita marito, quam ipſe in alimenta vxoris erogauit, quià vir alendo vxorem obligationi, qua aſtrictus erat, ſatisfacit: ipſaq; mulier à viro alimẽta capit ex cauſa oneroſa; quod in perſona filij locum habere videtur, cum vxor & filius patri maritoq;, à quibus aluntur, operas præſtare debent, vt alio in loco ponemus.

92 Hanc opinionem ſi quis ſequi velit, argumenta, quæ contrarias partes tuentur, hoc modo diluet: primò etenim huic opinioni non obſtabit.l.61. Tauri. quam pro hac parte ponderat Caſtillus. nume. 24. ex eaq; argumentum ſumit à contrario ſenſu: ea etenim lege decretum eſt, ne vxor à mariti creditoribus conueniatur pro pecunia credita viro, quæ bono mulieris acceſsit, in idq; maritus erogauit, quod præſtare vxori tenebatur, vt victum veſtitumq;: ergò ſi præſtare vir non tenetur proptereà, quià inops ſit, condici ab vxore pecunia poterit ex eo, quià ipſi vxori profuiſſet, argumento. l. ei qui ſeruo. §. final. C. quod cum eo.

93 Sed hoc argumentum ex lege Regia depromi non debet, )( quià obligatio alendæ vxoris non abrumpitur ob inopiã mariti, cum vir vxorem alere perpetuò teneatur, huius tamen obligationis effectus ſuſpenditur, dum vir eget, vt colligere facile eſt ex his, quæ ſcripſit Crauetta. conſilio. 199. lib. 1. vnde ſi maritus inops vxori alimenta ſubminiſtret, legali obligationi ſatisfacit, tamq; ſi diues eſſet, cum alendæ vxoris obligatio ſemper maneat: quod ex eo fit, quia



quià iure naturæ vir alere tenetur vxorem proptereà, quià onus hoc eſt ſequella matrimonij, Baldus.l.1.§. ius naturale.numero.6.in fin. ff. de iuſti. & iur. idem in perſona patris ſtatuemus, qui eodem iure filios alit, vt ſcripſimus in.§.parens.

94 Item huic ſententiæ non obſtat.l.nam hoc natura.ff. de condi. indeb. qua prohibemur cum alterius detrimento fieri locupletiores, hoc obtinet, ſi detrimentum culpabile ſit, non verò ſi inculpabile, vt in hac ſpecie, cum filij citra culpam cum paterni creditoris detrimento locupletentur, culpa enim facilitati paterni creditoris aſcribetur, qui homini crediderit, qui ſoluendo non ſit.

Item non obſtat. l. ſi me & titium & . l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cert. petat. hæ quippè leges ad propoſitam quæſtionem nihil faciunt, agimus enim de eo cui credita pecunia fuit, quo facto debitor pecuniæ dominium adeptus eſt, quam arbitrio ſuo potuit in quoſcumq; vſus prodigere, argumento. tex. in.l. in re mandata.C. mand.ſed in ſpecie.l. ſi me & titium &. l. ſi eum ſeruum: Petrus errore ductus exiſtimauit rem, quam accipiebat, ad ſe pertinere, cum aliena eſſet, eamq; vendidit, ac cum domini detrimento lucrum fecit, domino Petrus obligatus non eſt, quià nullum negocium cum domino contraxit, ſed quià precium ad eum peruenit, bono & æquo introducta eſt actio ſubſidiaria, quæ domino datur, vt precium Petro cõdicat, cum ſine culpa domini ad Petrũ peruenit. In contractu mutui diuerſum ſtatutum eſt, cum iuſſu permiſſuq; domini pecunia creddita ad debitorem perueniat, ad eumq; dominium translatum ſit, vt traddidit Decius in. l. ſi eum ſeruum, numero.1.ff.ſi cert. pet.

95 Ex hoc apparet nihil obſtare Decij ſententiæ.l. fin. in principio.ff. de eo perquem factum erit: vbi actio ſubſidiaria Domino datur aduerſus eum, qui rem tenet, ne dominus ſine ſua culpa damnum patiatur.

Item huic opinioni non obſtat. l. planè ſi filium. §. 1. ff. de leg.1.quià in ſpecie legis emptor fuit in culpa comparando rem, quæ iuſſu teſtatoris reſtituenda erat, vnde emptoris odio & fauore teſtamenti, ne fidei commiſſum ſubuertatur dolo venditoris, introducta actio ſubſidiaria fuit aduerſus emptorem, ſi venditor non ſit ſoluendo, ſic legis intentionem accipiendam eſſe docuit Socynus in. l. fin. in principio. numero. 8. ff. de eo perquem factum erit, quæ interpretatio crebrius recepta eſt, vt ſcripſit Salicetus in.l.ijs ſolis. ff. de condi.indebiti.

96 Item ne huic ſententiæ obſtet l.fin. in principio. ff. de eo perquam factum erit, eam interpretatio-

tationem ſequemur, quam mul-
ti doctores approbarunt, vt lex
hæc in perſona eius loquatur,
qui longa poſſeſsione dominiũ
rei ſibi quærebat, vt præſcrip-
tio abrumperetur, poſſeſſo-
rem rei dominus in iudicium vo
cauit, cuiuſpiam dolo factum
eſt, ne reus in iudicio ſiſteret,
quo facto poſſeſſor cæptam præ
ſcriptionem adimpleuit, & rei
dominium perfecta poſſeſsione
ſibi quæſiuit, propterea, ſi is qui
dolo fecit, quominus in iudicio
reus ſiſteret, ſoluendo non ſit;
datur actio reſtitutoria aduer-
ſus ipſum reum, ne propter do-
lum alienum reus lucrum faciat,
& actor damno afficiatur, hæc
traddit Socynus. l. fin. in princi
97 pio. nume. 8. Quæ interpretatio
rationem habet, quia in propo-
ſito ceſſat ratio propter quam
præſcriptio introducta eſt, ſci-
licet odium deſidis ac negligen
tis circa rem ſuam. c. placuit. §.
hæc autem. 16. q. 3. rei etenim do
minus reum tempore in iudiciũ
vocauit, quam ob cauſam ne-
gligentiæ damnum non pati-
tur: inde fit, vt ſi is qui dolo fe-
cit, quominus in iudicio ſiſta-
tur, ſoluendo non ſit, actor in
eum ſtatum reducatur, in quo
fuerat, quando reum in iudi-
cium vocauit, vt aduerſus reum
agere poſsit, hoc æquitatis ra-
tio ſuadet, qua ipſa præſcriptio
introducta eſt. l. 1. ff. de vſu ca-
pio.
98 Item huic Decij opinioni nõ
obſtat. l. 2. ff. ad leg. rhod. de ia-
ctu. vbi actio principaliter da-
tur aduerſus magiſtrum nauis,
quod ſi nauis magiſter ſoluen-
do non ſit, cum ijs agendi copia
tribuitur, quorum merces ſal-
uæ ſunt, vt detrimentum pro-
portione communicetur, quod
fit ex tacita conuentione eorum
qui vehebantur in naui: ne mer
ces perirent, vti colligitur ex
Fulgoſio in. l. 2. ff. ad lega. rhodi.
de iactu. numer. 2. qui ait in hac
ſpecie in lege propoſita nego-
ciorum geſtorum actionem da-
ri ei, cuius merces iactæ ſunt,
quia qui mercium ſuarum ia-
ctum fecit, vtiliter negocia geſ-
ſit eorum, quorum merces ſal-
uæ ſunt.
99 Item Decij ſententiæ non ob
ſtat. l. ei qui ſeruo. §. fin. C. quod
cum eo. vbi actio de in rem ver
ſo aduerſus dominum datur ei,
qui negociorum geſtori credi-
dit, ſi ipſe negociorum geſtor
ſoluendo non ſit, quando in
rem domini pecunia verſa eſt,
ſed pater inops non cogitur fi-
lios exhibere. l. ſi quis à liberis.
§. ſi mater. ergo ſi alat quaſi ne-
gociorum geſtor filiorum intelli
gitur: vnde ſi ſoluendo non ſit, à
filijs, quod patri creditũ eſt, cõdi
cetur, cum in eorũ vtilitatem ſit
verſum. Hoc modo pro contra
ria parte legis verba perpẽdunt
doctores, quæ verborũ inductio
Decij opinioni nõ obſtat ex eo,
quia obligatio, qua pater aſtrin
gitur filios exhibere, non ab rũ
pitur



pitur ac euaneſcit propter ino-
piam patris, ſed magis ſuſpen-
ditur, vt ſupra ſcripſimus: vn-
de pater nunquam intelligitur qua
ſi negociorum geſtor filios ex-
hibere: ſed iuris naturæ præce
pto paternoque amore & pieta-
te. argumento. l. ſi paterno. C.
de nego. geſt. ob hancque cauſam
alimenta præſtitiſſe ſemper in-
telligitur, vt ſentit Accurſius
ſcholio pietate. l. nẽſenius. ff. de
nego. geſt. traddit diffuſius Rui
nus conſilio. 145. nume. 3. lib. 4.
Idem autem quod ſupra ſcripſi
mus. nume. 93. vt obligatio, qua
pater aſtringitur filios exhibe-
re, nunquam extinguatur, ſed tan-
tum iuſta ex cauſa ſuſpendatur,
depromitur ex. l. 1. §. ius natu-
rale. ff. de iuſt. & iur. vbi libe-
rorum educatio dicitur eſſe iu-
ris naturalis: ergo perpetua eſt
obligatio, quam ratio ciuilis cor
rumpere non poteſt. l. eas obli-
gationes. ff. de capit. dimi. §.
100 Sed naturalia. inſtitutis de iu
re natu. quæ dictio illa (educa-
tio) demonſtrat, hoc enim eſt
diſcrimen inter hæc verba alo,
& educo, quod alere ad tempus ex
hibere ſit, educare perpetuum,
vt Nonius Marcellus ait, cu-
ius bona pace dixerim, diſcri-
men hoc inter hæc verba con-
ſtitui non poteſt, quæ eandem
ſignificationem habent, vt de-
ducitur ex Cicerone. lib. 2. de na
tura Deorum pagina. 273. (om
nium autem, inquit, rerum quæ
natura adminiſtrantur ſemina-
tor & parens, vt ita dicam, atque
educator & altor eſt mundus,
omniaque ſicut membra & par-
tes ſuas nutricatur & continet)
Quod autẽ educo verbũ non ſi-
gnificet in perpetuum nutrire
ex Boetio depromitur lib. 1. de
conſolatione proſſa. 2. tu es ne
ille (ait) qui noſtro quondam la
cte nutritus: noſtris educatus a-
limentis: in virile animi robur
euaſeras.
101 Hæc autem quamuis pro opi
nione Decij adducta ſint, non
me impellunt, vt eius opinioni
accedam, qui contrariam tam-
quam receptiorem & veriorem
probo: quæ ſeſe iuris naturalis
defenſione tuetur, à quo iube-
mur, ne cum alterius detrimen-
to locupletiores ſimus, cui opi-
nioni non obſtat. l. eum cui. C.
de actionibus & obligatio. quæ
agit de ea pecunia, quæ ex mer
cium venditione redacta ad ne
gociatores peruenit: quam cre-
ditor à poſſeſſore non condicit,
quia ex cauſa oneroſa ad eum
peruenit.
102 Item non obſtat. l. ſi is qui. C.
depoſiti, vbi qui depoſitam pe-
cuniam creddiit ſuo nomine,
ius obligationis ſibi quæſiuit,
nec aduerſus debitorẽ actionẽ
habet is, qui depoſuit. Quæ ſen
tẽtia obtinet in actione directa,
quia vtilẽ mandatam actionẽ ha
bet aduerſus creditorẽ. l. quam-
uis. C. ſi certum petatur, eadẽ ra
tione ſi is qui depoſitã pecuniã
accepit, ſoluendo non ſit, aduer
ſus

ſus debitorẽ cui credita eſt, ſub
ſidiaria actione experiri pote-
rit qui depoſuit, Accurſius ſcho
lio penulti. in. l. quamuis. C. ſi
certum petatur. cui opinioni fa
uet. l. final. ff. de nego. geſt. in
hac ipſa facti ſpecie nos loqui-
mur, vbi aduerſus filium agitur
actione ſubſidiaria, qui alitus
eſt à patre ex pecunia credita,
ipſeqꝫ pater ſoluendo non eſt.

103 Item huic opinioni non ob-
ſtat. l. 61. Tauri. quæ huic ſenten
tiæ magis aduerſari videtur, ni-
ſi mentem & propoſitum legis
penſitemus, quod longè differt
ab eo, de quo agimus: duplex
enim facti ſpecies inciderat,
vtriqꝫ lex ſatisfacit.

Declaratur lex Regia.

Primò irritam facit interceſ-
ſionem vxoris pro marito: ſe-
cundò ſi vir & vxor conſponſo
res ſint, inſolidumqꝫ obligatio-
ni aſtricti, ſi res in obligatio-
nem deductæ ad vtilitatem mu-
lieris verſæ ſint, marito peten-
te conuenitur vxor pro ſumma
vniuerſæ obligationis, ſed non
ſemper obtinet, vnde in quo ca
ſu locum non habeat, lex ipſa
demonſtrat: non enim feren-
dus eſt vir, qui dicat in ſuam vti
litatem vertiſſe vxorem, quæ in
id prodegit, quod vir vxori præ
ſtare tenebatur, veluti alimen-
ta aut veſtes pro dignitate & or
dine ſuo, vnde maritus in par-
tem debiti cõuenietur, cum ma-
ritus vxorem exhibere tenea-
tur. l. ſi cum dotem. §. ſin autem
in ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimo.
l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſum
pti. fune. inibiqꝫ Bartolus anno
tauit. hoc modo interpretanda
ſunt hæc verba legis Regiæ,
quod ex Antonio depromitur
legis interprete: ipſe tamen la-
tius explicabo.

104 Suppono qꝫ iuxta iuris ciui-
lis Regulas, qꝫ ſi plures rei de-
bendi inſolidum conſtituantur,
contracti autem debiti vtilitas
in cuiusqꝫ cõmodum æquis par
tibus ceſſerit, in partes viriles
ſingulos eſſe conueniendos, in
reliquis vero partibus alter al-
terius fideiuſſor eſſe intelligitur.
Accurſius ſcholio interceſsio-
nem in. l. vir vxori. §. mulier. ff.
ad Velleianum. ſequitur Bart.
l. ſi conſtante. nume. 35. ff. ſolut.
matrimonio, quam ſententiam
communiter receptam eſſe atte
ſtatus eſt Iaſſ. in. l. ſi conſtante.
105 nu. 48. ff. ſolut. matrimonio. Hu
ius ſentẽtiæ manifeſta ratio eſt,
quia in propoſito contractu fu-
cus eſſe intelligitur, quæſito qꝫ
colore contrahitur: & duo rei
dicuntur, qui verè conſponſo-
res non ſunt, ſed magis recipro
ci fideiuſſores. Bart. l. Reos. nu-
106 mer. 1. ff. de duobus reis. Vnde
fit, vt ſi ad vtilitatem vnius tan-
tum totius debiti commodum
verſum ſit: cum alter fideiuſſor
ſit, ſi is, qui fideiuſſor eſt, ob
ſignatis ſumptibus pro tribu-
nali petierit, vt conſponſoris
vires excutiantur, hoc vt fiat
iudex percipiet, nec capi pig-
nora fideiuſſoris patietur, do-
nec



nec principalis veriqꝫ rei capta
ta pignora diſtractaqꝫ ſint: quæ
ſi debitis ſoluendis non ſuffi-
ciant, fideiuſſoris, qui quaſi reus
promiſsit, pignora diſtrahen-
tur, vt debitis ſatisfaciat. Bart.
auth. hoc ita. num. 29. C. de duo
bus reis ſequitur Paulus Caſtrẽ
ſis inibi. nume. 16. idem Paulus. l.
vnde quæritur. nume. 15. ff. com
modati. in eadem opinione fuit
idem Bart. in. l. 3. §. vbi duo rei.
nume. 15. ff. de duobus reis. Hi-
politus in Rubri. ff. de fideiuſſo
ribus. nume. 65. idem Hipolitus
ſingulari. 2. & ſingulari. 370. Ri-
pa. l. ſi ex toto. §. 1. nume. final. ff.
de leg. 1. Ioannes Luppus in. c.
per veſtras not. 5. nume. 10. hanc
ſententiam fulcit. l. vnde quæri
tur. ff. commodati. vbi ſi vehicu
lum duobus ſimul locatum ſit,
vtriqꝫ competit furti actio, vn-
de fit, vt ſi alter agat, & alter lo-
cati actione conueniatur, qui
furti non egit petere poterit, vt
ſuo periculo ſuis qꝫ ſumptibus
conueniatur is, qui furti actio-
ne agẽdo lucrum ex re commo-
data adeptus eſt: vnde apparet,
quod ſi duo inſolidum debendi
rei conſtituantur, vniqꝫ tantum
lucrum contractus cedat, is con
uenietur tantum, alterò peten-
te vt ſuo periculo ſuisqꝫ ſumpti
bus conueniatur.

107 Contrariam ſententiam de-
fendit Bald. l. 1. C. de conue. fiſci
debito. lib. 10. qui ea ratione in-
nititur, quòd quando duo rei
obligandi conſtituuntur inſoli-
dum, tacito conſenſu renuntia-
re huic beneficio intelliguntur,
quo cum ſe abdicauerint, eo vti
lex prohibet. l. cum apparebit.
ff. locati, vbi qui pluribus loca-
uit ſingulorum inſolidum intui-
tus perſonam, electionem ha-
bebit conueniendi quem ve-
lit: quæ electio ipſi non eſt aufe-
renda, ſi actiones ſuas aduerſus
cæteros præſtare non recuſet.

Secundò pro hac parte addu
cit Baldus, l. penultimam. C. de
conueni. fiſci debito. lib. 10. vbi
fiſci debitores nulla exceptione
obſtante coguntur debitis ſatiſ-
facere. hæc Baldus.

Aduerſus Bald.

108 Ego quidem Bartoli ſenten-
tiæ accedo, quæ me hercule &
crebrior eſt, cui non obſtat. l. cũ
apparebit, quæ recentiori iure
corrigitur, vti inibi notat Ac-
curſius ſcholio pen. per tex. in
auth. de duobus reis. §. 1. collatio.
7. Accurſij ſententiam ſequun-
tur Bart. Paulus Fulgoſius & Sa
licetus. idem Salicetus in auth.
hoc ita. nu. 2. C. de duobus reis.
inibiqꝫ Cynus. nu. 2. quibus reli-
qui aſtipulantur. & quamuis ma
neat forma concipiendæ obliga
109 tionis conſponſorum (hoc voca
bulo appellat Cicero eos, qui ſi-
mul debendi rei conſtituuntur,
in libro. 6. epiſtola. 18.) qua vtun
tur iure conſulti, nec introdu-
cta ſit noua forma lege noua, vti
Cynus ait in authenti. hoc ita.
cui omnes acceſſere, vti atteſta-
tus eſt Bart. nu. 1. non enim Mar
cellus obligationis concipien-
dæ

dæ formam conſtituit in.l.cum
apparebit,ſed retulit formā ini
ti cōtractus,quæ propoſita fuit,
ſecundum quam formam ipſe
reſpondit: quod reſponſum le-
ge noua correctū eſt. cūq; Mar
cellus deciſionem colligeret ex
forma obligationis præſcripta,
ſequitur quod ex obligatiōe cō-
ſponſorum concepta ſecūdum
eam formam non naſcitur ius
conueniendi inſolidum reum:
quem actor elegerit, abſq; eo
quod ius electionis auferri poſ-
ſit, ſed auferetur electio, ſi ille
qui conuenitur inſolidum, pe-
tat ſuo periculo ſuiſq; ſumpti-
bus vires ſubſtantiæ conſponſo
ris excuti, ea de cauſa quod to-
tius obligationis cōmodum in
eius vtilitatem ſit verſum, argu-
mento.l.vnde quæritur.ff.com-
110 mod.quæ deciſio in eo quidem
iudicio non obtinebit, ſi in ſpe-
cie.l.cum apparebit.actum eſſet
vt inſolidum ſingnli rei conue-
nirentur. Sed cum ipſa lex iure
nouo correcta ſit, quamuis obli
gatio duorum reorum cōcepta
ſit in hunc modum, vt ſinguli in
ſolidum teneantur, non poſſunt
tamen ſinguli inſolidum conue-
niri, niſi in eam partē, quæ eius
bono acceſsit. auth. de duobus
reis.in principio. l.10. titulo.12.
part.5.conſequens eſt exceptio
nem, nequis conueniatur, do-
nec excutiantur vires ſubſtātiæ
eius, qui ex contractu commo-
dum adeptus eſt, etiā hodie ma-
nere, ac reuiuiſcere: vti Bartol,
& doctores traddidere. Vnde
quoquoquis ſe vertat, Baldiq; in
tentionem rimetur, & penſitet,
non poterit non increpare ho-
minem tanto odio affectum in
magiſtrum, vt ſi eius ſentētiam
iure non poſsit, iniuria tamen
euertere conetur, legibusq; vta
111 tur antiquatis. Bartoli ſentētiæ
non obſtat. l. pen. C. de conue.
fiſci.debit.lib.10.pro cuius legis
interpretatiōe ſuppono, dictio
nem hanc (fruſtratio) deceptio-
nem ſignificare. Cicero lib. 10.
ad Lutium plancum.epiſtola.23
in hæc verba.in quo hanc capio
voluptatem, quòd certè quo ma
gis me petiuerunt, tanto maio-
rem his fruſtratio dolorem at-
tulit. idem colligitur ex Ennia-
nis verſibus Gellio referēte lib.
18. noctium atticarum. c. 2. &
Eraſmo chiliadis tertiæ centu-
ria.8. paræmia.7. in ſpē fruſtra
tam. & paræmia.36. fruſtratus
conatus.
112 Supponoitem dictionē hanc
(nomen) ſignificare tum debi-
tum, tum ipſum debitorem, ne-
gociatores enim in codice ſcri-
bunt nomina debitorum & cau
ſam, debitiq; titulū, accepti ex
penſiq; rationes. inde nomē ex
pūgere dicimus, ideſt debitum
delere. Britannicus in Iuuenalis
ſatira.7. qui venit ad dubiū grā
di cum codice nomen. Cicero
lib.7.in verrem. pagina.231. iſte
hominem arripi à tribunali, &
in carcerem cōjici iubet.ille cla-
mare cum raperetur: nihil ſemi-
ſerum



ſerum feciſſe: nihil commiſsiſſe:
pecuniam ſibi eſſe in nominib9:
numeratam in præſentia nō ha
bere.) Alciatus in. l. iuſtum. C.
de ædēdo. Budæus.in.l.1.in prin
cipio.ff.ad Macœdonianū. Cō-
nanus lib. 7. commentariorum
iuris ciuilis.c.2.nu.4. hæc dictio
(nominibus) qua Imperatores
vſi ſunt in.l.1.C.de conuen. fiſci
debit. in hac ſignificatione acci
pitur, vti docuit Alciat.in.l.no-
minis & rei. ff. de verb. ſignifi-
catio.
113 His ſic ſuppoſitis conſtituit.l.
penul.ne ij, qui fiſco debent ſuis
nominibus, ideſt accepti titulo,
fiſcum fruſtrentur, ideſt deci-
piant, ſubtrahantq; debita fiſca
lia delegatione debitorum, lex
enim non agit de his qui ſimul
fiſci debitores erant, vnde cum
de conſponſoribus non agat,
non eſt quare trahatur in cau-
ſam duorum reorum. Exploſſa
igitur Baldi opinione Bartoli
ſententia approbanda eſt, cui
fauet lex.61. Tauri.
114 Hæc tamen ſententia Bartoli
contrahi debet, vt tantum locū
habeat, in contractibus bonæ fi
dei, de quibus agit.l. vnde quæ-
ritur. non autem in cōtractibus
ſtricti iuris, quales ſunt fideiuſ-
ſio & ſtipulatio, nam ſi inito cō-
tractu ſtricti iuris inſolidū duo
obligentur, vnuſq; inſolidum
cōueniatur, qui vires ſubſtātiæ
alteri9 diſcuti petat ex eo, quòd
initi contractus commodum ad
alterius tātum vtilitatem ſit ver
ſum, licet ſuo periculo ſuiſq; ſum
ptibus id fieri poſtulet, audien-
dus non eſt, nec executio ſuſpē-
detur. Bal.l.1. C. de conue. fiſci.
debit. argumento ipſius legis,
quæ Baldi opinioni apprimè
fauet.
115 Ex hoc fit vt cum noſtra tem
peſtate ſcribarum vſu introdu-
ctum ſit, vt in omni contractu
ſtipulatio interponatur, in om-
niq; conuentione, ꝙ opinio Bar
toli quæ communiter approba
ta eſt, manet inutilis, ac ſine effe
ctu, cum ceſſet beneficium ex-
cuſsionis, limitabiturq; tex.l.61.
Tauri. quæ in ſecunda ſui parte
non poteſt ad praxim redduci.
Ea autē quæ latius ſcripta ſunt,
vt in compendium trahamus,
ex ijs quæ diſputata ſunt, appa-
ret, veram eſſe communem ſen-
tentiam, quæ habet, ꝙ ſi ea pecu
nia, quam quiſpiam mutuò acce
pit, vxorem filios vè pauerit, ſi
ipſe non ſit ſoluēdo, vxor filijq;
hoc nomine cōuenientur ea de
cauſa, ꝙ in eorum vtilitatem pe
cunia verſa ſit, quod ratione
æquitateq; naturali introductū
eſt, nequis cum alterius detrimē
to locupletior fiat.l.nam hoc na
tura. ff. de condi. indeb. vnde
quod cuiuſpiam eſt, ſi apud alte
rum deprehendatur, vēdicatur
ab eo, & domino reſtituitur. l.
hæc condictio. ff. de condictio.
indebiti. quod in propoſita quæ
ſtione ſumma cum ratione ſta-
tuendum eſt.
116 Hactenus tractatū eſt de his,
Q quæ

quæ maritus mulieri ſuæ darede-
bet, conſequens eſt agere de his,
quæ viro demortuo ſuperſtiti
vxori hæredes viri dare tenen-
tur. Id primò ſcire operæ pretiũ
erit, an hæredes mariti tenean-
tur viduam vxorem exhibere,
quo in facto multi articuli ſunt
proponẽdi: aut enim mulier va-
cuo eſt vẽtre, aut pleno, ſi vacuo,
aut petit alimẽta ab hæredibus
mariti ante dotem reſtitutã an-
nua die, aut petit alimenta ob
eam cauſam ꝙ vxor fuerit teſta
toris & paupertate laboret, ſi
petat alimenta ventris nomine,
ſunt alimenta conſtituenda. l. 1.
§. mulier autem. ff. de ventre in
poſſeſſ. mittend. quod fit fauore
illi9, qui eſt in vtero, eſt enim fa
uorabilior cauſa partus q̃ pue-
ri. l. 1. §. & generaliter. ff. de ven-
tre in poſſeſſ. mitten. nec hac de
cauſa hæredes dotis fructus ſibi
acquirent, quimimo mulieri re-
ſtituent, Bald. in. l. diuortio in
principio. ff. ſolut. matrimonio
verſiculo in ea gloſſa: quià alimẽ
ta quæ præſtantur, ipſi videtur
præſtari, qui eſt in vtero. l. cura-
tor. ff. de ventre in poſſeſſ. mit-
ten. Baldi pronũciatum appro-
bat Socynus in. l. diuortio, nu. 6.
Montaluus in. l. 1. titulo. 8. lib. 3.
fori. col. 2. verſiculo. item mulier
pregnans. Caſtillus in. l. 10. Tau
ri. §. alimentos. verſiculo nota
vnum ſingulare, paſsimq; ſcrip-
tores omnes recipiunt, quià cla
riſsimis iurè conſultorũ reſpon
ſis demonſtratur.

117 Si verò mulier petat alimen-
ta ſibi decerni ante dotem reſti
tutam annua die, ſi pauper ſit,
ali eam oportere ſcripſit Accur
ſius in. l. vnica. §. ex actio. C. de
rei vxoriæ actione. idem Accur
ſius ſcholio fin. in. l. penul. ff. vt
in poſſeſsio. legatorum. idem
Accurſius ſcholio. 1. in. l. diuor-
tio in principio. ff. ſolut. matri-
monio. vbi Bart. nu. 1. hanc par-
tem defendit, cui accedunt Bal
dus & Albericus ibi nu. 6. Pau-
lus Caſtrenſis. nu. 1. qui affirmat
hanc opinionem tenere omnes,
ſequitur Cuma. ibi nu. 1. Alexã.
nu. 18. Iaſſo. nu. 19. Socynus nu.
17. qui atteſtatur communi ſcri-
ptorum ſuffragio eam ſenten-
tiam approbatam eſſe. quam ap
probat ipſe Bart. in. l. vnica. §.
ex actio. C. de rei vxo. actione.
ſequitur. Bald. ibi Salicetus nu.
31. dicit hanc partem ſequi om-
nes. quam communiter obſerua
ri affirmat Albericus ibi. Pro
qua adducit. l. vbi ad huc. C. de
iure dotium. l. extraneo. ff. de
ventre in poſſe. mittend. hanc
opinionem ſequitur Boerius in
conſtitutionibus Bituricẽſsibus
titulo deſcoſtumes concernans
mariages. §. 4. fol. 62. Abb. in. c.
ſalubriter. de vſuris. nu. 6. Lam-
bertinus in tractatu iuris patro
natus lib. 3. q. 3. articulo. 6. nu. 9.
Campetius in tractatu de dote.
1. parte. q. 16. Abb. conſilio. 39.
nu. 1. lib. 2. hanc opinionem com
muniter approbari ſcripſit An
gelus in. §. fuerat. nu. 6. inſtitu.
e actio



de actionibus. cui accedit Iaſſo.
ibi, Bertrandus conſili. 304. nu.
4. lib. 1. illuſtriſsimus Couarru.
in tractatu de matrimo. 2. part.
c. 3. §. 9. nu. 9. Gregor. in. l. 7. titu
118 lo. 13. part. 7. Hæc opinio proce
dit ratione ſpeciali, quià licet di
latio quam lex debitori conceſ
ſit, vt debitũ exolueret, proſit
debitori. l. ſi conſtante. §. quo-
ties. ff. ſolut. matrimonio, non ta
men prodeſt debitori dotis, pro
pterea quià dos conſtituitur, vt
ex dotis fructibus alatur mulier
l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæ
uiſsimo. ff. ſolut. matrimonio.

119 Item hæc ſententia hoc argu
mento fulcitur, ꝙ hæredes mari
ti non debeant eſſe potioris cõ
ditionis q̃ ipſe teſtator. l. mari-
tum coniuncta lege ſequenti. ff.
ſolut. matrimonio, ſed maritus
qui dotis percepit fructus, cogi
tur vxorem exhibere. l. dotis fru
ctus. ff. de iure dotis ergò & hæ
redes cogẽtur. Item hæc opinio
ea ratione commendatur, ꝙ ma
ritus inops ali debet ex fructi-
bus bonorum, quæ in dotem cõ
ſtituta ſunt. l. maritum ſuprapo-
ſita. ſic ergò & vxor maiori ra-
tione aletur ex fructibus dotis
ab hæredibus viri, cum vir &
vxor eiſdem regulis dijudicen
tur. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut.
matrimo. hæc opinio crebrius
recepta eſt teſte Pinelo in. l. fin.
C. de bonis. mater. nu. 6. idem
prædixerat Decius in. l. de ali-
mentis. nu. 6. C. de tranſactioni-
bus.

120 Eamq; neruoſè defendit Cor
neus conſilio. 129. nu. 3. lib. 1. quæ
concluſio locum habet, quando
dos ipſi mulieri eſt reſtituenda,
non autem ſi ei qui pro muliere
dotem dedit, qui ſibi reddi ſti-
pulatus eſt, in quo caſu mariti
hæredes non tenentur viduam
alere, Aretinus conſilio. 97. ſe-
quitur additionator Socyni in
l. diuortio in principio nu. 16. ff.
ſolut. matrimonio.

121 Contrariam ſententiam quæ
habet, ꝙ hæredes mariti cogan
tur viduam vxorem exhibere, ſi
ue inops mulier ſit, ſiue diues de
fendit Guidò de ſuza in. l. vnica
§. ex actio. C. de rei. vxo. actione
cui accedit Albericus ibi. hæc
opinio probatur in. l. ſi cum do-
tem. §. ſin autem in ſæuiſsimo. ff.
ſolut. matrimonio, vbi Vlpian9
mulierem ex dote ali debere cõ
ſtituit, ergò dos onere alendi eſt
affecta, vnde ſequitur ꝙ ille, ad
quem dotis bona fuerint deuo-
luta, præſtabit alimenta. l. 2. ff.
de alimen. ciba. leg. ratio huius
ſententiæ eſt, quià cum ex dote
debeantur alimenta, nihil inte-
reſt mulier diues ſit, an inops vt
exhiberi debeat.

122 Secundò huius ſententiæ par
tes ea ratio fulcit, ꝙ hæredes ma
riti nõ debeant eſſe melioris cõ
ditionis q̃ ipſe maritus. l. mor-
tuo reo. ff. de fideiuſſoribus. l.
maritum. ff. ſolut. matrimonio
maritus autem onera matrimo-
nij ſuſtinere cogitur. l. dotis fru-
ctus. ff. de iure doti. l. fin. in prin
cipio.

cipio. ff. de doli exceptiōe. ergò hæredes mariti viduam alere cogentur ratione dotis non reſtitutæ.

121 Ex quibus deducitur veram eſſe ſententiam Petri in dicto. §. exactio. dicentis viduam neceſſariò alendam non eſſe ab hæredibus mariti intra annum doti reſtituendæ præſtitutū: ſed ſat eſſe ꝙ hæredes dotis partē mulieri reſtituant, quæ alendæ vxori ſufficiat, reliquæ partis, dum ipſi non reſtituunt, fructus percipient. l. ſi conſtante. §. quoties ff. ſolut. matrimonio, hoc thema Petri approbat Cynus in. l. vnica. §. ex actio. q. 6. C. de rei vxo. actione. quod ſatis poſſe ſuſtineri atteſtatur Alex. in. l. diuortio in principio. ff. ſolut. matrimo. nu. 18. vbi Iaſſon. nu. 19. ait hanc opinionē veriorē eſſe in pūcto iuris. Hæc verba Petri & Cyni non percipit Capitius deciſione. 24. nu. 6. qui contrariam ſententiam magis probat, exiſtimans hæredes non poſſe dare hanc dotis partem, ex cuius redditibus alatur mulier, ita vt quod datum ſit in dotem computetur.

123 Ea ſanè quæ Petrus tradidit, ex ijs quæ ſuprapoſuimus ſatis conſtant: ſuprapoſitisq; rationibus innitens Accurſius affirmat diuitem viduam ali non debere: Petrus autem & Guido de ſuza negant, qui iudicio meo aptius ſuam ſententiam deducunt ex propoſitis rationibus, ꝙ eliciat Accurſius, à quo non diuerto, propterea quod eius opinio ab ſcriptoribus approbata ſit, vſuq; recepta.

124 Id tamen ex re eſt, mariti hæredes, qui viduā teſtatoris vxorem alunt intra annum lugēdo viro præſtitutum, dotis fructus, qui eo anno percipiuntur, ſibi acquirere ratione præſtitæ alimoniæ, vti Baldus notat in. l. diuortio. in principio. ff. ſolut. matri. verſicu. in ea gloſſa. poſt Accurſium ibi. & Bart. nu. 2. quod ratione ſit, quià cū hæredes onere alendi grauentur, iure eis ſuccurſum eſt, & permiſſum vt fructus dotis ſibi acquirant, per regulam ſecūdum naturam. c. qui ſentit de regul. iuris lib. 6. l. pen. ff. vt in poſſeſsio. legatorū. tradit Alexan. nu. 16. in. l. diuortio. vbi reliqui interpretes annotarunt, Montaluus in. l. 1. titulo. 8. lib. 3. fori. Ioannes Luppus in Rubric. de donat. inter vir. & vxorem. §. 11. nu. 8. & 9. dominꝰ Couarruuias in lib. de matrim. 2. parte. c. 3. §. 9. nu. 10. Tellus in l. 30. Tauri. nu. 4.

125 Hinc fit, ꝙ ſi dotis fructus alēdæ mulieri non ſufficiant, hæredes non cogantur dare alimēta de ſuo, vti docet Iacobus Butricarius in. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxo. actiōe. per l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. & ciba. leg. quæ ſententia in pūcto iuris verior videtur, vt ſcribit Alex. in. l. diuortio. nu. 19. ff. ſolut. mat. aduerſus Bart. ibi nu. 5. qui



putauit hæredes teneri alimenta de ſuo dare, ſi dotis fructus nō ſufficiant, Bartoli tamē ſententiam dixit riguroſam eſſe Salicetus. in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxori. actione. & ſententiam Bartoli improbat Iaſſ. in. l. diuortio nu. 19.

125 Nec alimenta tantum hæredes mariti dabūt vxori intra annum lugendo viro à iure præſtitutū, ſed & veſtes lugubres, quià ſunt appēdices luctus & quaſi expenſæ funeris, vti ait Baldus in repertorio Innocēcij verbo maritus. ita ſentit Accurſius ſcholio finali in. l. ſi ex re domini. §. finali. ff. de ſtipulatione ſeruorū. ſequitur Ciſuentes in. l. 30. Tauri. nu. 3. & ibi Tellus. nu. 4. Ioannes Luppus in Rubri. de donatio. inter vir. & vxorem. §. 1. nu. 8. dominus Couarruuias in lib. de matrimonio. 2. parte. c. 3. §. 9. nu. 10. huic ſentētiæ accedit Bal. in dicta. l. ſi ex re domini, Romanus in auth. ex teſtamento. C. de collatio. in fin. qui ait ſe non reperire propoſitam quæſtionem ab aliquo tactam, ſed ſolum à domino Baldo in loco ſatis peregrino, ſcilicet in repetorio Innocentij. Angelus in. l. ſi ex re do domini. §. fi. qui ait, ꝙ ſi hæredes viduam alere tenentur, quià pregnans eſt, aut ratione dotis retētæ intra annū lugendo viro præſtitutū, tenentur etiam veſtes dare, quià appellatione victus continentur. l. verbo victus. ff. de verb. ſignifi. ſequitur Ioannes Imola in. l. penul. §. ſeruus verſi. quid autem de veſtibus. ff. ſolut. matrimonio, hanc ſententiam quæ habet, ꝙ in præfata ſpecie dentur veſtes lugubres vidit plures ſeruari Bertrandus. cōſilio 304. nu. 5. lib. 1. & ita ſeruat conſuetudo vti atteſtatur Bald. conſilio. 478. nu. 3. lib. 5.

126 Sed ſi hæredes non tenentur viduā alere, propterea quià dotem mulieri reſtituerunt, vtrum cogantur veſtes lugubres dare, quæſtionis eſt, in hoc articulo Angelus Romanus Ioānes Imola & Alexander ſcripſere ex cōſuetudine regionis apparere, an hæredes mariti teneantur veſtes lugubres viduæ dare, argumento eorum quæ notantur in. l. decreto. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur.

128 Sed an veſtes debeat mulier hæredibus reſtituere, quæri ſolet, præfati doctores dicunt, ꝙ veſtes, ſi precioſæ ſint, in honorem mariti cenſentur conceſſæ. l. ſicut certo. §. interdum. ff. commodati. has veſtes vidua retinebit, dum vidua permanſerit: per l. fin. C. de bonis maternis, ꝙ ſi veſtes parui emantur, quamuis alij mulier nubat, non reſtituet: quià videntur donatæ. l. vtrum ff. de donatio. inter vir. & vxo. cuius legis argumēto probatur hæc diſtinctio, tradit Bald. conſilio. 478. nu. 3. lib. 5. hanc diſtinctionem approbat Campetius in tractatu dotis. 2. parte. q. 56. quāuis eam improbet Alexāder

nullo firmiſsimo argumento du
ctus, cui accedit dominus Couar
128 ruuias in lib. de matrim.2.par.
c. 3. §.9. nu. 10. & quæ dicantur
veſtes quotidianæ docet Grego
rius in.l.23.titulo.11.part.4.

129 Id tamen ex re eſt, ꝙ ſi teſta-
tor veſtes lugubres nigras vxori
relinquat, debẽtur veſtes nigræ
præcioſæ, ſed ſi relinquat ſoro-
ri, extraneæ vè mulieri, quæ nu
pta ſit: quamuis relinquat veſtes
nigras, præſtari debent veſtes
ferruginei coloris, quià nuptam
veſtis nigra lugubris non decet.
Fulgoſius conſili.27. cui accedit
Additionator Alexandri in di-
cto.§.dos legata.nu.5.

130 Hæc ſententia, quæ habet, ꝙ
mariti hæredes lugubres veſtes
viduæ dare coguntur, non obti
net, ſi dos ipſa viduæ non ſit re-
ſtituenda, ſed illi qui dedit, qui
ſibi dotem reddi ſtipulatus eſt,
ita aduerſus Accurſium in. l. ſi
ex re.§.fin.ff.de ſtipulatione ſer
uorũ, defendit Frãciſcus Areti.
in.l.quod in vxorẽ. C. de nego.
geſt.per tex. ibi illis verbis (ad
quem dos reddit) hac de cauſa
maritus, quod in vxoris funus
impendit, repetet a ſocero, quià
dos ad ſocerum reuerſura erat.

131 Sed hæc Aretini ſententia fu
giẽda eſt, primò quià tex.l.quod
in vxorem loquitur in viro, qui
impendit in funus vxoris, vnde
trahi non debet ad veſtes lugu-
bres, quæ viduæ præſtantur,
qui verò propter funus impen-
dit, defuncti rem agit. l.1. ff. de
relig. & ſumptibus funerum.
ideo repetit ab hærede, veſtes
autem lugubres propterea vi-
duæ dantur, quià lugere debet
virum.l.liberorum.ff.de his qui
notantur infamia. in honorem
mariti præſtantur, & ideo vi-
dua emere non cogitur, ne aſli-
ctæ & hæc detur aſlictio. argu-
mento.l.diuus.ff. de officio præ
ſidis.

*Aduerſus Franciſcũ Aretinum*

132 Secundò aduerſus Franciſcũ,
Aretinum eſt tex. in. l. quod in
vxorem. ibi (quaſi recepturus)
impẽdit vir in funus vxoris ani-
mo repetendi ab hæredibus,
quià proteſtatus eſt, aut in ratio
nes ſuas reddidit, quam ob cau-
ſam repetere poteſt.l.Nẽſenius
ff.de nego.geſt.vnde fit, vt lege
ipſa, quam pro ſua ſententia ad
ducit Aretinus, eius ſententia
frangatur.

133 Ex ijs quæ traddita ſunt, col-
ligitur primò veram eſſe ſenten
tiam Baldi in auth.ei qui. C. de
bonis autho. iud. poſsiden. nu.
39. dicentis in poteſtate hære-
dis eſſe dotẽ reſtituere deducto
cõmodo medij temporis, aut vi
duã exhibere, quià cõmodũ me
dij tẽporis pertinet ad maritũ,
hæredesꝗ; eius.l.ſi cõſtãte.§.quo
ties.ff. ſolut.matrimo.ſed ſi mu-
lier bona non habeat, ex quibus
alimenta percipere valeat, id
ex dote ei præſtabitur, quod a-
lendæ mulieri ſat ſit. Hæc ſen-
tentia rationem habet, quià hoc
debetur ex natura rei, id eſt do
tis, cum certũ ſit ali vnũquemꝗ;
debere de proprio patrimonio,
dos autem proprium eſt patri-
monium mulieris.l.deniꝗ;.§.ſed
vtrum in prin.ff.de minori. Bal
di ſententiam approbat Alexã.
in.l. diuortio in principio nu.21
ff.ſolut.matrimonio, qui eam af
firmat eſſe veriorem.

134 Ex ijs quæ traddimus defluit,
viduam, ſi ſe aluerit eo tempo-
re, quo dos detinetur ab hære-
dibus mariti, ab eiſdem exigere
poſſe, quod in alimoniam ero-
gaſſet Bal. in. l. de alimentis. C.
de tranſactio.per tex. ibi in pri
mo reſpõſo.idem Bal. conſi.58.
nu.7.lib.2. ea ratione quià hære
des tenentur alere viduam pro
pter dotem retentam, ergò dos
ipſa eſt cauſa finalis præſtandæ
alimoniæ, quæ ſubſtituitur in lo
cum interuſurij, argumento. §.
ex actio & .l.cum vnus. §. fin. ff.
de alimen. & cib.leg.hinc fit, ꝙ
ſi mulier ſibi alimenta ſubmini-
ſtret, quod in alimenta eroga-
uit, repetere ab hæredibus ma-
riti poſsit.

135 Opinionẽ Baldi refellit [illegible]i-
lippus Decius in.l. de alim[illegible]tis
nu.6.C.de tranſactionibus.pro
ptereà quià.l. de alimentis, non
agit de alimentis quæ legis præ-
cepto debentur, ſed de ijs, quæ
debentur iure legati, quæ ſi præ
ſtita non ſint, petẽtur iure actio
nis. l. 1. C. de fideicommiſsis. in
ibiꝗ; annotauit Baldus, ea tamẽ
alimenta, quæ iuris decreto de-
bentur, petuntur iudicis officio
l.ſiquis à liberis.§.vtrum.ꝙ ſi ali
quo tẽporis ſpacio præſtita non
ſint, eoꝗ; tempore alimentarius
ea ſibi ſubminiſtrauerit, repete
re non poterit, Bart.in.l. liber-
tis quos.§.1.&.§.fi.ff. de alimen.
& cibar.legat.idem Bart.in.§. ſi
filius, iſta lege vbi ſcribemꝰ. ſen
tentiã Bartoli plures approbãt
quos aggregat Decius in.l.de ali
mẽ.nu.5.Iaſſ.col.fi. Alcia.pag.fi.

136 Hac de cauſa traddit Paulus
in.l.diuortio in princ.cautius eſ
ſe viduã viri hæredes interpella
re, ab eisꝗ; alimẽta petere, qui ſi
nec præſtiterint, & propter mo
ram æs alienũ mulier alimento-
rum nomine cõtraxiſſet, poterit
petere vt ſuis creditoribus viri
hæredes ſatisfaciãt. huic ſenten
tiæ acceſſere Alex. & Iaſſ. nu.6.
Decius.nu.6.in.l.de alimẽtis.idẽ
Iaſſ.in.l.diuortio.nu.21.Capitiꝰ.
deciſione.24. nu. 9. qua cautela
ſi mulier vtatur ſatis ſibi conſu-
lere nemo eſt qui non videat.

137 Sed opinionẽ Baldi dicentis,
quòd alimenta nõ præſtita mu-
lier poſsit repetere ab hæredi-
bus mariti, generaliter obtinere
atteſtatur Decius, quià dos mu-
lieri conſtituitur ad alimenta. l.
ſicũ dotem.§. ſin autem.ff. ſolut.
matrimonio. Secundum hanc
opinionem coſuluit Paulus Ca-
ſtrenſis conſilio. 8. qui ait obti-
nuiſſe per tres ſententias cõfor
mes.idem Paulus in dicto.§. ſin
autem in ſæuiſsimo.nu.3.

138 Vnde ſi mariti hæredes dotẽ
non reſtituant viduæ mulieri,
quæ ſe aluit, alimentorum æſti-

mationem refundent. Bald.conſilio.58.nu.2.ſequitur Bartholomeus Socinus conſilio. 121. nu. 47.lib.4. ratio huius ſententiæ eſt, quià alimenta in hoc caſu à lege dantur propter moram retardatæ dotis, ideo mulier ea petere poteſt. Bart.in.l.cũctos populos.C. de ſumma. trinitate & fide catholica.ſequitur Abb.cõſilio.39.nu.1.lib.2.

139 Ex qua ratione deducitur nõ poſſe mulierem renuntiare alimentis, quæ ex dote ei debẽtur, quià ſunt appendices matrimonij. Decius in.l.de alimentis.nu. 6.Iaſſ.in.l. cũ ij. in principio nu. 2.ff.de tranſactio.hoc ante ſcripſerat Bald.in.c.iurauit de probat.nu.6. quem ſequitur Coſta. in.l.cum tale.§.ſi arbitratu.limitatione.6.nu.12. ff. de condi. & demonſt. pro hac opinione adducit ſententiam Bernardi.in.c. literas de reſti. ſpoliat.eamq; dicit ſingularem eſſe pro hac parte. ſequitur Iaſſ. in.l.diuortio.in principio.nu.21. ff. ſolut.matri. hanc ſententiã vt ipſe exiſtimo, approbat Vlpianus in.l. ſi cum dotem.§.ſin autem.ff.ſolut.mat. vbi ait, quòd ſi maritus dotẽ diſſipet, dos ſequeſtranda eſt, vt ex dotis fructibus mulier alatur pactis dotalibus in ſuo ſtatu durãtibus: pacta dotalia firma eſſe cõſtituit, dũmodo mulier alatur.

140 Ex quibus colligitur veram eſſe ſententiam Gigantis in tracta.de penſionibus. q.52.nu.5. dicentis viduam, quæ ab hæredibus mariti non petijt alimenta propter dotem retentam, ius petendi ea ad hæredes tranſmittere. Hanc ſententiam inde colligit, quòd alimenta, quæ petuntur iure actionis, tranſmittuntur ad hæredes, præterita autem alimenta petuntur iure actionis. Bart.in.§.ſed ſi filius infra hac lege. approbant Iaſſ. & Soci. congeſti per Purpuratum in.l.1. ff. de iuriſdictione omniũ iudicum.nu.127. ergò tranſmittetur ius petendi alimenta non præſtita.

141 Quòd ſi inſtitutus hæres delatam ſibi hæreditatem non adierit, certa pecuniæ quantitas obſignabitur ad alimenta vxoris, vti declarauit ſuprema curia Pariſienſis anno à Chriſto nato. 1523. die vndecima Decẽbris, vt refert Rebuffus in cõſtitutiones regias thomo.1.carta.272. ſequitur Rupellanꝰ in inchiridione iuris Galliæ titulo mulier ex hæreditate.pag.251.

142 Dilucidè demonſtrauimus in t[illegible]mnes conſtare mariti hær[illegible]s teneri viduam alere intra annum, quo virum luget, acrius autem certant interpretes in dirimenda quæſtione, an generaliter & abſolutè hæredes viri teneantur alere viduam, dum in viduitate manet. & teneri author eſt Ricardus malumbrinus in. l. final. C. de bonis mat. per textum ibi. vbi apparet viduam dum in uiduitate eſt in eodem matrimonio intelligi per

manere



manere: maritus autem cogitur alere vxorem. l. ſi cum dotem.§. ſin autem in ſæuiſsimo. ff. ſolut. matrimonio.c.ſalubriter de vſuris.ergò & hæredes eius, qui de mortui perſonatum gerunt.l. mortuo reo.ff.de fideiuſſo.

143 Item adducitur pro hac parte.l.filij libertorum.§.1. ff.ad municipalem, qua lege conſtitutum eſt viduam mariti potiri priuilegijs, vt annotat Bart.in.l. fin. nume.2.C.de verb.ſig. quæ ſententia crebrius recepta eſt: vt atteſtatur Pinelus in.l. final. C. de bonis mat.nume.4. Orocius in l. fœminæ. ff. de ſenatoribus. nume.1. idem Orocius in.l. cum quædam puella nume.6.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.

144 Hæc doctrina obtinet ſiue priuilegia perſonam reſpiciant, ſiue patrimonium. l. medicos. C. de profeſſoribus & medicis lib. 10. inibiq; Accurſius notat ſcholio muneribus. ita videtur ſentire Otalora in tracta. de nobilitate. 4. parte principali. c. 8. nume.2. approbaturq; iure re-
)( gio.l.6.titul.2.lib.4.ordi. Vnde conſtat errare Lucam de pena. in. l. mulieres. C. de dig. lib. 12. qui exiſtimauit viduam ignobilem, quæ viro nobili nupſit, ad tributa teneri.

145 Secundò ex dicta.l.Regia ap-
)( paret non poſſe defendi diſtinctionem tradditam in propoſito à Pinelo in.l. fin. C. de bonis mat. numer. 4. qui ait viduam, quæ palam impudica eſt, nõ potiri honore aut priuilegio mariti, diuerſum tamen eſſe ſi ſecretò impudica ſit, quæ diſtinctio improbatur dicta. l.6. titulo. 2. lib.4.ordi.ibi (Y mantuuieron deſpues caſtidad) non enim caſta mulier eſt, quæ occultè peccat.l.1.titulo.19.part.7.

146 Quià ille caſtus dicitur, qui non coit, vt docet Seruius in verg.lib.6.car.quiq; ſacerdotes caſtidum vita maneret: explicat Seruius verba illa, (dũ uita maneret) id eſt, qui fuerunt caſti dũ in cõmunione vitæ verſarentur nã ij qui ſacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec vlla in his niſi miminũ cura remanebat, herbis etiam quibuſdam emaſculabantur: vnde iam coire non poterant. hæc Seruiꝰ. Ex quibus apparet eam fœminam caſtam dici, quæ venereis nexibus nulli implicatur. quæ caſtitas requiritur in fœmina.l.finali.C. quando mulier tutellæ officio fungi poſsit.ibi (iuramentum antea præſtet, quòd ad nuptias non perueniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſeruet.) ex qua conſtitutione declaratur. l. his ſolis. C.de reuo. donatio. quamuis Accurſius ibi ſcholio portentoſæ. de meretrice legem agere exiſtimet, ex cuius ſententia præſcriptam diſtinctionem deduxit Pinelus. Sed in ea quæ occultè peccat, lex obtinet: cum vilius luxurietur, quam ſi nubat. Sed mater ſecundò nubens

*Aduerſus Lucam de pena.*

*Aduerſus Pinelum.*

non

non reuocat factam filio dona-
tionem propter ingratitudinẽ,
ergò mater quæ alteri ꝙ marito
coniungitur, non reuocabit, cu-
ius libidinem, cum extra matri-
moniũ ſit, portentoſam lex vo-
cat. nec mirum hoc cum morte
æterna dignũ peccatum cõmit-
tat. clem. ad noſtrum. de hæret.
Quòd ſi mulier, quæ ſecretò pec
cat, viri honore corruſcaret,
quo abdicatur ea, quæ alteri nu
bit, melior eſſet conditio eius
quæ deliquit, aduerſus iuris re-
gulas. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter
vir. & vxor. ibi (ne melior ſit cõ
ditio eorũ qui deliquerũt) illa di
citur prodigioſa libido, quæ cõ
iugalis nõ eſt. Iuuenalis Satira. 6.

*Nupta Senatori comitata eſt Hippia ludũ*
*Ad farũ & nihim famoſaq; mænia lagui:*
*Prodigia & mores vrbis dãnãte Canoppo.*

147 Hippia quæ maritum reliquit
ſecuta virum vnum, dicitur eſſe
prodigioſæ libidinis. Huic opi-
nioni fauet doctrina Baldi cõſi.
207. lib. 4. dicentis mulierẽ, quæ
paſſa eſt ab aliquo amplecti ac
oſculari, impudicam dici, amit-
tereqꝫ legatum ſibi relictum ſub
cõditione ſi honeſtè & caſtè vi-
xerit. hanc ſententiam ſequitur
illuſtriſsimus dñus Couar. intra
cta. de mat. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 3. ſi ca
ſta hæc nõ eſt, nec caſta erit quæ
ſecretò cum viro, cui vxor non
ſit, corpus miſcet, quãdo ea, quæ
ſecundò nubit nec caſta dicatur:
vt teſtimonio Porciæ Catonis fi
liæ apparet, quæ cum apud eam
mulier quæ ſecundò nubſerat,
laudaretur, tacete, inquit, nam
neqꝫ fœlix neqꝫ benè morata aut
pudica eſſe poteſt fæmina, quæ
ſecundò nubit. refert Coraſius
lib. 3. miſcellane. c. 1. nu. 3. ea ſanè
quæ ſecundò nubit, non dicitur
caſtè viuere, quod attinet ad ma
ritũ. Bart. in. l. mulier. §. cũ pro-
poneretur. nu. 5. ff. ad trebell.
148 Adducit tertiò Ricardus pro
hac parte. l. cum ita. §. in fideicõ-
miſſo. ff. de legat. 2. & . l. agrum.
C. quando dies. leg. ced. quæ ad
rem non faciunt. Ricardi opi-
nionẽ approbant Cynus & Al-
ber. in. l. fin. C. de bonis mater.
& ibi Bald. nu. 1. qui ait ſenten-
tiam Ricardi obtinere, ſi vidua
inops ſit, quod approbat Pau-
lus in ibi. nu. 2. Fulgoſius nu. 2.
qui ait dictum Ricardi hoc mo-
do eleganter tẽperaſſe Baldum.
idem approbat Corneus nu. 3.
idem placet Paulo. l. diuortio in
principio. nn. 8. ff. ſolut. matri.
& Alex. inibi. nu. 27. Hipoli. l.
vni. C. de raptu virg. nu. 57.
149 Contrariam tamen ſenten-
tiam, quòd hæredes mariti non
cogãtur alere viduam inopem,
defendit Roma. l. diuortio in
principio. ff. ſolut. matrimonio,
cuius opinionem ſequitur Paul.
ibi, Cumanus in ibi. nu. 3. Aret.
nu. 4. Soci. nu. 17. Alexan. nu. 27
idem approbant Fulgoſius nu.
2. Corneus. nu. 4. l. fi. C. de bonis
mater. ea ratione quià viduæ in-
opi iure ſuccurſum ſit, vt ſtatu-
tum eſt. auth. præterea. C. vnde
vir.



vir. & vxor. vbi coniugi inopi
ſuperſtiti defertur quarta pars
bonorum demortui coniugis, ſi
tres pautiores vè reliquerit libe
ros, quòd ſi plures ſuccedit in vi
rilem portionem.
150 Secundò huic ſentẽtiæ fauet
ea ratio, quòd mulier mortuo vi
rò ſoluta ſit lege viri, eiqꝫ cõceſ-
ſa poteſtas eſt nubendi cum vo
luerit. c. pe. c. fi. de ſecund. nup.
ergò mariti hæredes non cogen
tur alere cum vices mortui mari
ti teneãt, obligatioqꝫ alendi vxo
rem qua maritus erat aſtrictus,
ipſius morte abrũpatur, ſoluta
qꝫ ſit. Tertiò huius ſentẽtiæ par
tes contra ſuperiorẽ defendit. l.
3. §. affinitates. ff. de poſtulando
dum lex ait. (affinitates non ac-
cipere debemus, quæ quondam
fuerunt, ſed præſentes) hanc le-
gẽ vrgere pro hac ſententia ſcri
pſit Pinelus. l. fi. C. de bonis ma-
ter nu. 8. Credo equidem Vlpia
ni ſententiã huic propoſitæ con
cluſioni aplicaſſe Pinelum ex ge
nerali quodam themate, quod
ex his verbis colligitur: præſen-
tes tantum affinitates conſidera
ri, nõ quæ fuere: quaſi velit, affi-
nitatem, quæ ex matrimonio de
ſcendit inter virũ & vxorem, ſo
luto matrimonio non cõſidera-
ri, indeqꝫ eſſe vt mariti hæredes
non cogãtur alere viduam, cum
morte viri finita ſit affinitas, ac
obligatio alendi, cui maritus vi
uus aſtrictus fuit. Sed in propo-
ſitã ſentẽtiam adduci nõ debuit
§. affinitatis. cum cõiuges affines
non ſint, ſed principium affini-
tatis. l. non facile. §. affines. ff. de
gradibus. Accurſius. in. §. affini
tatis. inſt. de nupt. Bald. in lege
vni. in principio nu. 1. C. vnde
vir & vxor. Tiraquell. tracta. de
vtroqꝫ retractu. titu. 1. §. 1. glo. 9.
nu. 39. quinimo ſunt vna caro.
c. debitum. de bigamis. Quòd ſi
ſupponatur, vt ex matrimonio
naſcatur affinitas inter cõiuges,
durabit hæc ſoluto matrimonio
l. fi. C. de bonis mater. cuius legis
deciſionẽ pro hac parte non pẽ
ſitauit Pinelus ibi, ſed legem ter
tiam. §. affinitates. benè expen-
dit contrahens eius deciſionem
& dilatans Tiraq. in tracta. de
ceſſante cauſa. 1. par. nu. 27.
151 Quartò huius ſententiæ par-
tes fulcit ratio, ꝙ lege non pro-
betur hæc opinio, nec res tanti
ponderis futilioribus innani-
buſqꝫ argumentis in graue dam
num hæredum ſit conſtituenda
l. illam. C. de collat. auth. de triẽ-
te & ſemiſſe. §. conſideremus.
Huic ſententiæ non obſtat. l. fi.
C. de bonis mater. quæ obtinet
in priuilegijs, quibus vt potia-
tur vidua, intelligitur perſeuera
re in eodem matrimonio, vti
ſentit Aretinus ſupra & reliqui
interpretantur. hæc tamen præ-
dictæ legi non quadrant, quæ de
marito agit, qui vxoris priuile-
gijs non curruſcat.
152 Vnde explorare oportet, quæ
ſit intentio & voluntas. l. fin. C.
de bonis mater. quæ ſentit vt in
terpretatur Accurſius in. l. vni.
§. ex

§.ex actio.C.derei.vxoriæ actio
nè.ꝙ quãuis matrimonium verè
morte viri aut mulieris dirima-
tur.l.1.ff.de diuort. iuris tamẽ fi
ctiõe intelligitur durare illo an-
no quo diſſoluitur,ſequitur loã.
Luppus. in tub.de donat. inter
vir.& vxor. §.11. nu.5.quam in-
terpretationẽ verba generalia
legis non admittunt,vt benè cõ
ſiderat Pinelus ibi.

153 Ego autem conſidero,ꝙlicet
verè morte alterius coniugũ di-
rimatur matrimonium , tamen
fictione iuris ſuperſtes dum nõ
nubit,in eodẽ matrimonio per-
manere intelligitur : ſed in hoc
caſu onera matrimonij ceſſãt,vt
benè cõſiderauit Bal. in.l.quod
in vxorẽ.nu.1. C.de negot. geſt.
Sequitur Corne9.ibi.nu.2.onus
enim matrimonij in alẽda ipſa
vxore & familia conſiſtit. l. do-
tis fructus.ff.de iure dotiũ. l.25.
titu.11.par.4.mulierecꝫ diẽ fun-
cta maritus hoc onere liberatur:
inde fit vt eam de ſuo ſepelire nõ
teneatur.l.ſi pro rata.ff. de reli-
gioſis,& ſumptibus fune.Id au-
tem quod in vero matrimonio
conſtitutum eſt, non ſibi locum
vẽdicat in ficto legis cõmento.
argumento. l. fideicõmiſſum. ff.
de cõd.& demõſt. tradit Tiraq.
in tracta. de ceſſante cauſa. 1. p.
nu. 33. vnde apparet ſuperſtitẽ
coniugẽ alere non debere hære
des præmortui viri ꝗuis ex. d.
l.fin.deduxerint multi,quos ſu-
pra poſuimus.

154 Nec huic interpretationi ob
ſtat opinio , quæ habet,ꝙ vxor
quæ vidua manet, potitur priui
legijs viri,ſicuti cõſtante matri-
monio fruebatur.l.filij libertorũ
§.1.ff.ad munici, quià hoc conce
dunt leges in memoriam digni-
tatis,quam vxor nubendo viro
nobili adepta eſt: qua dignitate
exuta mulier , dignitatis potie-
tur priuilegijs.l.de decurione.ff.
de decurio. quæſita enim digni-
tas ex matrimonio nõ debet au
ferri propter mortem mariti. l.
filiam.ff.de Senatorib9. quibus
apparet id quod à iure conſtitu
tum eſt in vero matrimonio,nõ
obtinere in ficto , nec ali vxorẽ
ſuperſtitem debere ab hæredi-
bus demortui cõiugis.multa pri
uilegia quæ propter reliquias pri
ſtinæ dignitatis conceſſa ſunt,
aggregat Tiraquell.in tract. de
ceſſante cauſa.limitatione 15.

155 Sed id dixerim, eam ob cau-
ſam quòd coniux ſuperſtes per
manere intelligitur in priori ma
trimonio,ne in eius iniuriam in
fælix mendicare cogatur,quar-
tam ei cõfeſsiſſe auth. præterea.
C.vnde vir.& vxor. cui obliga-
tioni ſi quis ſatisfecerit,liberabi
tur alendi onere,argumẽto tex.
in principio inſti.quibus modis
tollitur obligatio.cum in alimẽ-
torum locum ſubſtituatur quar
ta, quæ coniugi ſuperſtiti datur
paupertate laboranti,nec quid
amplius habebit de bonis con-
iugis,vt probatur in auth. præ-
terea in fine ibi ( & imputabi-
tur legatum in hãc portionem)
quæ



quæ colliguntur ex.l.7. tiulo.13.
part. 6. inibicꝫ Gregorius an-
notat ſcholio. non dexaſſe , &
hæc opinio,quæ habet,quod hæ
redes mariti inopem viduã ale-
re non cogãtur,vſu obſeruatur
teſte Pinelo.in.l.fi.de bonis mat.
nu.8.

156 Vtrum autem in eo caſu, quo
mulier alenda eſt ab hæredibus
mariti,ſi ſe exhibeat, poſsit pe-
tere quòd in alimenta erogauit,
traddit Bar.in.l.libertis quos.§.
1.ff.de alimen.& cibar.legat.qui
in propoſito diſtinguit , eamcꝫ
diſtinctionem dicit eſſe pulchrã
Alex.in.l.diuortio.nu.29.ff. ſo-
lut.matrimonio.

157 Quæri autẽ ſolet, vtrũ vxor,
quam hæredes mariti intra an-
num doti reſtituendæ præſtitu-
tum alere tenẽtur,præſtare ope
ras debeat mariti hæredibus ,
qui ei alimenta ſubminiſtrant,
& debere eam operas præſtare
ſcripſit Accurſius in. l. ſicut pa-
tronus.ff. de operis libertorum
ratio huius ſentẽtiæ eſt: quià illi
à quo quiſpiam exhibetur , de-
bet operas præſtare : vidua in-
tra annum reſtituẽdæ doti præ
ſtitutum alitur ab hæredib9 ma
riti, Accurſi9 in.l.vni.§.ex actio
in fin.C.de rei.vxori.actione.er
gò hæredibus operas præſtabit
argumento.l.ſicut patronus.vbi
apparet vxorem , quæ à marito
alitur,ipſi marito operas præſta
re teneri:ergò & viri hæredibus
vidua præſtabit, cũ procedat ar
gumẽtũ de marito ad hæredes,
l.omnẽ.C.de bonis.mat.traddit
Bal.in.l.vxorẽ.C.de cõditio.in-
fertis.ſequitur. Alex.in.l.diuor-
tio.in princi.nu.30.ff.ſolut.mat.
Accurſij opinioni aſtipulatur
Bar.in.l.Caio.§.Imperator.nu.3
ff.de alimẽ.& ciba.legat.Alber.
in.l.vni.§.ex actio. C.de rei vxo
riæ actiõe.Bal.in.l.1.C. de legat.
nu.7.& ibi Sal.nu.3.Paul.Caſtrẽ
ſis in.l.diuortio.in princi.nu.10.
ff.ſolut.mat.Corneus in.l.de ali
mẽtis.nu.2.C.de trãſactio.Barb.
in additione ad Bal. l. ſi vxorẽ.

158 C.de cond.inſert.nu.6.quæ ſen
tẽtia,vt docet ipſe Barb.cõſilio
63.lib.2.obtinet in omni opere,
in quo artifex eſt mulier , debet
enim coquinariã facere,texere,
filare & id genus alia,quod hæ-
redum lucro cedet, nõ ſuo. hoc
prædixerat Paulus ſupra,quod
iterũ declarat Ang.in.§. fuerat.
nu.6.inſt.de actio.ſi eius cõditio
nis eſſet mulier , quæ ſolita eſſet
huiuſmodi operas viro præſtare,
non autẽ ſi nec viro præſtitiſſet,
quià eius hæredibus nõ præſta-
bit,intra quos fines cõcluſit gene
ralẽ & abſolutam Accurſij opi-
nionem, quam ſequutus eſt Iaſſ.
in.dicto.§.fuerat.

159 Sequitur Accurſij ſentẽtiam
Angel. de Gambelionibus tra-
ctatu.de teſtamẽtis.glo.45.nu.1.
Capitius deciſione.24.nu.10. &
in ſpecie de qua agit Accurſius
in.l.ſicut patronus.ſcilicet quan
do mulier ab hæredibus viri in
tra annum à iure præſtitutũ do
ti reſtituẽdæ, obtinere Accurſij
ſenten

ſententiã dicunt: nõ autem ſi hæredes alerẽt teſtatoris præcepto alimenta vxori legãtis apud hæredes, quibus mulier non præſtabit operas. argumẽto. l. libertis quos. §. 1. ff. de alimẽ. & cibar legat. Bart. l. diuortio in principio. nu. 3. ff. ſolut. matri. quæ diſtinctio crebrius recepta eſt, vt atteſtatur Hiero. Gratus conſil. 87. nu. 23. lib. 2.

160 Contrariam ſententiã defendit ipſe Bar. l. Caio. §. Imperator nu. 3. ff. de alimẽ. & cibar. legat. qui ait viduã eo anno quo alitur ab heredibus viri ipſis hæredibus nõ debere præſtare operas artificiales, ſed tantũ officiales, vt lectũ ſternere, mẽſam parare, comes ſequi & ſimilia facere, pẽſa autẽ ducet nõ hæredum lucro ſed ſuo, ſibiq; cedet emolumentũ cuiuſcũq; artificialis operæ, vti Baldus notat. in. l. 1. C. de legat. nu. 7. qui has officiales operas propterea dicit mulierẽ præſtare debere, quià ſtare in domo hæredum nõ debet tanquam cadauer, ne oneroſa ſit alẽti. argumẽto. c. de lapſis 16. q. 6. quæ ſententia depromitur ex. l. illis libertis verſi. obſequio. ff. de condi. & demõſt. ſequitur hãc Baldi ſententiã Paul. Caſt. l. diuortio in principio. nu. 10. ff. ſolut. mat. Ioann. Luppus in. c. per veſtras. de donat. inter. vir. & vxor. not. 3. §. 23 nu. 11. Quæ opinio obtinet, ſi mulieri ſalua dignitate has operas præſtare liceat, vti explicat Caſtrenſis. Et hanc ſentẽtiã, quæ habet, quòd officiales operas, præſtare debeat mulier mariti hæredibus, nõ artificiales, approbat Sal. l. 1. C. de legat. nu. 3. Alex. cõſilio. 3. & conſili. 56. nu. 8. lib. 4. Corneus conſi. 184. nu. 10. lib. 3. idẽ Corneus. cõſi. 129. nu. 13. lib. 1 Mõtaluus. l. 1. titulo. 8. lib. 3. fori. col. 3. Caſtillus. in. l. 16. Tau. parte alguna coſa. Carolus Ruinus conſi. 35. nu. 8. lib. 2. Alcia. conſi. 243. nu. 2. Emilianus. conſi. 146. nu. 13. hanc dicit receptã eſſe ſenſentiã Paul. de mõte pico. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. nu. 162. ff. de legat. 2. bisq; atteſtatur hanc eſſe opinionem cõmunem Bertrãdus. conſi. 147. nu. 3. & in conſilio. 163. lib. 1.

161 Hæc controuerſia ſeu potius pugna interpretũ quomodo ſtare poteſt ſine dãno rèipublicæ? quis erit tam ferreus qui nõ doleat vicẽ iuris ciuilis, quòd iam pondere ſuo nutat. Accurſij ſententiam in. l. ſicut patronus. affirmãtis mulierem debere præſtare artificiales operas cõſtat non poſſe defendi, ex ijs quæ ſcripſimus, cũ de operis egimus, quas mulier marito præſtare tenetur ſupra. nu. 22. definimus enim artificiales non debere, idem ergò in propoſito conſtituemus, cum de viro ad eius hæredes in hac quæſtione procedatur, vt ſuprascripſimꝰ, quod argumẽtũ ſine iudicio ſunt qui de promũt ex. l. omnem. C. de bonis mater. Quimimo hæc ſententia, quæ habet, quòd procedere permiſſum ſit de

ſit de marito ad mariti hæredes, refellitur iure conſulti Pauli reſponſo in. l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. ſolut. matr. quo oſtenditur viro in vxorem maiorẽ eſſe conceſſam poteſtatẽ, quam viri hæredibus: viro autem non debet artificiales operas mulier, ergò nec viri hæredibꝰ. argumentũq; hoc non procedere de marito ad mariti hæredes oſtendit Iaſſ. in. l. diuortio. in principio nu. 25. ff. ſolut. matrimonio.

162 Nec admittẽda eſt in hac ſpecie diſtinctio illa, quam cõſtituit Bart. in. l. diuortio. in principio nu. 3. eamq; dixit cõmuniter receptam eſſe Gratus: vtrum legis præcepto alatur mulier an teſtatoris, vt ſi legis præcepto, præſtet operas artificiales viri hæredibus, ſi teſtatoris iuſſu officiales. nihil enim intereſt alatur mulier ab hæredibus mariti præcepto legis, an hominis cum non alatur iure ſanguinis, ſed ratione retentæ dotis, cuiꝰ emolumẽtum cum hæredum lucro cedat, cogũtur viduã alere, vti annotauit. Bal. l. diuortio in principio verſ. in ea glo. ff. ſolut. mat. ſequitur Alex. ibi nu. 16. Montal. l. 1. titulo. 8. lib. 3. fori. col. 2. ſit enim hoc ſecundum naturam, vt ali debeat mulier ab hæredibus viri, quià dotis fructus percipiũt. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. ſi hæredes nihil mulieri de ſuo dant, quomodo illis tenetur mulier operas præſtare? l. ab eo C. de fideicõmiſsis. cum ex ſimili cauſa lex cuippiã emolumẽtum defert, vt in hac ſpecie defert alimẽta mulieri cauſa dotis retentæ, ille qui alit nihil dat, quià nõ ſuo ſed legis iudicio dat, inde q; fit, vt onus imponere mulieri nõ poſsit. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. vnde nec officiales operas præſtare mulierem debere liquidò apparet.

163 Quid autẽ illud eſt, quod Baldꝰ ait, propterea mulierẽ debere præſtare operas officiales, quià nõ debet ille, qui domi alitur, ſtare ſicut cadauer: cũ ſi hoc altor moleſtè ferat, poſsit alimẽta præbere in domo diſcreta, hãc ſentẽtiã in eo locũ habere, qui teſtatoris præcepto domi ali debet, vt altori officiales operas non præſtet, cõtra Baldi ſentẽtiã affirmat Iaſſ. l. 1. C. de legatis. nu. 1.

164 Ex hoc deriuatur cõcinnè verèq; ſcripſiſſe Rebuffũ tractatu cõgruæ portionis. q. 12. nu. 99. vicariũ officiales operas nõ debere patrono, cũ alatur cauſa miniſterij, quod diuinis rebꝰ præſtat.

165 Hæc autẽ de muliere ſcripſimꝰ quæ ab hæredibus mariti alitur cauſa dotis retẽtæ legis autoritate, conſequẽs erit tractare, quid ſit definiẽdũ ſi mariti iuſſu ali debeat, quià alimẽta vir vxori legauit, in qua facti ſpecie multa ſũt cõſideranda. Solẽt enim mariti moriẽtes infælicitatẽ vxorũ nõ ſpernere, quibus ſuccurrũt auxilio indigẽtibus in memoriã matrimonij, præcipiunt filijs ſcriptis hæredibꝰ, vt ſolitũ honorem matri

matri reddãt, reuerentiãq; exhi
beãt, magnificè tractẽt, vti viuo
marito tractabant. quale quan-
tũq; ſit onus, quo teſtator hæc im
perãs hæredes afficiat, quæri ſo
let. Bal. l. 1. C. de legatis. nu. 12. ait,
honorem matri à filijs exhiben-
dum, ſed veſtimenta præſtãda,
quæ viduali congruant honeſta
ti. argumento. l. quidam cum fi-
lium. ff. de verb. oblig. non erũt
prætioſa auro gemmiſq; diſtin
cta, cum verba accipi debeant
ſecundum ordinem ac gradum
cuiuſq;. argumento. l. ſi quid. §.
ſufficienter. ff. de vſufructu. l. ple
num. §. æquitij. ff. de vſu & habit
c. & ſi quæſtiones de ſimonia.
quod caput ad hoc commendat
Gomeſius. c. ſtatutum. nu. 8. de
reſcrip. lib. 6. l. pe. in principio.
166 ff. de alimẽ. & cibar. legat. Idẽ
delecto dicendum eſt, quod ex
moli pluma non erit, nec bom-
bycinum, ſed triſte & lugubre,
vti notat Iacob. de Arenis. l. ſi
vxori. §. fin. ff. de auro & argen.
legat. quæ ſententia benè depro
mitur ex. l. fin. verſ. ſi. ff. de actio.
& oblig. ad hæc verba (reſpon-
di, ex perſonis cauſiſq; eum cu-
ius notio ſit: æſtimaturũ an actio
dãda ſit.) huius legis argumẽto.
Iacobi opinionẽ ſequitur. Bald.
l. plenum. §. æquitij. ff. de vſu. &
habit. cui accedit Iaſſ. l. 1. C. de le
gat. nu. 6. Paul. de monte. l. titia
cum teſtamento. §. titia cum nu-
beret. nu. 160. ff. de leg. 2.
167 Hæc inferuntur ad quæſtio-
nem, quæ paucis ab hinc diebus
exorta fuit, non tamen in iudi-
cium deducta, quam ob cauſam
iudicum calculo nõ eſt definita:
Accidit enim inter principes vi
ros, qui honeſtius ſibi conſulere
iudicarunt bonam fortunarum
partem fratris vxori dimittere,
quam ex ea re aduerſus eam liti
gare. Vir ſummo loco natꝰ vxo
rem duxit illuſtri ſanguine pro-
creatam prædiuitem quidẽ, du-
centis ferè ducatorum millibus
adæreta prædia fuere, quæ indo
tem dederat. maritus ſine liberis
vita deceſsit, vxoriq; his verbis
legauit: ex ſupellectili mea ca-
piat ſibi vxor, quæ velit, mortuo
viro mulier, (quæ illarũ eſt aua-
ritia, vt Accurſius docet. ſcholio
fin. l. ſi ſtipulata. ff. de verb. o-
blig.) quæcumq; in vniuerſa ſu
pellectili præcioſa erant, legato
contineri dixit, lecta ſerica ſeg-
mentata, equorum ſellas argen
to auroque fulgentes, virilia or-
namenta aurea, enſem, armaq;
auro diſtincta, & quidquid præ
tioſum erat ſibi aſcripſit. hæres
autem ſcriptus hæc legato conti
neri negabat, ſed eligere eam
debere ex vniuerſa ſupellectili,
quæ viduæ gradui ac ordini cõ-
uenirent, aſſerebatq; arbitrium
mulieris non eſſe æquum, eamq;
fuiſſe mariti volũtatem abitrio
vxoris ſupellectilia ſubſtituẽtis,
vt vxor rectè arbitraretur: nec
ſumeret immodicum, aptè con-
cinèq; hæredem dicere apparet
ſuprapoſsitis argumẽtis: quibus
cõſtat verba accipi debere ſecũ
dum



dum ordinẽ & gradum cuiuſq;
ad hæcq; arbitrium mulieri à vi
ro datum contrahi debere, non
autẽ in immẽſum dilatari. Hæc
opinio hæredis aduerſus mulie
rem probatur iure aperto in. l.
ſi libertus ita iurauerit. ff. de ope
ris. libert. quam explicat Cõna-
nus lib. 2. commentari. iuris ciui
lis. c. 8. verba legis hæc ſunt (ſi li
bertus ita iurauerit dare ſe tot
operas, quod patronus arbitra-
tus ſit: non aliter ratum eſt arbi
trium patroni, quam ſi æquum
arbitratus ſit. & ferè ea mens eſt
perſonam arbitrio ſubſtituen-
tium, vt quià ſperent eam rectè
arbitraturam, id faciant: non
quià vel immodicè obligari ve-
lint.) hac lege inſtructus iudex
ſtatuet arbitrium mulieri con-
ceſſum intra certos terminos cõ
cludi debere, vt capiat mulier
ea dũtaxat, quæ viduæ cõgruãt
honeſtati, vti depromitut ex. l.
plenum. §. æquitij. ff. de vſu & ha
bit. vbi apparet legatum genera
le contrahi debere ſecundũ qua
litatem perſonæ legatarij, & in
ſpecie legati viduæ relicti: notat
Bal. l. 1. C. de fideicõmiſsis. nu. 5.
approbatur communiter vt cõ-
ſtat ex Tiraquello in. l. boues.
§. hoc ſermone limitatiõe. 2. nu.
2. nec hæc immodicè arbitrabi-
tur ſed neceſſaria accipiet, quod
iudex æſtimabit perpenſa mari
tali affectione, & ſtatu mulieris,
& vtrum liberatio ex legato na
ſcatur, ab hæredis mariti onus
& obligatio. argumẽ. l. Aurelius
§. Titius teſtamento. ff. de libera
tione legata, vbi ex coniecturis
res definienda eſt.
168 Quæ theorica aptè depromi
tur ex his, qnæ doctores traddi
dere in ſimili ſpecie legati, quan
do maritus moriens teſtamento
cauit velle ſe vxorem dominam
haberi, maſſariã, & vſufructua-
riam, vt hæc intelligamus, ſup-
ponendum eſt: dictionem (maſ-
ſariam) barbaram eſſe, idemꝙ
ſignificare quod latinè ſupellex
Bar. in. l. 1. ff. de ſupellectili lega
ta, Abb. conſilio. 88. nu. 2. lib. 2.
Iaſſ. in. l. ſi quis in fundi vocabulo
nu. 27. ff. de legat. 1. atteſtantur.
Bal. Angel. & omnes Itali docto
res. vnde prædictis legati verbis
teſtatorem vxori relinquere vo
luiſſe vſumfructum, ſi filios non
habeat, ꝙ ſi filios habuerit tan-
tum alimẽta, traddit Accurſius
ſcholio. fin. in auth. hoc locum.
C. ſi ſecundò nubſerit mulier &
ibi Bart. nu 8. idem Bart. in. l. ti-
tia. §. titia. nu. 3. ff. de legatis. 2.
qui ait hoc conſuetudine intro-
ductum eſſe in omnibus Italiæ
regionibus, ſequitur Petrus Pe-
ralta ibi nu. 21. idem Bart. conſi.
9. lib. 1. vbi additionator plures
refert. idem Bart. conſi. 33. nu. 2.
lib. 1. ſequitur Paulus Caſt. in di
cto. §. titia. nu. 1. Alexan. in. l. & ſi
contra. nu. 7. ff. de vulgari & pu
pillari. idem Bart. conſilio. 170.
lib. 1. Paulus Caſt. cõſilio. 21. lib. 1.
Alexan. conſilio. 19. lib. 4. Cor-
neus conſilio. 5. lib. 1. ſequuntur
quam plurimi, quos aggregat

Iaſſ. in. l. cum ij. §. ſi in ſingulos. nu. 4. ff. de tranſactio. Ioannes Crotus. conſi. 67. nu. 1. Coraſius in. l. ſi pro parte. nu. 6. ff. de ſeruitutib9. Tira. in. l. 10. cōnub. n. 6.

169 Nam verbo dominæ non dominium vxori relinqui, ſed honorem reuerentiamꝗ demonſtrari, quam vxori ab hæredib9 exhiberi maritus velit, crebrior ſententia eſt. per. l. 1. ff. rerum amotarum. l. 1. §. ſi vir. ff. ad Syllanianum. traddit Oroſcius. in. l. cum ij. §. ſi in ſingulos. nu. 2. quibus apparet verba generalia teſtatoris legantis vxori contrahi debere ex ipſius legantis voluntate: ex conſuetudine, ex cauſa, ex alijsꝗ coniecturis, vti iudici ſederit penſatis his, quæ ſupra poſuimus.

Aduerſus Bald.

170 Ex quibus colligitur non poſſe defendi ſententiam Baldi in. l. fin. nu. 8. C. de indicta viduitate tollenda, dicentis vxori, cui maritus reliquit habitationem cum filijs, alimenta eſſe præſtanda. ſequitur Natta conſilio. 379. nu. 9. et alij infra nu. 216. Ang. de Gābelionibus in tractatu de teſta. glo. 46. nu. 9. qui pro hac parte adducit tex. in. l. in rebus. §. poſt. ff. cōmodati. Hanc opinionem inani futilicꝗ argumētatione defendit Bal. quià legati verba non ſonant id, quod ipſe docet; nec ex his verbis depromitur, eam fuiſſe mentem proferētis, cum in ampliando alimentorum legato verborū vis penſitāda ſit, quibus legātis volūtas declaratur. l. alimēta. §. Baſilicæ. ff. de alimen. & cibar. legat. ſententiam Bal. frāgit Vlpiani reſponſum. in. l. cibarijs. ff. de alimē. & cibar. legat. his verbis (cibarijs legatis habitationē non deberi) quià de cibo tantum teſtator ſenſit, cum cibaria legaſſet. quomodo igitur habitatione legata dicemus teſtatorē voluiſſe & alimēta legare ex eo, quod habitationem vxori cum filijs reliquerit: quāuis Baldus dicat his verbis, quæ propoſita ſunt, iniuctā eſſe matri filiorū curam. l. ſed ſi hoc. §. fi. ff. de cond. & demonſt. explicat Coſta in. l. cum tale. §. ſi arbitratu. limitatiōe. 8. nu. 5. ff. de cōdi. & demōſt. ſed hæc cura & adminiſtratio filiorum quāuis fuiſſet cauſa legati, efficere non poteſt, vt legata habitatione alimēta debeantur, niſi hoc exprimat teſtator. l. Seio amico. ff. de annuis legatis. quam legē benè declarat Ioā. Oroſcius. in. l. fi. ff. de officio aſſeſſorū. nu. 14. ſed ſi alimēta ſimpliciter fuiſſent relicta, hæc cura filiorum & adminiſtratio nō præſumeretur fuiſſe cauſa legati, vti Accurſius notat. l. Cayo. ff. de alim. & cibar. legat. inibicꝗ approbat Bart. traddit latè Ruinus cōſil. 38. nu. 4. lib. 2.

171 Vnde quamuis ceſſet adminiſtratio, quià ſimpliciter fuere alimenta legata præſtari debent. l. illis libertis. ff. de cōd. & demōſt. l. 1. C. de legat. in cuius legis ſpecie id annotandū eſt, quòd ſi teſtator vxori legaſſet alimenta ſi cum ſi cum filijs moraretur, morari cum filijs debet, vt alimenta debeantur: quod plures affirmant congeſti à Paulo de monte Pico l. titia cum teſtamento. §. titia cū nuberet. nu. 159. ff. de lega. 2. Sed in propoſita ſpecie alimentorū legatum nō deberi ſcripſit Bar. l. mutianæ. nu. 3. ff. de cond. & demonſt. qui ea ratione innititur, quià licet huic legato conditio inſit affirmatiua, vt debeatur alimētorum legatum ſi cum filijs nō diuertat, vnde Mutiana cautio interponi debet, vt alimenta præſtentur. Sententiam Bartoli approbant Imola & Cumanus. ibi ſequitur Iaſſ. l. ſiue apud acta. nu. 20. C. de tranſactio. qui ait. l. titio fundus. ff. de condi. & demonſt. qua Bart. ſuam ſententiam defendit nihil ei opitulari.

ratio, quæ habet, ꝙ ſi dotis fru-
ctus



ctus non ſufficiant ad alimenta,
ſupplere vir tenetur de proprijs
facultatibus, vt alibi diximus:
ergò ſi fructus ſuperſint de pa-
ſta familia, marito reſtituen-
tur. argumento. l. ſecundum na-
turam. ff. de regu. iuris. ſic argu
mentatur Alexand. l. ſi conſtan
te. nume. 38. ff. ſolut. matrimon.

276 Item hæc ſententia cōmenda
tur conſtitutione. l. pro oneribus
C. de iure dot. qua oſtenditur
dotis fructus mariti lucro eſſe,
quos ſi viri permiſsione mulier
perceperit, in quantum locu-
pletior facta eſt, viro reſtituet.
qua lege apparet dotis fructus
viri eſſe: ergò nihil intereſt con-
ſumpſerit vir in alenda vxore
necne.

277 Contrariam opinionem, vt
dotis fructus qui conſumpti nō
fuerint depaſta familia, non de
beat vxor marito præſtare, de-
fendit Ioan. Cotrus in. l. ſi con-
ſtante. nu. 155. ff. ſolut. matri. qui
aduocat Ioan. Imolam pro hac
parte: Imola autem loquitur in
diuerſa ſpecie, ſcilicet quando
dos conſtante matrimonio mu-
lieri reſtituta eſt, quæ familiam
de fructibus dotis frugaliter alit,
dubitat Imola, an quod ſupereſt
viro quærat, nos autē loquimur,
quando dos eſt apud virum, do
ctores argumentis in vtraq; hac
ſpecie promiſcuè vtuntur.

278 Primò ſentētiam hanc fulcit.
l. ex annuo. ff. de donat. inter vir.
& vxor. qua lege oſtēditur mari
to licere dotis fructus vxori da-
re, vt ſe alat & ſuos, idē. l. mutus
§. manēte. ff. de iure dot. ergò do
tis fructus nō ſunt mariti quaſi
proprium patrimoniū, quia ſi eſ
ſent, nō valeret donatio. l. ſi ſpō
ſus. §. ſi maritus. ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. hoc verius, & a-
pertius demonſtrabimus.

279 Secundò fulcit has partes ſen
tentia, quæ habet, quòd mari-
tus alere cogitur vxorem, quam
ſine dote duxit, vt ſupra ſcripſi-
mus. traddit Bald. l. 1. C. de bo-
nis quæ lib. ea ratione, quià mu
lier debet eſſe in obſequio viri,
& alimentis obſequia & mini-
ſteria naturaliter compenſan-
tur. l. ſi id quod donatum. ff. de
donat. inter vir. & vxor. trad-
dit Romanus conſilio. 517. nu.
2. laboris enim opus, quod in
domo familiaq; gubernanda à
muliere exhibetur, magnifa-
ciunt iura, cum nō ſit minor vir
tus quæſita tueri, ꝙ quærere. ita
Xuarez. l. 1. titulo de las ganan-
ciās lib. 3. fori limitatione. 3. ſe-
quitur Gregor. ſcholio fin. l. 5.
titulo. 11. part. 4. quod ſi dote cō-
ſtituta nubat mulier, ſitq; in ob
ſequio viri, cum obſequijs & mi
niſterijs compenſentur alimen-
ta, dotis fructus poterit vxor
prodigere pro arbitrio ſuo, vt
depromitur ex ijs, quæ ſcripſit
Barb. in additione Bald. l. ſi vxo
rem. verſ. denuò quæro. C. de
cond. inſert. quæ ſententia fulci
tur ex ijs, quæ traddit Cynus,
quem ſequitur Bald. l. fin. nu. ſi.
ad ſi. C. de dotis promi. qui di-
cunt

cunt quòd maritus præſumptio
ne iuris creditur vxorem alere
magis ea decauſa, quòd ſit vxor,
quàm ratione dotis. quod tamẽ
reprobat inibi Romanus in ad
ditione, & benè vt teſtatur Lup
pus ſcholio frutos in. l. 25. titu-
lo. 11. part. 4.

280 Tertiò hanc partem defen-
dit. l. reſcriptum. §. 1. ff. de diſtra.
pigno. qua lege oſtẽditur, quòd
ſi dubium ſit, cuius commodo
debeat cedere emolumentum,
quod ex re aliqua percipitur,
æquius eſſe vt debitori profi-
ciat, quam vt creditoris lucro
cedat: maritus autem in re do-
tali creditor eſt, vxor debitrix,
dubitamus, quod ſupereſt fru-
ctuum poſt alitam familiam, cui
debeat proficere, & mulieris lu
cro cedere æquitas ſuadet ratio
ne ſupra ſcripta.

281 Quintò huic opinioni fauet.
l. plenum. ff. de vſu & habit. his
verbis. (non vſq; adcompen-
dium ſed ad vſum: non ad abu
ſum) quibus oſtenditur, eum
qui vſum habet, nec abuti re-
poſſe, cuius datus eſt vſus, nec
lucrum ex ea percipere, ſed id
tantum quod vſui neceſſarium
eſt: ergò idem de fructibus do-
tis conſtituemus, qui ad virum
pertinẽt, propterea quòd ſuſti-
neat onera matrimonij, vnde
apparet, quod conceſsi ſunt in
vſum: ergò nimirum ſi illis vti
liceat, non abuti, aut lucrum fa
cere, vnde fit, vt ſi quid ſuper fo
ret alita familia non cedet ma-
riti lucro.

282 Sextò huic opinioni fauet iu
ris conſtitutio, qua oſtenditur
vxorem & virum eſſe carnem
eandem. c. debitum de bigamis
notat Auiles ſcholio mugeres.
c. 1. correctorum nu. 9. hinc fit,
vt maritus & vxor non debeant
adimparia iudicari, Socinus. l.
diuortio. nume. 17. ff. ſolut. ma-
trimonio, argumento. l. alia. §.
eleganter. ff. eod. ſunt enim vir
& vxor ſocij humanæ rei & Di
uinæ domus. l. aduerſus. C. de
crimine expila. hæred. quam le-
gem pro hac parte plures addu
cunt. Auiles ſupra nume. 8. Mõ
taluus ſcholio. por medio. l. 1. ti-
tulo. 3. lib. 3. fori. Coraſius. l. fæ-
minæ. nume. 7. ff. de ſenatorib9
Bart. l. diuortio. §. interdum. ff.
ſoluto matrimonio nume. 4. in-
ibiq; Soci. nume. 17. Ioan. Lup-
pus in Rub. de donat. inter. §. 62.
nume. 9. quæ ſocietas rerum ma
riti quodam modo vxorem do-
minam facit. l. 1. ff. rerum amot.
vti inibi Accurſius notat ſcho-
lio ſocietas.

283 Ex eo enim quòd vir & vxor
ſimul habitent, negotia familiæ
gerant expenſis communibus,
ſocietatem coire videntur. l.
perceptione. ff. de his qui deie-
cer. vel efud. quià ſimpliciter co
eunt, eorum tãtum, quæ ex quæ
ſtu veniunt, ſocietatem coire vi
dẽtur. l. coire. ff. pro ſocio, quæ
iuris regula in cauſa fuit, vt iu-
re Regio conſtitueretur, quòd
lucri & quæſtus coniuges ſocij
eſſent.



eſſent. l. 1. titulo. 3. lib. 3. fori. l. 1.
titulo. 9. lib. 5. nouæ compila. tra
dit Ioann. Luppus dicto nu. 9.
Montaluus ſupra & Gregorius
ſcholio comunalmente. colu. 3.
in principio in. l. 55. titulo. 5.
part. 5.

284 Hæc ſententia iure Regio ob
tinet, iure autem communi ma-
ritum & vxorem ſocios eſſe, nõ
generaliter & abſolutè accipi
debet, ſed diſtinctione propo-
ſita, quià coniugio ſocietatem
iniri vt bona communicentur,
communeq; ſit lucrum, & dam-
num negat. l. Quintus. ff. de do-
nat. inter vir. & vxor. vnde ma-
trimonio ſocietatem coiri non
dicunt iura, ſed matrimonium
in ſe habere ius ſocietatis. c. 2. de
ſponſalibus. c. cum ſocietas. 27.
q. 2. vbi Ioannes putauit, in con
iugum ſocietate bona commu-
nicari. hanc ſententiam meritò
reprehẽdit dominus Couarru:
in. 4. parte. 2. c. 7. §. 1. nu. 5. id
enim iure Romano quo vtimur
permiſſum nõ eſt. Apud priſcos
autẽ nihil in domo coniugali di
uiduum conſpiciebatur, nihil
quod aut marit9 aut fæmina pro
prium ſui iuris eſſe diceret, ſed
in commune conſpirabatur ab
vtroq;. Columela in præfatione
lib. 12. Tiraquellus leg. 8. connu-
biali. nu. 8. ſicut enim ſocij coeũt
vt bona communia ſint. l. 1. ff.
pro ſocio, ita & coniuges ſocie-
tatem coeunt omnis vitæ Diui-
ni & humani iuris. l. 1. ff. de ritu
nup. in principio inſt. de patri
poteſt. c. 1. 27. q. 2. cuius ſocieta-
tis effectus eſt, vt fortuitis caſi-
bus proſperæ aut aduerſæ for-
tunæ mulieris maritus, aut mari
ti vxor ſit particeps. l. ſi cum do
tem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matri-
monio. l. fin. C. denuptijs. & de
hac facti ſpecie agit. l. aduerſus.
C. decrimini. expila. hæred. vt
coniuges ſint ſocij fortunæ pro
ſperæ & aduerſæ, vti Montalu9
interpretatus eſt. in. l. 1. titulo. 3.
lib. 3. fori. ſcholio, por medio.
eo q; non relato idem ſcripſit
Tellius in. l. 16. Tauri. nu. 13. qui
multis probat virũ & vxorem
ſocios non eſſe rerum, ſed ani-
morum ac fælicitatis, & infortu
nij. quod Romuli lege cautum
erat. mulier, (inquit,) viro legiti
mè coniucta fortunarum & ſa-
crorũ ſocia illi eſto, vtq; domus
ille dominus, ita hæc domina.
Halicarnaſeus. lib. 2. Romana-
rum antiquitatum, refert Tira-
quell. l. 8. connub. nu. 8.

285 Ex hac animorum & corpo-
rum coniunctione conceſſus eſt
rerum omnium promiſcu9 vſus
l. quamuis. C. de furti. l. cæterum
ff. de vſu & habit. eſt enim vſus
rerum conceſſus in conſequen-
tiam quandam, cum animorum
& corporum ineſt coniunctio.
l. hac lege. C. depactis conuen.
quià corpus rebus omnibus pre
tioſius eſt. l. in ſeruorum. ff. de
pænis. ſi corporum promiſcuus
eſt vſus, ergò & rerum quæ pre
cioſiori cedunt. l. 1. ff. depeculio
legat. ſi mariti bonorum pro-
miſcuus

miſcuus eſt vſus, rebusq; viri vtẽdi ius mulier habet, nonne iniquum erit dicere rerum ſuarum ita negatũ vſum mulieri, vt prodigere de fructibus pro arbitrio non poſsit, quod alita familia ſuperforet. Sed ſi viri lucro hoc cederet, mulierq;, ſi id conſumeret, reſtituere in animæ iudicio deberet, eſſet ſocietas Leonina, quæ omni iure improbatur. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. l. 4. titulo. 10. part. 5.

286 Septimò hanc ſententiam defendit mens mulieris dantis dotem, quæ in hoc concedit dotis fructus marito, vt onera ſuſtineat matrimonij, ſe familiamq; alat, quòd ſiquid ſuperſit, id ſibi prodigere licere, coniectura creditur voluiſſe, non autem viro quæri, quæ ſibi ipſi non debet credi maritum præpoſſuiſſe. argumento. l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſsis. quo legis argumento vſus eſt Andr. Barb. conſilio. 63. in. 1. articulo. lib. 2. conſultus enim fuit Barbacia defacti ſpecie, quæ talis eſt. Teſtator legauit alimenta vxori, fructus autem bonorum teſtatoris alendæ vxori & filijs non ſufficiunt, an filij alẽdi ſint, an vxor, reſpõdit filios alendos, quòd ſiquid ſuper foret vxori præſtandum ad alimenta ex viriſimili defuncti voluntate. argumento dictæ. l. cum accutiſsimi. ſententiam Barbatiæ ſequitur Paulus de mõte Pico repetitiõe. §. Titia. l. Titia cum teſtamento. ff. de leg. 2. q. 61. & Soci. nepos. conſilio. 97. nu. 25. lib. 1.

287 Octauò hæc ſententia ea ratione commẽdatur ꝙ dotis fructus non abſolutè ad maritum pertineant, ſed eam ob cauſam quòd ſuſtineat onera matrimonij. l. dotis fructus. ff. de iure dot. vnde certis finibus circunſcribitur ius mariti in percipiendis dotis fructib9, quos eggredi fas nõ eſt, cum lex ipſa cauſam præcepti demonſtrauerit, illa ratio ſiue cauſa concluſionem legis limitat, moderatur, & anguſtat. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2. quod apparet in legato propter operas, ſunt enim operæ cauſa finalis relicti, quo deficiente abrumpitur legatum, minuiturq; legati emolumẽtum minutis operis, & quod legatur ob cauſam determinat cauſam ſibi anexam. l. Seio. §. libertis. ff. de annuis legat. in. 2. reſponſo. notat Bald. l. 1. C. de legat. nu. 2. quod in alimentis debere conſiderari doctè probat Ancharr. conſilio. 254. nu. 4. cum ſequentibus.

288 Igitur cum alita familia fructus ſuperſint, eos ſibi maritus non quæret, ſed erunt vxoris. & in ſimili ſpecie notat Baldus l. eam quam nume. 41. C. de fideicommiſsis. qui ait, quòd ſi pater ſpurio filio legaſſet ad alimenta, alitoq; filio pro dignitate ſuper eſſent fructus rei legatæ, nõ cederent fructus lucro filij ſpurij, ſed auferentur ab eo. exemplum ponitur in ſpecie. l. 10. Tauri. idem placuit Bart. auth. ex complexu. C. de incæſtis nup. quod omnes approbant, Antonio Gomeſio reclamante vt ſcripſit Tellius. l. 10. Tauri nume. 9. qui ex plurimorũ ſentẽtia idem ſtatuendum eſſe ait de dote, quæ filiæ ſpuriæ datur: ergò nimirum ſi dati ſint viro fructus ad hoc, vt alat familiam, quod alita familia ſuper ſit, poſsit vxor prodigere, ne lucro viri cedat.

289 Huic ſententiæ non obſtant ea, quæ congeſta ſunt in prioris ſententiæ fauorem, primò l. dotis fructus. quià ratio & cauſa in lege ſcripta declarant, & contrahunt legem, vt ſupra ſcripſimus.

Secundò autem argumento abundè reſponſum dedimus.

Nec obſtat tertium ex. l. creditor. §. ſi inter maritum. ff. mand. qua lege oſtenditur, ꝙ ſi ſocer det genero dotis vſuras, vt vxorem alat & familiam, quod alita familia ſuperforet, ſocer non repetit: ergò ſequitur quod lucro mariti cedit. Sed hoc depromi non debet ex illa lege, quià ſocer in ſpecie illa proptereà nõ repetit, quià ius non habet, quo experiatur, quià peteret id, quod ad eum non pertineret: ideo ab agendo repellitur, quià dos quæ viro data eſt, quãuis patrimonium vxoris ſit. l. 3. §. proinde. ff. de minoribus. eius tamen dominium, quãuis nõ propriè, vir habet, emolumentum verò mulier, non autem qui dotem dat. l. quamuis. ff. de iure dot. hanc ob cauſam actionem ſocer non habet ad petendum quod ſupereſt de paſta familia, quià filiæ emolumentum eſt.

290 Minus huic ſententiæ obſtat quartum argumentum, quo demonſtratur vxorem viri eſſe ancillam, eamq; viro ſeruire, & acquirere, hoc enim nullo iure probatur, nam vt Plutarchus author eſt in problematis. c. 84 ex veteri Romanorum inſtituto vxores maritis nec molere, nec coquinariã facere oportet, quæ miniſteria ancillaria prorſus ſunt & ſeruilia, nec obſtat. c. hæc imago. agit enim de pudicitia, quam marito mulier illibatam cuſtodire debet: in hoc mulier viri eſt ancilla, vir dominus, cuius cauſa corrigere, caſtigare, repudiare, & occidere mulierem poteſt, vt ſupra ſcripſi. l. rei iudicatæ. ff. ſoluto matrimonio, ita declarat Ripa in Rub. de iudicijs nume. 17 quod cecinit Plautus in ſticho. pudicitia (inquit) eſt pater eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi.

*Interpretatio noua*

291 Non obſtat quintum argumẽtum, quod filios ex alio viro egẽtes alere de dote mulier non poſſit, quod doctores colligunt ex l. quamuis. ff. ſolut. matrimonio, qua conſtat virũ poſſe dotẽ vxori cõſtãte matrimonio reſtituere, vt filios ex alio viro egẽtes alat, ergò alere filios mater non tenetur,

tenetur, ſi dotẽ vir nõ reſtituat.
vitricum nõteneri priuignũ ale
re conſtitutum eſt. l. ſi paterno.
C. denego. geſt.mater autem fi-
liũ debet exhibere, ſi filiꝰ egeat,
materqꝫ diues ſit, quo onere a-
ſtringũtur matris bona, quæ cũ
in dotem data ſint ad maritum
tranſeunt affecta alendiliberos
obligatione.l.2.ff. de alimen. &
cibar.legat. vnde ſi alendæ ma-
tri bonorum fructus ſufficiant,
filios alere mater non cogetur,
poterit tamen in hoc caſu ma-
ritus dotem mulieri reſtituere,
vt filios ex alio viro egẽtes alat,
ita accipi debet. l. quamuis. ff.
ſolut.matrimonio.l.mutus.§.ma
nente. ff. de iure dot. ſed ſi fru-
ctus ſuperſint matre alita, in fi-
lios ex alio viro egentes eroga-
buntur, cum matris bona hoc
ſint affecta onere.
292 Non obſtat ſextum argumẽ-
tum, quo demonſtratur, quòd
ſi dotis fructus alendæ familiæ
non ſufficiant, tenetur vir ale-
re de ſuo: ergò ſi ſuperſint, ſibi
quæret.argumento.l.ſecundum
naturam. ff. de regu. iuris. quæ
non obtinet ſi diuerſa ſit ratio,
vt in ſpecie propoſita, in qua
maritus alere tenetur vxorem,
quam nulla conſtituta dote du-
xit: ergò ſi modica ſit dos, de ſuo
dare tenebitur alimenta, ſi do-
tis fructus non ſufficiant: ita de
clarat Crotus. l. ſi conſtante. ff.
ſolut.matrimo.nu.156.
293 Nec oſtat ſeptimum argumẽ
tum ex.l.pro oneribus.C.de iu-
re dot. in quo vniuerſa ſtat quæ
ſtio ac quæſtionis dilutio. lex
ait. (pro oneribus matrimonij
mariti lucro fructus totius do-
tis eſſe, quos ipſe ceperit, ꝙ ſi
viri permiſione vxor ceperit,
in quãtum locupletior facta eſt,
tenetur viro reſtituere,) qua le-
ge oſtenditur vniuerſæ dotis
fructus mariti lucro cedere, ſed
hoc ita demum ſi eos ipſe cepe-
rit. ergo non ſimpliciter fructus
lucro viri cedunt, ſed ita ſi eos
perceperit, vel eius præcepto
alius percipiat, ſiue mulier ſit, ſi-
ue procurator, cum ipſe perci-
pere videatur per alium perci-
piens.c. qui per alium. de regu.
iuris lib.6.c.mulieris de ſenten-
tia excomuni. vnde ſi eius iuſſu
mulier perceperit, cum ipſe per
cipere dicatur, reſtituet mulier,
ſi locupletior facta eſt, cum ſit
donatio, quæ inter cõiuges pro
hibetur.l.ſi ſponſus.ff.de donat.
inter vir & vxor. ſi autem ſine
viri permiſsione mulier capiat
ex fundo dotali, qui à viro co-
litur, ſi ratum habeat maritus,
pro eo habebitur, ac ſi ipſe ca-
pere præcepiſſet, ſed ſi mulier
capiat & conſumat, non reſti-
tuet in animæ iudicio mulier,
quià non ſunt effecti viri, cum
eos nõ collegerit. Sed ſi vir non
colat, ſed conductori locauerit,
qui ſoluit pẽſionem mulieri, vir
aget contra eum, qui mulieri de
dit ſine viri conſenſu, qui repe
tet ab vxore, cui indebitum ſol
uit.l.1.ff.de cond.indeb. ſed ſi vir
fructus



fructus percipiat, ſuoſqꝫ faciat,
vxor verò eorum partem con-
ſumat, vir non repetet ab vxo-
re, quià nõ eſt facta lucupletior,
cum in alendis liberis ex alio vi
ro in alẽdo patre aut ſorore cõ-
ſumpſerit, vel in aliquã iuſtam
cauſam erogaſſet, aut non omni
no improbam, hoc enim quod-
cumqꝫ ſit, nõ reſtituet viro, nam
cum dominium directũ rerum
dotalium ſit apud vxorem vt ſu
pra ſcripſimꝰ, huius dominij ra
tione id, quod ex dotis fructi-
bus conſumpſerit, non reſtituet
mariro. argumento. c. conquæ-
ſtus de vſuris.
294 Vbi oſtenditur eum, qui do-
minium directum habet, ſi fru-
ctus percipiat rei, cuius vtile do
minium alter habet, ipſiqꝫ pig-
nori data eſt, ſuos facere, quam
uis illis qui directum dominium
non haberent, hoc non ſit per-
miſſum.l.1. &.2.C. de pigno.act.
in.2.reſponſo. & dictum. c. con
quæſtus. in hanc ſententiam ad
uocat Romanus ſing. 321. iudi-
cans illud vnicum & ſingulare,
idem probatur in.c. 1. de feudis.
quem textum notat ibi Cardi.
& Conrradus lib.2. de contracti
bus. q. 32. quod approbat aptè
declarans Adrianus.nu.4. de re
ſtitutione.§. quià tractatum eſt.
fol.55.
295 Quod dicit Abb.in.c. cõquæ
ſtus.num.4. obtinere in eo, qui
rẽ pignori datam habet ab eo,
qui vſumfructum habet, ipſe ta
men proprietatis eſt dominus:
facit enim fructus ſuos. ſed Ab-
batis ſentẽtiã improbat Adria
nus dicto. §. quià tractatum eſt,
& Medina in lib. de reſtitutio-
ne.fol.133.col.4.
296 Nimirũ igitur ſi mulier, quæ
dotalium rerum dominium ha-
bet ſuſpenſum vtiqꝫ, dum matri
monium conſtat, vt dictum eſt,
de dotis fructibꝰ prodigere poſ
ſit, quod ſuperſit depaſta fami-
lia: eſt enim effectus maximus ſu
ſpendatur aliquid, an abrumpa
tur.l.illa inſtitutio.§.1. ff. de hæ-
red. inſt. notat Bald. c.1.colu.2.
verſ. & ad idem facit. hic finit.
lex.ſequitur Tiraquell. de cauſa
ceſſante.limitatione.17.
297 Vnde in compendium colli-
gens quæ difuſè ſcripta ſunt, di
judico, in propoſita quæſtione
ſtatui debere, vt mulier quæ in-
uiri eſt obſequio familiam gu-
bernans, viroqꝫ dotem dedit,
poſsit ex fructibus dotis prodi-
gere quod ſuperſit alita familia.
quod ſic accipiendum eſt, vt ſal
ua dote & mariti patrimonio
de lucro poſsit erogare, & pro
arbitrio conſumere partem lu-
cri dimidiam, quod ſi nõ liceat,
quomodo conſiſtet illa ſocietas
humanæ rei, ſi quod quæritur vi
ri lucro cedat, quo pacto dicetur
mulier particeps fælicitatis vi-
ri, cum fortunas habeat, ſed illis
vti non concedatur, quomodo
vir & vxor ad imparia non iu-
dicantur, ſi emolumentum &
lucrum viro quæratur, vxor au-
tem more Tantali egeat diui-
tijs,

tijs, quibus abundat: quomodo alimenta compenſabuntur cum miniſterijs, quod naturaliter fit l. ſi id quod donatum. ff. de do nat. inter vir. & vxor. in lucris enim conſumendis par poteſtas fuit apud Romanos vxori & viro, vt ex Tiraquello apparet. l. 8. connub. nu. 8.

29 8 Vnde eos moneo qui confeſſionibus audiendis præſunt, ne mulierem in his licentiam ita an guſtent, vt nihil ſibi licere credãt, ne conſumentes cõſultò cũ non licere exiſtimẽt, peccati crimine maculentur, ne vè licentiã extendãt, vt perſuaſum habeãt etiam maritorum patrimonia ſe poſſe cõſumere: ſed modum ſtatuant, vt de lucris conſumere licere credãt, quod honeſtè pièq; conſumpſerint, vt ſi quid in pauperes erogauerint, patri, matri vè fratribus, aut ſororibus aut cognatis egentibus dederint, id ſibi licere credant, munuſcula autem filiorum præceptoribus aut filiarum dare cõcedatur, aut ijs quos amicos ac domeſticos vir & ipſa habuerint, quod omne diſcretioni illius, qui mulierem confitentem peccata audit, relinqui neceſſe eſt: vt ijs quæ ſcripta ſunt penſatis, modum decernat, ac æquum conſtituat.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. idem iudex.

*Ingrato filio pater poteſt alimenta denegare, nu. 1.*

*Ingratitudinem debet pater probare, nu. 2.*

*Filio ingrato an pater poßit alimenta denegare ducendæ vitæ neceſſaria, traditur nu. 3. vſq; ad. 7.*

*Ingratus filius perdit nomen filij, nu. 8.*

*Filio cui pater legitimam dedit, vt inde aleretur, quam ipſe filius malè conſumpſit, an teneatur pater alimenta præſtare, ſi dolo conſumpſit, nu. 9. vſq; ad. 22.*

*Alimenta quæ præſtanda ſunt filio qui legitimam dilapidauit, erunt ea, quæ vitæ ſubſidio ſunt neceſſaria, non autem pro dignitate filij, cauereq; tenetur filius ſe non dilapidaturum, nu. 12. 13.*

*Filius emancipatus qui legitimam partem accepit, & iurauit ſe non petiturum alimenta, ſi depauperatus ſit, petere poteſt nume. 14.*

*Legitimam non tenetur pater iterum dare filio, qui eam ſemel aßignatam dilapidauit, nu. 19.*

*Argumentum de legitima ad alimenta an valeat, nu. 20. 21.*

*Dotare ſecundò non tenetur pater filiam, quæ dotem datam dilapidauit, nu. 23.*

*Argumentum de dote ad alimenta an procedat, nu. 24. vſq; ad. 32.*

*Argumentum à ſimili vt valeat, quid requiratur, nu. 30.*

*Noua interpretatio. l. libertus qui operarũ. ff. de operis libert. nu. 33. vſq; ad. 37.*

*Frater denegare poteſt alimenta fratri ingrato, nu. 37.*

*Filius ingratus repellitur ab omni lucro per hæredes defuncti, nu. 38.*

*Patronus ingratus punitur amißione iuris ſuccedendi liberto, nu. 39.*

*Nepos ingratus non ſuccedit auiæ inteſtatæ, nu. 40.*

*Legatum alicui relictum reuocatur ex præſumpta legantis voluntate, ſi legatarius ingratus ſit, nu. 41.*

*Frater ingratus repellitur à ſucceceſione fratris, cui ingratus fuit, nu. 42.*

*Filius ingratus priuatur paterna hæreditate propter ingratitudinem: quam patris hæredes probare poſſunt, & illi qui ab inteſtato vocantur, nu. 44.*

*Fratrem ingratum à ſucceßione fratris inteſtati an repellere poßint venientes ab inteſtato, nu. 45. 46. 47.*

*Alumnus, ſi ingratus ſit in altorem, alimenta quæ accepit, adærata reſtituet. numero. 48.*

*Alumnus, qui altorem accuſauit, & propter hoc punitus fuit altor amißione vitæ, aut membri, aut maioris partis bonorum, capite punitur. & declaratur. l. patrem. C. de nuptijs, nu. 49.*

*Lex pœnalis extenditur ad caſus ſimiles, & lex correctoria locum habet in caſibus, in quibus ſubeſt eadem ratio, numero. 51.*

*Filio malè morigerato an pater poßit alimenta denegare. traditur à numero. 52. vſq; ad. 56.*

*Patronus ingratus in eccleſiam poteſt alimentis priuari, nu.56.*

*Vicarius eccleſiæ ſi ingratus ſit, priuari poteſt congrua portione, nu.57.*

*Donatarius ſi denegauerit alimenta donatori, priuabitur re donata, nu.58.59.*

*Ingrato filio quem ingratitudinis pænituit, an poßit pater alimenta denegare, numero.60.61.*

*Filia quæ peccauit in corpus, quamuis pænitentiam egerit, poterit à patre exhæredari, nu.63.*

*Adulterio fæmina iniuria afficit liberos, parentes & affines, nu.64.*

*Maritus grauius afficitur adulterio vxoris, quàm morte filij, nu.65.*

*Marito vxorem in adulterio comprehenſam occidere permiſſum eſt, nu.66.*

*Patri licet occidere filiam in adulterio compreheaſam. Item maritus, qui adulteram vxorem dimiſit, nō cogitur eam recipere. nu.67.*



# IDEM IVDEX ÆSTIMARE DEBET NVM HABEAT aliquid parens, quòd meritò filios ſuos nolit alere. Trebatio deniq; Marino reſcriptum eſt, meritò patrem eum nolle alere, qui eum detulerat.

1 COLLIGIT ex hoc.§.Bar.patrem non teneri filium exhibere, qui eum detulerat, eadem ſentētia de promitur ex auth.vt cum de apella cognos.§. aliud quoq; capitulū. verſ.cauſas collatione 8.vbi licet patri filium ex hæredare eadē cauſa, quòd eum detuliſſet. ex quo dicit Accurſius hic ſcholio detulerat.patrem ex illis cauſis poſſe filio alimenta denegare, ex quib9 poteſt eum ex hæredare. dicit ſing. Crotus.l. ſi cō ſtante.ff.ſolut.matrimo.nu.160. in hac ſentētia fuit idem Accurſius gloſſemate.1.in.l.fin.in prin. C. de alend.liber. per textum illum.hanc opinionem ſequitur Bar.l.diuus.ff.de parricidijs, extollit eam ad ſydera Gerardus. ſing.1. vbi Saraina in additionibus cōgeſsit autores plures qui huic ſententiæ acceſſere, quam ſequitur Iaſſon.l.ſed ſi poſt.nu.3 C.de inofficioſo teſta.Calcane9 conſilio. 60.colu.6. Loppius in c.per veſtras.de donationi.inter virum & vxor.nota.3.§.5. nu.2. Gomezarias in.l.8.Tauri.nu.5. Euerard.loco.29.Angel. de Gābelio tracta.de teſtamentis glo. 45.nu.12. Beroius in.c. Rainuntius de teſtamen.nu.196.Corſetus tracta. de minimis. 2.parte. verſ. vigeſsimò ſeptimò. nu.13. Zazius.l.1.§.huius ſtudij. nu.15. ff. de iuſti. & iure. & ibi Ioann. Oroſcius.nu.16.Gabriel paleotus tracta. de nothis ſpurijsq; filijs.c.48.nu.6.Bald. de Bartolinis repetitione.l.1.ff.ſolut.matrimon.nu.149. & ibi Mari. Socinuni.nu.231. Cacialupus in.l.frater à fatre. §. quæſitum. nu.108. ff.de cond.indebi.Bereng. Fernandus repetitione.l. in quartā ff.ad leg.fal.nu.73.Alciat.conſilio.243 .nu.5. Marcus Mantua conſilio.276.nu.20.hanc opinionem dicit communiter approbari dominus Couarru. in epitome de ſponſali.2.parte.c.8. §. 6. nu.17. Mencha. de ſucceſsio. creatione lib.1.§.10. nu.625. hāc doctrinam Accurſij dicit ſcire lapides, & tonſores Cremeſsis ſing.20.probatur hæc opinio iure Regio.l.6.titulo.19.part.4.

2 In propoſita ſpecie pater qui denegat alimenta, probare debet filium ingratum eſſe, ingra-

 titu-

titudiniſq; cauſam argumento.
l.omni modò.C.de inoffi. teſta.
tradit Petrus Vnzola tractatu
artis notariatꝰ diuiſione.4. per
ſonarum nu.11.
3 Id in propoſito non eſt præ-
termittendum dominum Couar
ruuiam dicere.l.6.infine addere
vnum memorabile, ꝙ licet pa-
ter ingratitudinis ex cauſa poſ-
ſit filio alimenta ſubtrahere, nõ
tamẽ ea, quæ aduitæ ſubſidium
ſunt neceſſaria, quam ſentẽtiam
ipſe dominus Couarruuias ait
locum non habere, ſi filius in pa
trem cõmiſſerit delictum, quod
vltimo ſupplicio coercetur, quo
caſu ijs alimentis priuari filius
poteſt, quæ aduitæ ſubſidiũ ſunt
neceſſaria, ſequitur dominus Lu
do. Molina lib.2.c.16.nu.2. Ipſe
noto duo dixiſſe dominum Co-
uarru. primũ.l.6. titu.19. par.4.
legiſq; ſententiam locum ha-
bere tam in patre quam in filio,
quod approbat Gregorius ibi
ſcholio pe. Secundum.l.ſextã lo
cum non habere, ſi delictum in
patrem cõmiſſum vltimo ſupli-
cio coerceri debeat, quià tali ca
ſu alimenta aduitæ ſubſidiũ ne-
ceſſaria ſubtrahi poſſunt.
4 Sed vtrumq; axioma vix de-
fendi poteſt, nõ enim debet ſen
tentia.l.6.dilatari, & quæ de pa
tre agit ad filium extẽdi, cum de
patre ad filiũ in propoſito nõ li
ceat procedere, quià ratio quæ
circa patrẽ eſt, nõ eſt in perſona
filij, quià grauius punitur filius,
qui in patrem aliquid cõmiſsit,

*Aduerſus dominum Couarru.*

quã pater qui in filiũ, quod ex eo
apparet quià legitima dicitur eſ
ſe quaſi debita filio. l. nec adie-
cit. iuncta.l.& quià.ff. pro ſocio.
patri autẽ debetur pietatis intui
tũ.l.nam & ſi parẽtibus in prin-
cipio.ff.de inoffici.teſta. ſed pa-
ter non tam leui de cauſa priua
tur iure, quod habet ſuccedẽdi
filio, quam priuetur filius iure le
gitimæ auth. vt cum de apellatio
ne cognos. §. ſiue igitur iucto.§.
cauſas collatiõe.8. ergò lex agẽs
de ingratitudine patris in filiũ
nõ debet extẽdi, vt locũ habeat
in iniuria, qua filiꝰ afficit patrẽ,
cum ſecundum naturã filius de-
beat patrẽ venerari, vnde acriꝰ
leges puniũt delictũ in patrem
cõmiſſum, ꝗ; in filium. Hinc eſt,
quod ex eo quod.l.6. nõ permit
tat filio alimẽtis aduitæ ſubſidiũ
neceſſarijs priuare patrẽ ingra-
tum, non cõſequatur patri con-
ceſſum non eſſe, vt ingratum fi-
lium priuare poſsit alimentis.
5 Secũdò quod ſentẽtia.l.6. lo-
cum nõ habeat in filio, apparet
ex.l.fi.C.de ſecund.nup. quæ in-
grato filio nõ decernit alimenta
aduitæ ſubſidiũ neceſſaria, quod
ex lege depromitur illis uerbis
(ſed quaſi ingratos ab omni hu
iuſmodi lucro repelli) verbum
illud (omne lucrũ) legitimam ali
mẽtaq; cõprehendit. hac de cau
ſa ex.l.fi. hãc ſententiã deprõpſit
Accurſius ſcholio. habere in.§.ſi
ue igitur. ſequitur Alber. quẽ re
fert Gregorius ſupra poſitus.
Vnde cũ iure ciuili ingratus in
patrem



patrẽ filiꝰ nihil cõſequi poſsit de
bonis patris, nec alimẽta aduitæ
ſubſidiũ neceſſaria, cõſequitur
quod.l.6.cũ de patre agat, ad fi-
liũ trahi nõ poſsit: aduerſaretur
enim hæc extẽſio regulis iuris.
6 Tertiò quod deciſio.l.6. locũ
non habeat in filio, hinc colligi
tur, quod licet pater priuari poſ
ſit iure legitimæ, propterea quòd
filio inſidias parauerit, nõ tamẽ
poteſt alimẽtis priuari, ſine qui
bus ali corpus nõ poſsit, ac famẽ
tolerari, quod ratione fit, quià iu
re vetuſtiſsimo tãta erat paren-
tũ in filios poteſtas, vt filios occi
dere liceret.l.in ſuis.ff. ſed liber
& poſt. patriq; exhibere reuerẽ
tiã & obſequiũ filius debet, quã
uis impius pater ac ſceleratꝰ ſit
l.liberto. ff. de obſequijs. quod
ex hac lege depromitur propter
dictionẽ ſemper; quæ perpetuã
cauſam ſignificat.l.1.ff.ſolu.mat.
in omni vita filiũ oportet vene-
rari parentẽ. Hinc fit vt exulem
patrẽ cogatur filius alere, auth.
de incæſtis nuptijs.§.ſi verò col-
latione.2. rationẽ ſubijcit textꝰ,
quià licet legũ cõtemptor & im
pius ſit, pater tamen eſt. idẽ iure
cõſultus ſcribit in.l.mutus.§.ma
nente.ff. de iure dot. vnde filius
ob debitã reuerentiã cogitur pa
trẽ exhibere, vt Papinianus ait
in.l.Imperator.ff.ad Trebe.
7 Aſtringitur filius alia etiã de
cauſa alẽdi patris onere, quià na
turaliter obligatus eſt ad remu-
nerandũ patri, qui eum educa-
uit, de qua obligatiõe agit.l. ſed
& ſi lege.§.conſuluit. ff. de peti.
hæred. ita explicat Felinus in.c.
ſi diligenti.nu.5.de foro compe.
approbat Cagnolus.l. iura ſan-
guinis.nu.9.ff.de reg.iur. Cora-
ſius.l.frater à fratre.ff. de cond.
indeb.nu.10. Anto. Rubeus.l.pa
ter filiũ.nu.40.ff.de inoffi.teſta.
8 Hac de cauſa cõſtituit.l.6. vt
iniurioſo patri filius alimẽta ſub
miniſtret ad vitam neceſſaria: fi
lio autẽ ingrato lex non ſubue-
nit ſicut patri, quem ali iubet.
quod iure fit, quià ingratꝰ filius
perdit nomen filij. Bart.l.diuus.
ff.de parricidijs. ſequitur Beren
garius.l.in quartam.ff.ad legem
fal.nu.71. Oroſcius.l.1.ff.de iuſt.
& iure.nu.17. Quòd ſic accipien
dum eſt, vt perdat nomen filij in
his, quæ à patre peruentura eſ-
ſent ad eum, vt ſunt alimenta &
hæreditas, in qua ſpecie loqui-
tur Bart. in cæteris autem iudi-
catur filius, qui in patrem ingra
tus fuit teſte Zazio.l.1.§. huius
ſtudij. nu.23. ff. de inſt. & iure,
quod alij prædixerant, quos cõ-
tulit in vnum Saraina in addi-
tione ad Cremenſem. ſig.20. igi
tur cum propter ingratitudinẽ
in patrem abdicetur filius omni
iure filij, conſequens eſt, vt cogi
pater nõ debeat ei alimẽta præ
bere, licet ingratus pater exhi-
bendus ſit ſecũdum deciſionem
l.6. Ex quibus apparet, defendi
non poſſe domini Didaci Co-
uarru. ſentẽtiã quia intra certos
terminos deciſsio.l.6. intercludi
tur, quos trãſgredi fas non eſt.

9 Primò huius. §. ſententia locum habet, ſi pater filio dederit portionem legitimam, ſiue fundum ex cuius fructibus ali poſſet, filius autem res quas pater dederat diſtraxit, pecuniamq; alea & ſcortis exhauſit, vtrum filium exhibere cogatur, an verò liber ſit alendi onere, cum id præſtitiſſet, ex quo filius ſi frugi eſſet, alimoniã ſibi ſuppeditare poſſet, quæri ſolet, & patrem liberari, atteſtatur Bald. in auth. contra rogatus. nu. 8. C. ad trebelli. argumẽto eorum quæ ſcribit Accurſius inibi ſcholio finali, ait enim lex hæredem inſtitutum, qui grauatus eſt reſtituere, ſi ſine liberis moriatur, quod ex hæreditate ſupereſſet, cum moreretur, quartam inſtitutionis fideicommiſſario cogendum reſtituere, quæ quarta minuetur ex cauſa, ſi non habeat vnde faciat expenſas, quòd negat Accurſius ſi dilapidauerit cætera bona hæreditaria, quo facto ius diminuendi quartam ob expenſas non habebit, in qua ſpecie voluit non obtinere verba legis, ſed reſtringi. Ex qua ſentẽtia colligitur, eam ob cauſam quòd hæres dilapidaſſet bona ſibi à teſtatore relicta, extingui ius minuendi quartam ob expenſas, quod haberet, ſi bona bene conſumeret. quàm diſtinctionẽ admittit Bald. in ipſis alimentis, vt ſi filius dilapidaſſet bona quæ à patre habuit, ali non debeat à patre inuito, ſecus ſi citra culpam conſumpſiſſet. hanc eamdem ſententiam defendit ipſe Bald. l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſoluto matrimonio, ſequitur Alexand. §. ſi poſt ſolutum. num. 9. eandem approbat Soci. l. Marcellus. §. res quæ. nu. 3. ff. ad Treb. Ioann. Luppus in c. perveſtras de donat. inter vir. & vxor. not. 3. §. 24. nu. 10. Mainerius. l. non eſt ſingulis. §. infinita. nu. 5. ff. de reg. iur. & q̃uis dubia res hæc ſit, hanc partem ſequitur dominus Ludo. Molina lib. 2. c. 16. nu. 24. nemine relato hanc ſententiam defendit Menchaca lib. 1. quæſtionum illuſtrium. c. 25. nu. 14. quià propria cuiusq; culpa autori nocet. c. culpa de reg. iur. lib. 6. l. ſi quis in ſuos. §. legis. C. de inofficioſo teſta. culpaq; filij ſi pater alere cogeretur innocẽti patri noceret aduerſus iuris regulas. l. nõ debet alteri. ff. de reg. iur. hanc ſententiam tanquam veriorem & ab ipſo iure deprõptam approbat Curtius Iunior auth. res quæ C. communia delegatis. num. 31. qui ait quòd filio alimenta petẽti poteſt pater obijcere, quòd dolo & lata culpa ad egeſtatem perductus ſit. Curtij pronuntiatum approbarũt Nemauſenſis tractatu clauſularum. pag. 950. & dominus Antonius Padilla in auth. res quæ. nu. 80. cuius ſententiam quaſi Apollinis reſpõſa veneror, ac ſuſcipio.

Dominus Antonius Padilla.

10 Contrariam ſententiam authores primi nominis defendũt exiſtimantes patrem cogẽdum exhibere filiũ, qui bona à patre data dilapidaſſet, Iacobus de Arenis. l. libertus qui operarum ff. de operis libert. idem Iacobus l. Imperator. ff. ad Trebelli. cui ſententiæ accedit parum conſtans Bald. l. 1. §. ius naturale. nu. 7. ff. de ius. & iure. idem Bald. l. 2. §. quòd ſi in patris ſuper glo. 1. ff. ſoluto matrimonio. idem Bal. auth. ſi captiui nu. fi. C. de epiſc. & cleri. Paulus Caſtr. l. ſi cum dotem. §. 1. nu. 7. ff. ſolut. matrimo. Barbat. c. ex parte. 3. de conſuetud. Hippo. ſing. 104. Romanus auth. quod locum. num. 12. C. de collatio. Bald. à Bartolinis repetitione. l. 2. §. 1. ff. ſolut. matrimo. nu. . & ibi Vincentius. nu. 19. Petrus Benintendus deciſione. 22. nu. 4. Mateſellanus notab. 148. Guiller. benedi. c. Rainuntius de teſtamentis. verbo. in eodem teſtamento. 1. nu. 222. Gomezarias. l. 8. Tauri. nu. 36. Caſtillus. l. 10. Tauri. parte en caſo. Lambertinus de iure patronatus. lib. 3. q. 3. princi. articulo. 6. nu. 13. Rauenas ſing. 44. Marcus Mantua conſilio. 13. nu. 4. Ruinus conſilio. 144. nu. 14. lib. 5. Iaſſ. auth. quod locum. nu. 7. C. de collatio. qui ait. l. ſi furioſo puberi. ff. de curat. furi. quam Romanus adducit pro hac ſententia nihil facere, & rectè conſiderauit. ſequitur Menchaca in quæſtionibus illuſtribus lib. 1. c. 35. nume. 14. huius ſententiæ quaſi firmum tutiſsimumq; propugnaculum oſtentant. l. Imperator. ff. ad Trebelli. qua lege cogitur filius alimẽta patri præſtare, qui filio hæreditatem reſtituere coactus eſt, propterea ꝙ multa feciſſet in fraudem fideicõmiſsi, eadem igitur ratione cogetur pater alere filiũ, qui bona dilapidauit. Secũdò adducunt doctores textum. l. libertus qui operarum. ff. de operis liber. vbi patrono, qui amiſit ius patronatus cogitur libertus alimentorum nomine certum præſtare, ergò filium qui legitimam perdidit, pater cogetur exhibere, vt inibi Albericus an notauit, & ita inducit Alexan. §. ſi poſt ſolutum. nume. 9. tradit Accurſius ſcholi. diuerſa dicta. l. libertus. ſecundum primam lecturam.

12 Qui omnes præſcriptæ ſententiæ modum ſtatuunt, vt alimenta quæ pater cõgitur præſtare tenuiora ſint, nec filij dignitati conſuletur, ſed naturæ, ne pereat inædia, quod & alij interpretes probant, quos in vnũ contulit Gaſpar Baetius tracta de non meliorandis filiabus. c. 16. nume. 19.

13 Secundò ita demum pater cõgetur alere, ſi filius cauerit ſe nõ dilapidaturum Bald. l. 1. §. ius natarale. num. 7. ff. de iuſt. & iur. probat Lamber. de iure pat. lib. 3. q. 3. princip. articulo. 6. nu. 13. argumẽto, tex. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ff. delegat. 3.

14 Ex hac opinione colligitur veram

ram eſſe ſententiam Speculat.ti
tulo qui filij ſint legit. nu. 12. di-
centis filium, quem pater eman
cipauit, legitimamꝙ dedit iure
iurando præſtito, ne amplius a-
limenta peteret, poſſe ſi ad ege-
ſtatem deductus eſſet, à patre a-
limenta poſtulare, quià pactum
hoc eſt contra ius naturale, ideo
non valet.l.ius agnationis. ff. de
pactis: ſed alimēta iure naturæ
tenetur pater præſtare, l.1. §. ius
naturale. ff. de ius. & iure. ergò
pater alet etiā in propoſito caſu.
huic ſentētiæ accedit Alber. l.1.
§. ius naturale. col.fi. Ferrara in
§. ſed naturalia inſt. de iure na-
tur. Mainerius in.l. nō eſt ſingu
lis. §. infinita. nu. 4. ff. de reg. iur.
Alberi. in. 1. parte ſtatutorū. q.
40. verſ. itē quæro, Rochus in. c.
quāto. de cōſuetud. colu. 12. dn̄s
15 Lud. Molin. lib. 2. c. 15. nu. 77. In
hoc doctorū certamine agitur,
vtrū dolus & lata culpa filij, qui
bona dilapidauit, liberēt patrē
alendi onere, nam inter omnes
cōuenit patrē teneri alere filiū,
qui citra dolum & culpā bona
conſumpſit, Iacobus de Arenis
patrē teneri ait alere filium, qui
bona diſsipauit, vnde cōſtat ne
gare eum, quòd dolus filij patrē
obligatione liberet alendi, & in
hunc ſenſum Iacobi verba acce
pit Bal. ſupra relatus. idem Bal.
l. ſcimus. nu. 11. C. de inoffic. te-
ſta.

*Aduerſus Iaſſo. & Thom. de plobata.*

16 Ipſe tamē Bal. in auth. cōtra ro
gatꝰ. nu. 8. aliter accepit: ſcripſit
enim Iacobū agere de filio, qui ſi
ne dolo & lata culpa bona cōſū
pſit: hūc affirmat Iacobus alēdū
eſſe à patre, Baldi interpretatio
nē probat Benedictus de vadis
in additione ad Baldū. l. 1. §. ius
naturale. nu. 7. ff. de ius. & iure.
& Alex. l. ſi cum dotem. §. 1. nu. 9
ff. ſolut. matrimonio.
17 Qui hoc dicūt obtinere ꝙuis
leui culpa filius depauperatꝰ ſit,
cum leuis culpa filio nō noceat,
qui quodā modo viuo patre do
minus erat. l. in ſuis. ff. de lib. &
poſt. ſed in rebus proprijs leuis
culpa nō punitur. l. etiam. §. licet
ff. ſolut. mat. tradit Ioā. Oroſciꝰ
l. ſi arrogator. nu. 112. ff. de ado-
ptio. Ruinus conſil. 144. nu. 14.
lib. 5. Mateſella. not. 149.
18 Sed cauendū eſſe ab hac Ale
xandri opinione docet Iaſſ. l. ſci
mus in princi. nu. 6. C. de inoffi-
cioſo teſta. quià doctores quos
aduocat ſunt in ſententia con-
traria. hanc ſententiam Iaſſonis
approbat Thomas deplobata-
tius in additione ad Alexand. l.
ſi cum dotem. §. 1. nu. 9.
19 Sed decipiuntur Iaſſ. & Tho
mas, quià Bal. in auth. cōtro ro-
gatus, quem aduocat Alex. dixit
id ad quòd adducitur, vnde eā
ſentētiā, quæ habet, quòd pater
alere filium non cogatur, quā in
prima huius diſputationis ſede
locauimus, veriorē eſſe validio-
ribꝰꝙ argumētis exiſtimo poſſe
defendi. quæ probatur exēplo
eo: ſi maritꝰ fraude doloꝙ ſit de
pauperatus, cōuenietur in ſoli-
dū. l. verū. ff. pro ſocio. l. etiā. §. 1.
ff. ſo-



ff. ſolu. mat. tradidi. §. ſed ſi filius
nu. 69. ergò eodē modo filiꝰ qui
bona dilapidauit, nō aletur à pa
tre. probatur enim hæc ſententia,
quià ſi filius legitimā quam viuꝰ
pater dedit, dilapidarit, mortis
tēpore nō cogitur pater ſecūdò
legitimā relinquere. Bar. l. ſi cum
dotē. §. ſi poſt ſolutū. nu. 6. ff. ſo-
lut. mat. per textū in. l. ſi noxa. ff.
de peculio. leg. auth. quod locum
C. de collatio. ſequitur Pau. Caſ.
nu. 7. in. §. ſi poſt ſolutū. & inibi
Alex. nu. 9. idē probat Bal. l. ſci-
mus. nu. 11. C. de inoffic. teſta. idē
Bal. auth. ex teſtamēto. nu. 14. C.
de collatio. ratio eſt, quià in hac
ſpecie filius hoc ſibi debet impu
tare per. l. cū duobus. §. fi. ff. pro
ſocio. idē affirmat. Bal. auth. ſi ca
ptiui. nu. fi. C. de epiſ. & cleri. per
l. cum pater. §. pater certā. ff. de
legat. 2. Iaſſ. auth. quod locū. nu.
7. C. de collatio. Oroſcius. l. ſi ar-
rogator. ff. de adoptio. nu. 112.
Paul. de mōte. l. in quartā. nu. fi.
ff. ad leg. fal. hæc opinio proba-
tur Lucæ. c. 15. vbi homo quidā
duos habēs filios iuniori legitimā
partē dedit, quā filius ludēdo &
ſcortis dando dilapidauit, cūꝙ
depauperatus inedia premere-
tur, ſupplex ad patrē redijt, quē
pater poſt amplexus & oſcula
cōuiuio lætitiaꝙ excepit, quod
frater natu maior ægre ferēs pa
trē cōquæſtus eſt, qui ſe paternis
præceptis ſemper obtēperantē
tali munere nunquam affecerit,
cui pater dixit, mi fili ne tuā vi-
cem doleas, quia omnia mea tua
ſunt, quod nulla alia de cauſa di
xit, quā ꝙ filius qui partē legiti-
mā dilapidauerat, carebat iure
petēdi partē legitimā, vnde lo-
cū diui Lucæ pro hac parte be-
ne aduocat Tellius. l. 23. Tauri.
20 nu. 16. Sed de cauſa legitimæ ad
cauſam alimentorū procedere
licet, Bar. l. Titio centū. §. Titio
genero. n. 6. ff. de cōdi. & demōſ.
rationē ſubijcit, quià legitima in
locū ſubſtituitur alimentorum,
quam ſententiā approbāt Ang.
Paul. & Imola. Mēcha. de ſucce-
ſionū creatiōe lib. 2. §. 20. nu. 301.
dn̄s Ludo. Moli. lib. 2. c. 15. nu. 2.
plures autē negāt licere proce-
dere de cauſa legitimæ ad cauſā
alimentorū, quià cauſa alimēto-
rū eſt ſūmaria, nō autē cauſa le-
gitimæ. Bal. l. ſi quis in ſuo. nu. 5.
C. de inoffic. teſta. Perez. col. an-
tepe. Rub. titulo. 1. lib. 3. ordinat
21 Nec verū eſt, quod ſubſtituitur
legitima in locū alimētorū, quià
pater diuiti filio nō cogitur ali-
mēta præbere. l. ſi quis à liberis.
§. ſed ſi filius, ſed legitimā relin-
quere debet inopi filio, & diuiti
Itē alimēta debet pater filio dū
viuit pater, legitimā verò nō de
bet donec diē functꝰ ſit, Itē ſpu
rio debet pater alimēta. c. cū ha
beret. de eo qui duxit. in matri.
ſed non legitimā, item legitima
eſt vniformis ruſtico & nobili,
iuueni & puero, ſed non alimē-
ta, vnde fit, quòd cum differant
in pluribus alimēta & legitima,
nec caueatur lege quòd legitima
invices alimentorū ſubrogetur;
auda-

audacter erit negandum . Hoc
ſcribit Corneus conſili. 316. lib.
1.idem Corneusconſilio.150.nu.
12.lib.2.hinc fit,vt ipſe neget li-
cere procedere de cauſa alimen
torum ad cauſam legitimæ, &
è conuerſo.quam ſententiã pro
bat Xuarez.l. quoniam in prio
ribus limitatione.2.ad leg. Reg
ni. nume. 11. & Beroius. c.Rai-
nuntius de teſtamentis.num.22.
& nume.196. Tiraquell. de iure
primo.q.55.nume.17. Coraſius.
l.qui liberos. ff. de ritu nuptia-
rum.nume.111.

22 Ipſe ingenuè fateor alimento
rum legitimæq; cauſam in mul-
tis differre,nec licere de vna cau
ſa ad aliã procedere niſi ex ma-
nifeſta ſimilitudine. l. non poſ-
ſunt.ff.de legibus.quæ in ea qui
dem ſententia in propoſita ſpe
cie obtinet,quià filio qui dilapi-
dauit legitimam à patre datam,
non cogetur pater ſecundò da-
re legitimam, vt abundè docui-
mus.vnde ſi hæc cauſa efficit ne
pater mortis tempore teneatur
filio legitimam relinquere,qua-
re hæc eadem cauſa quòd pater
filio dederit bona, ex quibus a-
limenta perciperet , quæ filius
ex hauſit, non liberabit patrem
alendi onere , cum poſsit pater
iuſta de cauſa filio alimenta de-
negare , vt conſtituit Vlpianus
hic? qui ait illam eſſe iuſtam cau
ſam denegãdi alimoniam filio,
quæ eſt cauſa iuſta ex hæredan-
di, ſed eam ob cauſam pater po
teſt filium ex hæredare , quòd
dilapidauerit legitimam, quam
viuus pater dedit , ergò eadem
cauſa , quòd pater filio dederit
bona ex quibus poſsit ali , quæ
filius compſumpſit,erit iuſta,vt
pater egenti filio poſsit denega
re alimenta, nec obſtabit quòd
alimenta debeantur iure natu-
ræ, hoc enim quomodo accipiẽ
dum ſit alibi docemus , quià iu-
re cautum eſt: maleficium alen-
dum non eſſe,ſed egeſtate debe
re laborare.l. bona fides. ff. de-
poſiti , ſed ſcortis dare eſt deli-
ctum. l. ſi verò. §. ſi adoleſcens.
ff.ad Macedoni.ludendo bona
perdere eſt delictum.auth.quod
locum.C.decollatio.Bald.auth.
ex teſtamento nu.14.eod. titulo
nimirum ergò ſi filio , qui bona
dilapidauerit ludẽdo & ſcortis
dando , pater poſsit denegare
alimoniam.

23 Item patrẽ in propoſita ſpe-
cie cogendum nõ eſſe filium ex
hibere,cõuincitur ex eo,quòd ſi
ſocer dotẽ tradat genero,quam
ſibi reſtitutã ex hauſit,non tene
tur ſecũdò pater filiam dotare.
Dynus.l.ſi cum dotẽ.§.1.ff.ſolut.
mat.argumẽto.l. fideicõmiſſa.§.
ſi quis decẽ.ff.delegat.3.l.ſi ſoci9
§.filiũ.ff.pro ſocio.ſequitur Bar.
in.d.l.ſi cum dotem.§.1.nu.2.qui
adduccit pro hac ſentẽtia auth.
quod locum.C.decollatio. verſ.
niſi filiæ poſsit imputari. &. l.
etiã.§.licet.ff.ſolut.mat. hãc opi
nionẽ ſequũtur.Paul.Caſt.l.2.§.
1.nu.6. ff. ſolut. matrimo. Bart.
Soci. inibi.num.15.Fran. Aret.
nu.12



nu.12. qui ait doctores commu-
niter hanc partem defendere.di
cit communem eſſe ſententiam
Alex.l.ſi cum dotem.§.ſi poſt ſo
lutum.nu.6.ff. ſolut. matrimon.
idem ſcribit Bar. Soci.conſilio.
100.lib.2.Iaſſ.auth. quod locum.
nu.7.C. decollat.idem Iaſſ.§.fue
rat.nu.135.inſt.de actio.Ioã.Lup
pus. c. per veſtras de donat. in-
ter vir.not.3.§.fi.nu.6. Coraſius
repetitione.l.qui liberos.ff.deri
tu.nup.nu.94.Curti9Iuni.auth.
res quæ.C.cõmu.delegat. nu.11.
&nu.20.Ioã.Cãpetius tracta.de
dote.1.parte.q.15.Boerius.q.131.
nu.5.dñs Lud.Moli. lib.2. c.16.

24 nu.23.Trahere autem argumen
tũ de cauſa dotis,ad cauſam ali-
mentorum cõceſſum eſt, Accur
ſius.l.obæs alienum. C. de præ-
dijs minorum , quam ſentẽtiam
approbat Bart.l. ſi certis annis.
nu.2. C. de pactis. idem Bart.l.
cum de in rem verſo.nu.1. ff. de
vſuris.ſequitur Alex.ad Bar. d.
l.obæs.Curtius.l.& quæ à diuo.
nu.18.C.de edendo.argumento
à coniugatis ex.l.cum.poſt.§.ge-
ner.ff.de iure dot.iuncta.l.ſicui.
ff.de annuis.legat. quæ conſul-
torum reſponſa oſtendunt cau-
ſam dotis, & cauſam alimento-
rum eiſdem regulis cenſeri. Vl-
pianus etenim in. l. ſicui. ait ex
Neruæ ſentẽtia , quòd ſi alicui
legatum annuum incertum reli-
ctum ſit in alimenta, valet lega-
tum, alimentaq; præſtẽda ſunt,
quæ ſolitus fuerat teſtator præ-
ſtare , ſi hoc non appareat , ex
dignitate eius cui legatum ali-
mentorum relinquitur,modum
ſtatui debere,eadem ſpecie pro
poſita in cauſa dotis idẽ reſpon
derat Papinianus.l.cum poſt.§.
gener.vnde meritò collegit Bar
tolus licere de cauſa dotis ad
cauſam alimentorum procede-
re,hanc partem defendit Alex.
l.centurio.nu.13.ff.de vulg.idem
Alexan. l. à filia.nu.8. ff. ad tre-
belli.Curtius ſenior conſilio.27
idem Curtius conſilio. 39. idem
conſilio.77.Euerardus loco.29.
Caſtillus.l.10. Tauri. parte algũ
hijo. Coraſius.l. qui liberos. nu.
113.ff.de ritu.nupt. Tiraq.de pri
uilegijs piæ cauſæ in præfatio-
ne pag.12.idem Tiraquell. de iu
re primogenituræ. q. 62. nu. 4.
Dueñas regula.367. ampliatio-
ne.3.Mẽcha. de ſucceſionũ crea
tione.lib.2.§.20.nu.312.hanc di-
cit receptam eſſe ſententiam Ca
rolus Ruinus cõſil.94.nu.9.lib.
5.Siluanus.conſil.33. nu.fi. lib.1.
Rolandus.conſi.91.nu.42. lib.1.

25 Sunt tamen qui negent ſimi-
les eſſe cauſam dotis & alimẽto-
rum,& de vna ad aliã procede-
re fas eſſe,cum cauſæ hæ in mul-
tis diferant,quod demõſtratur,
quià filiũ diuitẽ pater exhibere
nõ cogitur hac.l.ſi quis à liberis.
§.ſed ſi filius, ſed filiam diuitem
pater cogitur dotare. l. final. C.
de dotis promi. Itẽ filiã natura-
lẽ pater cogitur exhibere. auth.
licet.C.de natura.liber.ſed nõ co
gitur ipſi filiæ dotẽ cõſtituere. l.
vxorẽ. §. pater naturalis. ff. de
legat.

legat.3.Item frater tenetur alere
ſororem,quæ non eſt vtrinqꝫ cō
iuncta.l.qui filium. ff. vbi pupi.
edu.deb.l.1.ff.detutellis.l.tutor.
ſecundum dignitatem.§.fi.ff. de
admi.tuto. ſed non tenetur eam
dotare.l. cum plures.§.pe. verſ.
eodem patre natam.ff.de admi-
nis. tuto. Item filius tenetur ali-
moniam exhibere matri hac.l.ſi
quis à liberis.§.filio, non tamen
tenetur dotare, vt alibi ſcripſi-
mus. Item à iudice decernēte ali
menta appellari non licet.l.fi.ff.
de appellat. recipi. ſed à iudice
dotem dare iubente prouocare
fas eſt.l.fi. C.de ſenten. quæ ſine
certa. quanti. profer. vnde non
procedere argumētum dedote
ad alimenta ſcripſit Cynus.l.ſan
timꝰ. C.denuptijs.ſequitur An-
ge.l.à filia in princ. ff. ad Treb.
Roma.Imola.& Alex. nu.12. l.1.
ff.ſolut.mat. nu.186. Beroius .c.
in præſentia. nu.431. deproba-
tio.qui ait cauſam alimentorum
eſſe fauorabiliorem cauſa dotis:
vnde ꝙ inferre nō liceat de cau
ſa dotis ad cauſam alimētorum
defendit Bald.Nouel.tracta.do
tis. 6. parte. priuilegio. 4. nu.2.
Ioan. Boſchei tracta. de legiti-
mis nuptijs.lib.5.nu.13. dominꝰ
Padilla auth. res quæ. C. cōmu.
delegat.nu.77. Cagnolus.l. iura
ſanguinis.num.19.ff. de reg.iur.
Boerius deciſione. 127. Marcus
Anto. Natta conſilio .410. nu.
15. lib. 2. Saraina in additione
Corſeti ſingu. 146. Decius . l. ſi
certis annis. nu. 8. C. depactis.
Iaſſ.dict.auth.res quæ.nu.7.Curt
iuni.l.de alimentis. nu.15. C. de
tranſactio. Loppius repetitio-
ne.c. per veſtras de donat. inter
vir.& vxor.not.3.§.20.nu.6. Sil
uanus conſi.94.nu.20.Paleotus
de nothis. c.49. nu.1. ex quibus
apparet quam ſit incertum,quæ
ſit receptior ſententia.
26 Vnde plurimi multifariam in
propoſito diſtingunt. Ripa. l.1.
ff.ſolut.matrimo nu.66.docet li
cere argumentum capere de ali
mentis ad dotem afirmatiuè, ſe
cus autē negatiuè, veluti ſi quis
dicat, pater debet filiæ alimen-
ta, ergò & dotem,non autem è
contrario,veluti filiæ diuiti non
debet pater alimenta, ergò nec
dotem, quæ quidem diſtinctio
& interpretatio ſibi ipſi non cō
ſtat: cum filiam naturalem pa-
ter cogatur exhibere,ſed illi do
tem conſtituere nō cogitur. Ex
hoc inferunt doctores,ꝙ ratio-
ne publicæ vtilitatis non poſsit
ſumi argumētum afirmatiuum
de alimentis ad dotem, vt qui te
netur alere teneatur dotare.hæc
eſt recepta ſententia, vt notat
Boerius deciſione. 127. 1. parte.
nume.13.
27 Ex quo themate deduxit Mai
nerius. l. quoties. ff. de reg.iur.
nu.146. cauſam alimentorum fi
liorum naturalium tantum fa-
borabiliorem eſſe cauſa dotis,
cauſam vero alimentorum na-
turaliū & legitimorū minus fa-
uorabiliorem eſſe cauſa dotis.
Et hāc ob cauſam ſcribit Mar.
Soci.



Soci.l.1.ff.ſolut.mat.nu.186.cau
ſam dotis & alimētorū ſe habe-
re tanquā excedētia & exceſſa.
29 Hinc fit,vt dicat Bal.auth.res
quæ.C.cōmu.delega.id quod cō
ſtituitur in alimentis negatiuè,
procedere in dote,quā opionio
nem probat Mar.Soci.l.1.ff. ſo
lut.mat.nu.231.quæ ſententia ex
eo improbatur, quià filiā diuitē
pater non cogitur exhibere, co
gitur tamen dotare.
30 Ipſe autem non poſſum non
mirari in re perſpicua tā miſe-
rè ſcriptores torqueri. Id enim
quod circum fertur procedere
permiſſum eſſe de ſimili ad ſimi-
lē cauſam nō ſic accipiendū eſt,
vt neceſſariò requiratur, quòd
caſus in quibus licet procedere
de vno ad alterū ſint tā ſimiles,
vt dici poſsit,quod de Megne-
nis Plautus, adeo forma ſimili
pueri vt mater ipſa nō internoſ
ſe poſſet:in ijs enim in quibꝰ ſunt
ſimiles,licebit procedere ex de-
ciſione.l. nō poſſunt. ff. de legi-
bus. hoc effecit vſus procedēdi
in aliquibus caſibus, vt negans
ſimilitudinem debeat probare,
cum valeat argumentum à ſoli-
tis.l.in fidei comiſsi.ff. de vſuris
l. ſiue poſsideris. C. deprobat.
Accurſiꝰ.l.necꝫ natales eod.titu.
quæ cōmuniter recipitur,vt ſcri
pſit Iaſſ.l.certi cōdictio.§.ſi num
mos.ff.ſi cert.pet.Hippo.ſing.1.
qui autē negauerit ſimilitudinē
cauſarū, debet inter vtrāqꝫ di-
ſcrimē conſtituere,quo facto ar
gumētū eneruabitur Accurſiꝰ.l.
creditori.ff.de noui operis,ſcho
li.pe.& inibi notat Iaſſ.nu.7.idē
Iaſſ.l.decē.nu.12.ff.de verb.obli
ga.idē Iaſſon.l.quæ delegato.nu.
26.ff. de leg.1. Mar.Soci. in.l.4.
§.Cato.ff.deverb.oblig.nu.493
Gomeſsius. c.ſi pater.nu.11.de te
ſtam.lib.6.ſentētiæ Accurſij fa-
uet.§.Pauonū.inſt. de rerū diui.
tradit Siluanus cōſili.102.nu.32.
31 Vnde cum in ſpecie propoſi
ta par ſit ratio negādi alimēta fi-
lio,qui bona dilapidauit,& ne-
gādi dotē filiæ, quæ dotē diſper
didit,cōſequens eſt,vt argumen
tum obtineat in alimentorū cau
ſa, ſicut obtinet in cauſa dotis.
pater autē nō cogitur dotē ſecū
dò cōſtituere filiæ, quæ dolo eā
exhauſit: ergò nec cogetur filiū
exhibere,qui bona diſperdidit,
ex quibus alimēta percipiebat.
32 Nec huic ſententiæ obſtat.l.
Imperator. ff. ad Trebelli. vbi
Papinianus cōſtituit patrē exhi
beri, qui filio bona reſtituerat,
quià ea dilapidabat. agit Papi-
nianꝰ de patre dilapidatore, cō
ſtituitqꝫ,quòd ali debeat,ſed no
ſtra quæſtio de filio eſt, multūqꝫ
intereſt, filius ſit, qui exhiberi
deſideret, an pater, quē filiꝰ ve
nerari oporteat argumēto.l. li-
berto & filio.ff.de obſequijs.de
qua re difuſius ſupra egimꝰ.n.3.
33 Nec obſtabit. l. libertus qui
operarū.ff.de operis liber. quià
agit de patrono,cui à liberto ſē-
per eſt honor deferēdus.l. liber
to.qua vna interpretatione eno
dātur duo conſultorū reſponſa.
ſed

ſedvt declaretur Papinianipro
poſitum in.l. libertus qui opera
rum.repetendum eſt,quo pacto
legis verba in ſuam ſententiam
traxerint interpretes. quod vt
dilucidius explicetur,ſupponē-
dum eſt , patronum libertatis
cauſa imponere liberto operas
poſſe.l.2.ff. de operis libert.
quas patronus vendere non po
teſt,quod ſi impoſitas operas re
uendiderit , perdit iura omnia
patronatus.l.ſi quam.C. de ope
ris libert.vnde fit,vt ali à liber-
to non debeat.l.ſi quis à liberis.
§.ſi quis à liberti. ff. de lib. ag.ſi
autem patronus impoſita liber-
tatis cauſa non reuēdiderit, ſed
operas liberto impoſitas exege
rit,cum cætera patronatus iura
retineat , perdit tantum ius pa-
tronatus contra tabulas liberti.
l.ſicut.ff.de iure pat.

34 Huius ſentētiæ ratio eſt, quià
patronus qui pro beneficio nō
gratiam ſed mercedem poſtula-
uit, in eo plectitur , vt liberè te-
ſtari liberto liceat,nec poſsitpa
tronus præteritus petere bono
rum poſſeſionem cōtra tabulas
liberti.docet Vlpianus. l. Iulia-
nus.ff.debonis libert.ex quo de
duxit Connanus.lib.2.commē-
ta.iuris ciuilis.c.9.nu.4.vnde cū
libertus obligatione operarū li
beretur, liberãq; teſtamenti fa-
ctionē conſequatur, ſiue patro-
nus operas exegerit,ſiue reuēdi
derit , & cum in ſpecie facti de
quo iure cōſultus agit in.l. liber
tus non appareat,de qua ſpecie
agat,ſcilicet an patronus exege
rit operas,an reuendiderit,con
ſequēs eſt, vt intelligamus Papi
nianum agere de patrono , qui
operas exegerit,vti Alber.inibi
notat:cū ali à liberto pærcipiat,
& hāc ob cauſam aptè videntur
interpretes collegiſſe filium,qui
dilapidauit bona , ali à parente
debere,cum patronus qui ope-
ras exegit,alatur à liberto.

53 Ipſe autem hāc ſentētiam pu-
to non depromi ex. l. libertus,
quià licet patronus qui operas
exegit,alatur, nō inde colligere
licet filiū,qui bona dilapidauit,
eſſe alendū:cum ratio quæ cōſul
tū mouit, vt ali patronū præci-
peret in ſpecie, de qua tractaba
tur,in filio nō obtineat. Quod
vt oſtēdā,præmitto libertū obſe
quio reuerentiæ teneri alere pa
tronū inopē, qui operas liberta
tis cauſa nō impoſuit, eum autē
qui operas impoſuit,nec exegit,
alere tenetur, ſed vt alat operæ
adærātur.l.1. C. de operis liber.
unde ſi operas exegit,alere non
cogetur libertus,cum patronus
perdiderit ius,quòd habebat in
liberti bonis.l.ſicut,ergò cū hæ-
reditate libertus abdicet patro
nū,poterit & alimēta denegare
argumēto huius.§.idē iudex. ni
hilominus tamē Papinianus ait
ali patronū debere,rationē hu-
ius pronunciati ſubijcit in verſ.
( alimentorum cauſa eſt diuer-
ſa,cum inopia patroni per inui
diā libertum conuenit ) quibus
verbis oſtendit libertum alere
patro-



patronū debere,qui operas exe
git, non quidem obſequio debi
tæ reuerentiæ,nec ex cauſa quæ
patroni perſonam ſpectet, ſed
ex ea quælibertum pulſat.quod
vult dictio illa (inuidiam,) quæ
accipitur pro odio publico , &
quod vulgò dicitur,(el murmu-
rar de las gentes ) quià populus
indignè ferret egere patronum,
cum libertus eſſet in facultati-
bus, vnde inedia patroni publi
cum odium concitaret in opu-
lentum libertum . Plaut. Ciſtel.
2.cum inuidia ſumma opumſua
rum nos illæ volunt eſſe indigē-
tes , noſtra copia nihil poſteſſe.
Valla.lib. 1.elegantiarum. c. 21.
conſtat ex Ciceronis loco quem
aduocat Ioā.Oroſcius.l. ne quic
quam.§.obſeruare.nu.6.ff.de of
ficio proconſul. quæ ratio cum
ceſſet in perſona patris denegā
tis alimenta filio,qui bona dila-
pidauit , non eſt cur. l. libertus
qui.ab interpretibus ad hoc tra
hatur.

36 Vnde concluſio huius textus
contrahitur in ſpecie.l. libertus
qui operarum,quià licet genera
liter conſtitutum ſit , ex eiſdem
cauſis poſſe patrem alimenta fi-
lio ſubtrahere,ex quibus poteſt
eum legitimæ amiſsionepunire,
hoc non habet locum in patro-
no & liberto in ſpecie.l. libertꝰ
qui operarum. vbi libertus qui
liberam teſtamēti factionem ha
bet, & poteſt patrono nihil re-
linquere , tenetur illi egenti ali-
menta ſubminiſtrare.

37 Secundò huius.§.ſententialo
cū habet in perſonafratris,quià
ſi frater ingratus in fratrem ſit,
à quo percipit alimēta,hanc ob
cauſam denegare ei poterit ali-
menta frater. hæc ſententia ea
ratione commēdatur, quòd fra
ter ingratus punitur amiſsione
iuris ſuccedēdi in bona fratris,
qui vilem ſcripſit hæredem , &
infamia notatum. auth. de nup-
tijs.§.ingratitudinem collatione
4. ergò ſimili modo priuabitur
alimentis. Hæc opinio quæ ha-
bet, quòd ingratus frater priue
tur iure ſuccedendi in bona fra
tris, obtinet ſiue frater præ de-
functus teſtatus obierit , ſiue in
teſtatus: cum hæredes qui inte-
ſtato ſuccedunt,probata ingra-
titudine fratrem à ſucceſsione
repellant Accurſius ſcholio. lu-
crum.auth.denuptijs.§.ingrati-
tudinem collatione.4.argumen
tò illius textus,vbi frater ingra
tus excluditur ab omni lucro ex
bonis fratris, in quem ingratus
fuit, quæ ſententia colligitur ex
§. ingratitudinem in hunc mo-
dum:in.§.hinc nos.agebatur de
ſucceſsione teſtati & inteſtati,
& conſtituit lex fratrem in bo-
na fratris ſuccedere, ſiue frater
teſtatꝰ deceſſerit ſiue inteſtatus
ſecundū formam præſcriptā in
illa lege, niſi ingratus frater fue
rit tribꝰ de cauſis, de quibꝰ agit
§.ingratitudinē,qui textus vt ex
his apparet, tā locū ſibi vēdicat
in ſucceſione teſtati, quā in ſuc-
ceſiōe inteſtati,vt notat Accurſiꝰ
ibi

ibi ſcholo.lucrum,idem Accur-
ſius in auth.de non eligendo ſe-
cundò nub.§.cumigitur.ſcholio
fratrum collatione.1.

Secundò pro hac parte addu
citur.l.fi. C. de ſecũdis nup. vbi
filius vel ex pro nepotib9 is,qui
probatur ingratus , repellitur
ab omni lucro per hæredes de-
functi.

Tertiò aduocatur.l. cum pa-
tronum.ff.deiure pat.vbipatro
nus ingratus punitur amiſsione
iuris ſuccedēdi in bona liberti.

Quartò huius ſententiæ par-
tes fauet.l.ſi defunctus.verſ.niſi
forte.C.de ſuis & leg.liber.vbi
auia hæredem nepotem inſtitue
rat, nepos autem in auiã ingra-
tus fuit, quam ob cauſam irata
auia teſtamentũ combuſsit,atq;
inteſtata diem functa eſt,in bo-
na inteſtatæ auiæ nepos non ſuc
ceſsit præcepto legis.

Quintò hanc ſententiam ful-
cit.l.3.in fine.ff. de adimend. le-
gat.vbi ex præſumpta volunta-
te legatum relinquentis reuoca
tur legatum,ſi legatarius ingra-
tus fuit inteſtatorem,vnde cum
proximioribus conſanguineis
qui abinteſtato decedit, exiſti-
metur relinquere ſponte ſua le-
gitimam hæreditatem. l. confi-
ciuntur.ff de iure codici. colligi
tur quod voluntas defuncti tra-
hi non debet ad illum,qui ingra
tus in eum fuit,qui in eius bona
non ſuccedet.

Sextò hanc opinionem defen
dit.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorē
ff.ſolut matri. iuxta interpreta-
tionem ſecundam Accurſij ſcho
lio pe.qui ait legem agere de vi-
ro,qui vxorem in adulterio cõ-
prehenſam occidit, ſi adulterij
ream faceret, de adulterio dam
nata vxore maritus dotem ſibi
quærit, auth. vt liceat matri &
auiæ.§.quià vero plurimas colla
tione.8. ſi verò vir in adulterio
vxorem compræhenſam occi-
dit,ſibi dotem non quærit,quià
male facit occidendo vxorem
abſq; iudicis præcepto. §. ſi vir
vxorem. ratio huius ſententiæ
eſt, quià iſto caſu delictum vir
contrahit, vnde commodum
conſequi non debet, hinc de-
promitur quòd propter deli-
ctũ punitur quis amiſsione rei,
quæ ad eum defertur.ergò eadē
ratio ſuggerit,vt frater adquem
fratris inteſtati hæreditas defer
tur, hæreditatis amiſsione pu-
niatur,propterea quià ingratus
fuerit in fratrem.huic ſententiæ
accedit Bernardus ſcholio fi. in
c.fi.depoſtulãdo. ſequitur Ang.
in dicto.§.ingratitudinem,& Sa
lic.l.fratres.nu.11.C.de inoffi.te
ſta.&ibi Iacob.de Aren.& Chri
ſtophor Botini. Iaſſ.auth.non li
cet.nu.10.C.de liber.præt.& an
te hos huic opinioni acceſsit Ni
colaus de Neapolis in. l. ſi ſpu-
rius.ff.vnde cognat.qui allegat.
l.ex parte.ff.adimend.leg.vbi le
gatum relictum alicui cenſetur
ademptum ex eo, quod inimici
tiæ fuerint inter teſtatorem &
legatarium in dictæ, eadem ra-
tione



tione ingratitudo hæreditatis a
miſsione puniet ingratum.

Octauò huius ſententiæ par-
43 tes fouet.l.liberi.C.de inoffi. te-
ſta.vbi filius àpaterna hæredita
te repellitur ex cauſa ingratitu-
dinis,quam hæredes ſcripti ap-
probarunt. eadem ratione fra-
ter àfratris inteſtati hæreditate
repelletur probata ingratitudi
ne ab hæredib9 inteſtati. & quã
uis lex loquatur in ſucceſsione te
ſtati, eadem tamen ratio ſubeſt
in ſucceſsione inteſtati, cum hæ
redes inteſtati ex defuncti volũ
tate admittanur.l.conficiuntur.
vnde cum illi quos teſtator ex-
preſſe hæredes inſtituit, ingrati
tudinem approbare poſsint, vt
fratrem ingratum à fratris hæ-
reditate repellãt.l.vt liberi.cõſe
quitur, q; ij qui ex tacita ac præ
ſumpta defuncti voluntate vo-
cãtur, probare ingratitudinem
poſsint.argumento eorum quæ
ſcripſit Accurſius ſcholio fin. in
fine in. l. tale pactum. ff. de pa-
ctis.ſequitur Bart.l. Barbarius,
nu.1.in repetione.ff.de offi.præ
to.& ibi Iaſſ.nu.3.Accurſij ſentē
tiã dixit crebrius recipi Coſta.
tracta.depatruo & nepote.pag.
58. quam ſequũtur omnes teſte
44 Siluano conſilio.33. nu.5. licet
enim procedere de ſucceſsione
ex teſtamento ad ſucceſsionem
abinteſtato.vnde lex, quæ con-
ſtituit in ſucceſsione tæſtati, lo-
cum habet in ſucceſsione inte-
ſtati. Accurſius ſcholio in libe-
ros.in fine.l.vni.C.de his qui an
te aper. tab. quam ſententiam
dixit celebrem And.in.c. fin.de
poſtulando. quam dixit tenere
omnes Bart. l. vni.C. de his qui
ante apert.tab.nu.3.in fine.eãq;
communiter approbari ſcripſit
Imola.l.ventre.num.30. verſ. &
aduerte.ff.de acquir.hær.ibi Ro
manus.nu.20. Aret. nu.10.verſ.
circa tertiam quæſtionem, qui
reſpondet ijs quæ Imola allegat
in fauorem partis aduerſæ, hãc
ſententiam dixit cõmuniter ap-
probari Corneus in dicta.l.vni.
nu.11.Iaſſo.l. emancipata. nu.18.
C.qui admitti. Guillermus in.c.
Rainuntius de teſtamentis ver-
bo mortuo itaq; teſtatore.2.nu.
158.Angel.de Gambellio.l. ven
tre.ff.de acquir.hær.nu.43. Ti-
raquell.l.ſi vnquam verbo.liber
tis.nu.64.C.de reuo.donat. vbi
plura aggregat.

45 Hinc apparet.l.liberi.locum
habere in ſucceſsione abinteſta
to,vt ſcripſit Bernardus.c.fi. de
poſtulando.cui accedit And.ibi
atq; his rationibus à iure ductis
ſententiæ Accurſij in dicto.§.in
gratitudinem dicentis, quòd ve
nientes abinteſtato probata in-
gratitudine repellere poſsint à
ſucceſsione fratris inteſtati fra-
trem, qui in demortuũ fratrem
ingratus fuit, accedit Corſet.
ſing.incipiēti.ingratitudo.Hip-
po.ſing.413.

46 Contrariam ſententiam, q; fra
ter ingratus repelli nõ poſsit à
fratris in teſtati ſucceſsione, de
fendit Bart. l.fratres.nu.6.C.de

in offi.teſta.argumento.l.cogna
tis.ff.vnde cog.vbi iure conſul-
tus ait.(cognatis accuſatio nihil
obſtat ad ſucceſsionem,ſi accu-
ſauerint cognatos ſuos.)agit ti-
tulꝰ ille de ſucceſsione ab inteſta
to,vt apparet ex.l.1.ff.ſi tabu. te
ſta, nullæ.extab.frater autẽ cog
natus eſt,imo ex trãſuerſo latere
ab eo incipit cognatio.l.iuriscõ
ſultus.ff.de gradibus.§.1.inſt.de
gradibus,opinionem Bart. in.l.
fratres.ſequitur Bald.ibi.nu.11.
poſt Guillermum , alijq; plures
doctores, quos aggregat illuſtri
ſimus dominus Couarru.c.Rai-
nũtius.de teſta.in principio.nu.
7. qui argumẽtis pro piori ſen-
tẽtia adductis ſatisfacit,docetq;
hanc ſententiam cõmuniter re-
cipi reprobata ſententia Accur
ſij in dicto.§.ingratitudinẽ. quã
dixit communiter reprobatam
approbata hac vltima opinione
Menchaca de ſucceſsionũ crea-
tiõe lib.3.§.30.nu.179.Antonius
Gomez lib.1.variarum.c.11. nu.
37. Ioachimus in.§.1. inſti. de in
offi. teſta. Ioã. lecirier tracta.de
primoge.lib.3.q.6.nu.9.quæ ſen
tentia & crebrior,& verior eſt.
47 Sed prior ſentẽtia,quæ habet,
vt frater ingratus repellatur à
ſucceſsione fratris,ſi hæredes in
teſtati probauerint eum ingra-
tum,iure Regio approbata eſt.
l. 12. in fine. titulo.7. part.6. vbi
Gregorius ſcholio fi.ait hac lege
Regia corrigi cõmunem ſenten
tiã, idem ait ipſe Gregor. ſcho-
lio.1.in.l.8.titulo.7.part.6. idem
Gregor.ſcholio fi.in.l.10. titulo.
7.part.6.quæ ſentẽtia in hoc reg
no propter legem Regiam pra-
xi recepta eſt.
48 Tertiò huius.§. ſententia lo-
cum habet, ſi alumnus ingratus
ſit in altorem , quià priuabitur
præteritis alimentis,ita quidem
vt ea,quæ accepit,adærata reſti
tuat,vti Accurſiꝰ ait ſcholio pe.
in.l.iniquum.C.de his qui accu-
ſa.non poſſunt. ratio huius ſen-
tentiæ eſt, quià pro bono nõ de
bet quis malum reddere,vt Bal.
ait in dicta. l. iniquum vbi Sali.
accedit ſentẽtiæ Accurſij,ſequi-
tur Grego.in.l.3.titul.20.par.4.
ſcholio fi.& Tiraque.l. ſi vnquã
verb. ſuſceperit liberos. nu. 53.
C.de reuo.donat.dicit hanc ſen
tentiam auream Ioã.de Amicis.
conſilio.114.nu.21.nec eſt qui ab
ea diuertat.argumẽto.l.patrẽ.C.
de nuptijs.vbi cõſtituitur, quòd
pater,qui filiã, quam ex poſuit,
altoris filio nubere prohibue-
rit, alimenta ab altore præſtita
reddere cogatur,quod æqua lã-
ce ſeruari in perſona alũni , qui
ingratus eſt in altorem,æquita-
tis ſuggerit ratio.
49 Huic ſententiæ fauet.l.3. titu.
20.p.4. qua lege cauetur, quòd
ſi alũnus accuſauerit altorẽ,& eã
ob cauſam altor occidatur, aut
mẽbri abſciſione puniatur , vel
maioris partis bonorũ amiſsine,
aut infamia notetur, alũnus qui
accuſauit, vltimo ſupplicio affi
ciẽdus ſit.igitur nõ eſt acerbũ ni
mis vt ingratus in altorẽ alum-
nus



nus alimenta reddat: cum alũni
ingratitudo tam acriter vindice
tur. Neq; huic ſentẽtiæ opponi
poterũt verba vltima.l.patrem,
quæ in illo ſolummodo caſu vi-
dentur conſtituere vt alimenta
reddantur:ergò in alijs non red
dentur, cum caſus exceptus fir-
met regulam in contrariũ.l.nam
quod liquidè.§.fi.ff. de penu le-
gat.quam legem pro hac ſenten
tia dicit eſſe notatu dignam Vl-
currus. l. ſi finita.§.Iulianus. nu.
197 . ff. de damno infecto. quæ
cõſtitutio maximè in propoſito
obtinet : cum alimenta pietatis
intuitu præſtita non repetãtur.
l.cum is.§.pe. ff. de condictione
indebi.ſed hæc non obſtant Ac
curſij opinioni , quià exempla
non arctant regulam. l. damni
infecti ſtipulatio.§.Sabini.ff.de
damno infecto, quamuis exem-
pla ſint caſuum exceptorum,nõ
arctant regulam.l. vni. §.in no-
uiſsimo.C. de cadu.tollend. vbi
conſtituitur regula generalis,
quòd hæreditas non adita non
tranſmittatur : ex hac regula ex
cipiũtur caſus,ſcilicet ſi iure ſan
guinis aut ratione iuris delibe-
randi tranſmittatur,non hac de
cauſa impeditur tranſmiſsio iu-
re ſuitatis,vt in ſpecie.l.apud ho
ſtes.C.de ſuis & legit.licet enim
in. l. patrem. alimenta præſtita
pietatis intuitu non repetantur
niſi in eo caſu tantum, vt lex ait,
in alijs ſimilibus illa ſentẽtia ob
tinebit, ſi eadẽ ratio ſubſit: quià
dictiones taxatiuæ non exclu-
dunt caſus ſimiles. Accurſius. l.
ob æs.C.de predijs minorũ. Ac-
curſius ſcholio.voluerit.l.fin. C.
de reuocand.donat. Hanc ſentẽ
tiam doctores communiter ſe-
quuntur & approbant. vnde.l.
patrem. aprimè fauet Accurſij
opinioni,cuiꝰ legis deciſionem,
quià ad propoſitam rem perti-
50 net,explicabo.Cauetur enim le
ge illa, vt pater qui filiam expo- *Extenditur decisio l. patrem.*
ſuit, ſi altoris filio eam matrimo
nio coniugi prohibeat, alimen-
ta altori reddat :quamuis ſecun
dum iuris ciuilis regulas pater,
qui filiam exponit, non cogatur
altori reddere alimẽta.l.1. C. de
infan.expo.l. fi.titulo.20.par.4.
vbi notat Gregorius.ſed ingra-
titudinis cauſa reddit alimenta
pater , qui prohibet filiã quam
expoſuit , altoris filio nubere.l.
patrem. C. de nupt. vbi Cynus
ait illa conſtitutione limitari re
gulam.l.cum is.§.pe.ff.de cond.
indebi.quæ cõſtituit, vt ſumptꝰ
pietatis intuitu impenſi non re-
petantur,ratio huius deciſionis
eſt odium & ingratitudo patris,
vt Cynus.l.patrem.vbi idem an
notarunt Bart.& Bald.ſequitur
Fulgoſius nu.1.Sali.in principio
& in finalibus verbis , &. l. pa-
trem. memoria tenendã eſſe ait
Bart.ſing.169. Rauenas. ſingul.
435.quæ recepta ſententia iure
Regio approbatur. l. 35. titulo.
14.part.5.qua lege ſuperior ſen
tentia contrahitur, vt locum ha
beat in ſpecie propoſita in.l.pa
trem.quando pater filiam expo


ſuit,

ſuit, non autem ſi filium expo-
ſuiſſet, quem prohiberet altoris
filiæ matrimonio copulari, quià
propter hoc non reddet altori
pater alimenta, vt lex Regia cõ
ſtituit illis verbis (fueras ende,
ſi la criança fueſſe fecha en mu-
ger, è quiſieſſe deſpues caſar cõ
ella, ò alguno de ſus fijos, è ſu pa
dre de la criada ò ella miſma lo
contradixeſſe) hæc captio, ſeu li
mitatio deciſionis. l. patrem. ra-
tione innititur, cum lex illa ſit
pænalis & odioſa, atq; ita re-
ſtringi non dilatari debet. reg.
odioa. de reg. iuris. lib. 6. ſed li-
cet hoc iure conſtitutum ſit, ta-
men lex Regia ſtatuit vt ea, quæ
de filia conſtituit. l. patrem, obti
neant in perſona filij, vt pater
qui filium expoſuit, ſi prohibeat
altoris filiam eum vxorem du-
cere, reddat alimenta nutritori,
quod lex præcipit illis verbis.
(è lo que diximos en eſta ley ha
logar non tanſolamente en las
coſas ſobredichas: mas en todas
las otras ſemejantes dellas) quæ
51 extẽſio fit ſumma cum ratione,
cum lex pænalis ad caſus ſimi-
les trahatur. c. vni. §. ſed quià na
tura. quæ fuit prima cauſa bene
ſi. amitt. in hanc ſententiam ex
tollit Bald. ibi, dicitq; eſſe melio
rem, quam ſit in iure Alexand.
l. ſi quis id quod. nu. 17. ff. de iur.
omni. iud. dicit ſolennem Iaſſ. §.
ſi quis. nu. 8. inſti. de actio. idem
Iaſſ. in. §. tripli. colu. 2. & in. §. ex
maleficijs. ſuper glo. iudicium.
eod. titulo, hæc ſententia appro
batur decreto. l. ijs ſolis. verſ. ſa-
tis etiam cautum putamus. C. de
reuo. donat. vbi filius non puni-
tur amiſsione rei donatæ, quã-
uis in matrem fuerit ingratus, ſi
mater ſecũdò nupſit, dicitq; lex
ſe hoc ſatis cautũ eſſe putare in
perſona matris luxurioſæ, quià
ſubeſt maior ratio vt docẽt ver
ba verſiculi (quis enim) quam le
gem in huius partis fauorem ex
tollit Anchar. conſilio. 94. nu. 4.
aggregat plura Pinelus. l. fin. C.
de bonis mater. nu. 18. huic ſen-
tentiæ fauet. l. 1. C. de condi. in-
deb. vbi notat Accurſius ſcholio
iudicati. verſ. dic ergò, cuius me
minit Abb. c. cum dilecta. nu. 6.
de confirma. vtili. hanc ſenten-
tiam crebrius receptam eſſe ſcri
pſit Iaſſ. conſilio. 54. colu. 1. lib. 1.
huic ſententiæ fauet. l. 1. C. de in
terdictis. & ibi notat Bald. q
lex correctoria locum habet in
ijs caſibus, in quibus ſubeſt ea-
dem ratio, tradit Ioã. And. ſcho
lio Italiæ. c. 1. de tempor. ordi. lib.
6. ſequitur Bald. l. de quibus. nu.
35. ff. de legibus. Abb. in. c. fin.
nu. 12. de reſcript. Annanias in
c. cum ſit Romana. de ſimonia.
idem Abb. in. c. nihil. nu. 9. de ele
ctione, Ioan. Luppus in Rub. de
donat. inter vir. & vxor. §. 16. nu.
5. Euerardus loco. 35. Anchar.
conſilio. 96. nu. 2. Tiraquell. tra-
ctatu retractus titulo. 1. §. 20. glo.
1. nu. 3. Barb. in repetitiõe. l. cum
acutiſsimi. nu. 56. C. de fideicom
miſsis, Nauarrus in. c. 1. §. labo-
ret. de pænitẽtia diſtinctione. 6.





Caſſaneus cõſilio. 30. nu. 23. quæ
opinio crebrius recepta ratio-
nem habet, vnde immeritò Al-
fonſus Caſtro eam improbat
lib. 1. de lege pænali. c. 7. ſunt
enim in hoc articulo tam multa
à doctoribus tradita, vt ſi in vnũ
cõferre, & de ſingulis iudicium
adamuſsim facere neceſſum eſ-
ſet, iuſtus liber tanto operi non
ſufficeret. Id autem ad propoſi-
tum attinet, q. l. patrem. quæ de
patre loquitur qui filiam expo-
ſuit, debet locum habere in per
ſona patris qui expoſuit filium,
quem ſi prohibeat nutritoris fi-
liæ matrimonio iungi, alimenta
reſtituet filio præſtita, vnde ex
cauſa ingratitudinis alũnus co-
gitur alimenta, quæ pietatis in-
tuitu data percepit, reſtituere,
quod ex huius textus ratione
procedit.
52 Quartò huius. §. ſententia lo
)(cum habet, ſi filius qui ali deſide
rat, culpatæ inhoneſtæq; vitæ
ſit, quià malè morigerato filio
pater alimenta dare non tene-
tur. huius ſententiæ author eſt
Marcus Mantua ſing. 683. eãq;
forte defendi poſſe ait ductus
Phocionis Atheniẽſis exemplo,
qui munera Philippi Regis Ma
cedonis ſpernens, legatisq; ſua
dentibus vt ea ſaltem filiorum
commodis accipere non detre-
ctaret, reſpõdit, hic agellus illos
alet, qui me ad hanc dignitatem
perduxit, ſi mei ſimiles fuerint,
ſim verò diſsimiles, nolo in pen
ſis meis ali, eorumq; luxuriam
augeri. Hæc opinio defendi po
teſt argumento. l. bona fides. ff.
depoſiti. vbi Triphonius iure
conſultus ait maleficios debere
egeſtate laborare. hæc item opi
nio Marci Mantuæ defendi po
teſt Vlpiani reſponſo. l. necquic
quam. §. de plano. ff. de officio
proconſu. vbi ait filium, qui vt
non oportet conuerſatur, poſſe
proconſulem comminari & ter
rere: in ſpecie illa malè conuer-
ſari dicitur filius, qui luxurioſus
eſt, atq; ſcortis dat, vti explicãt
ibi Salomonius & Ioann. Oro-
ſcius.
53 Ipſe autem huic ſententiæ nõ
accedo, qui exiſtimem luxurio-
ſo maleq; morigerato filio non
poſſe patrem denegare alimen-
ta, quamuis corrigere poſsit, &
emendare, quòd ſi vitam nõ mu
tet filius, bonosq; induat mo-
res, iudice madire pater poterit, Quæſtio frequens
qui emendabit. argumẽto. §. de
plano. hæc opinio ea ratione cõ
mendatur, quæ ex Vlpiano hic
depromitur, vt ipſe exiſtimo: di
cit hic iureconſultus poſſe pa-
trem ſi iuſta ſit cauſa, filio alimẽ
ta denegare, quæ autem ſit cau-
ſa iuſta, exemplo declarat: ſi fi-
lius patrem detuliſſet. inde Ac-
curſius aptè deduxit illis de cau
ſis poſſe patrem filio alimenta
denegare, ex quibus poteſt eum
ex hæredare, ergò ex illa cauſa
ex qua pater non poteſt filium
ex hæredare, non poterit alimẽ
ta denegare: quæ ſententia pro
batur ex dictione (meritò) quæ

idem ſignificat atq; dictio, (dig
gnè).l.de quibus. ff. de legibus.
generalem concluſionem quam
poſuerat Vlpianus exemplo de
clarat dicens, quòd meritò exi-
ſtimabitur pater denegare ali-
menta filio, ſi filius patrem detu
54 liſſet. Quo exẽplo generalis cõ-
cluſionis ratio demonſtratur,
quæ in alijs ſimilibus cauſis ob-
tinebit.l.ſcire oportet.§.ſi.ff. de
excuſat. tuto. & ibi notat Bart.
& legem illam pro hac ſenten-
tia extollit Salamonius.l.Gallꝰ.
§.idem credendum.nu.2.ff.de li
ber.& poſt.Paul. Orianus in.l.
1.ff. de officio eius cui mand. eſt
iuriſdic.nu.35. Hanc ſentẽtiam
quæ habet, quòd regula declara
tur per exempla, ſcripſit Accur
ſius ſcholio ob aliud.in.l.2.ff.de
priuat.delict.ſequitur Butigela,
l.2.in princi. ff. ſi cert.pet.nu.7.
Mari.Soci.iunior.l.cum filio.ff.
de leg.1.nu.98. Aymon Crauetta
ibi nu.49. Paul.de monte pico.
l.in quartã.ff. ad leg.fal. nu. 92.
Hærmanotus Detus.l.4.§. ca-
to.ff.de verb.obligat.num.285.
idem Soci.l.ita ſtipulatus. ff. de
verb.obligat.nu.158.

55 Hinc apparet, quòd ex hiscau
ſis poterit pater filio alimẽta de
negare, ex quibus poteſt ex hæ-
redare, ſed filius ex hæredari nõ
poteſt eam ob cauſam, quòd vi-
tæ ſit culpabilis, luxurioſus, &
malè morigeratus. auth. vt cum
de appellatione cognoſcitur. §.
aliud quoq; capitulum.verſ.cau
ſas collatione. 8. Bernardus. c.
quintauallis.de iure iur.ergò nec
alimentis priuari, vt falsò opi-
natus eſt Marcus Mantua, licet
& ipſe hæſerit. atq; ita huiꝰ tex
tus ſententia locum non habe-
bit in perſona filij qui culpatæ
vitæ & luxurioſus ſit, qui priua
ri alimentis non poterit, quam-
uis filius qui patrem detuliſſet,
priuari alimentis poſsit. ſicq; ac
cipienda eſt huius.§.deciſio.

56 Secundò huius.§.ſententiæ lo
cus eſt, ſi patronus eccleſiæ in-
gratitudinem cõmittat in eccle
ſiam, quià priuari poterit alimẽ
tis, traddit latè Paulus de Cita-
dinis tractatu iuris patronatus
6.parte.q.8.articulo.4.ſequitur
Rebuffus tractatu cõgruæ por-
tionis.q.12.nu.105.

57 Tertiò huius legis ſententia
obtinet in perſona vicarij eccle
ſiæ, qui ſi ingratus ſit, priuabitur
cõgrua portione, ſicut filius pri
uatur alimẽtis, vt Accurſius ait
ſcholio detulerat. cuius ſenten-
tiam dilatat ac in perſona vica-
rij locum habere ait Rebuffus
dicta.q.12.nu.104.

58 Quartò hæc ſententia locum
habet in perſona donatarij, qui
alere donatorem tenetur, quòd
ſi deneget alimenta, priuabitur
re donata. Accurſius ſcholio.vo
luerit.l.fin.C. de reuo. donatio.
argumento.auth.vt liber. de cæ
tero.§.illud & l. Diuus Claudius
ff.de iure pat.l.alimẽta. in prin.
&.§.1.ff.de liber.agnos. vbi pa-
tronus qui liberto indigẽti non
præſtat alimẽta, punitur amiſ-
ſione



ſione libertatis cauſa impoſito-
rum, & hæreditatis liberti.item
libertus denegans patrono ali-
menta redigitur in poteſtatem
patroni, ſiue patrono donata-
rium comparemus, ſiue liberto,
ſi donatori alimenta denegaue-
rit, punietur amiſsione donatæ
rei.

59 Secundò Accurſij ſententia
commendatur ratione.l.fi.C.de
reuo.donat.illis verbis (neſit cui
quam licentia, & alienas res ca-
pere, & frugalitatẽ irridere do-
natoris, & iterum ipſum dona-
torem ſuasq; res perdere, & pri
uatis malis ab ingrato donatio-
nis acceptore affici.) quæ ratio
obtinet in perſona eius, qui de-
negat alimenta donatori, ergò
in eo locum habebit deciſio, vt
priuetur re donata.argumento.
l.illud.ff.ad leg.aquili.hæc ſentẽ
tia validioribus fulcitur argu-
mentis à iure ductis, quibus do-
ctores innituntur. ſententiæ Ac
curſij accedũt Cynus, Faber, &
Sali.l.fi.C.de reuo.donat. Ripa
ibi.q.27. nu.72. hãc opinionem
dicit æquam & cõmunem Hip-
po.Riminald.in.§.1.inſti. de do-
nat.nu.536.qui plura aggregat.
ab hac opinione dicit ſe non au
dere recedere.in deciſiuis Cor-
neus cõſilio.120. nu.3. & iterum
nu.5.lib.1.qui ait contrariã ſen-
tentiam eſſe veriorem in pũcto
iuris.de qua controuerſia plura
Riminaldus: qui ex quantitate
rei donatæ, ex neceſsitate dona
toris, ita modum ſtatuit, vt iudi
cium huius rei factum adamuſ-
ſim credam.

60 Hæc ſententia legis conſtituẽ
tis vt alimentis poſsit quis illis
de cauſis priuari, ex quibus po
teſt ex hæredari, locum non ha-
bet in perſona illius, quem in-
gratitudinis pænituit, huic enim
pater non poterit alimenta de-
negare. Speculat. titulo qui filij
ſint legit.§.1. nu.16. argumento.
c.ferrũ.50. diſtinctione, vbi ex
canone colligitur pænitentiam
efficere, vt ad priores actus quis
reuertatur. huic ſententiæ fauet
c.inter opera.de ſpõſal. vbi oſtẽ
ditur prodeſſe vt peccata diluã
tur de lupanari mulieres euoca-
re & extrahere. hanc ſentẽtiam
aprimè fulcit.l. Imperialis in
prin.C.de nuptijs. vbi princeps
proſtribulis hoc priuilegiũ do-
nat, vt ſi ad melioris vitæ frugẽ
conuerſæ ſint, tales habeantur,
ac ſi ſemper honeſtæ inculpa-
tæq; vitæ fuerint, hinc colligi-
tur quòd per pænitentiam mu-
lier reddit ad ſtatum, in quo fue
rat antequam peccaſſet. Hæc iu-
ra impellũt plures, vt Specula-
toris ſententiæ accedant: ſequi
tur enim Alber.in.l.ſi quis à libe
ris in princip.nu.18. ff. de liber.
agnos. Alexan.nu.33. Ripa. nu.
71.in.l.1.ff.ſolut.matrim. Iaſſ. in
l.ius ciuile. nu.29. ff. de iuſti. &
iure. Corſet. in tractatu de mi-
nimis. 2. parte. verſ. vigeſsimò
octauò.nu.13. Coraſius in. l. qui
liberos.ff.de ritu nupt.num.56.
Guillermus in.c.Rainuntius.de

 teſtam.

teſtam.verb. dotem quam ei de
derat.nu.40.Hippo.in.l.vni.C.
de raptu virg. nu.21. qui plures
aggregat.hanc ſentẽtiam ſequi-
tur Caſſaneꝰ cõſuet.Burg.Rub.
1.§.5. nu.6. idem Guillermus.c.
Rainuntius verb. in eodem te-
ſtamento relinquens. 2. nu. 38.
Iaſſ.in.l.in arenam.nu.6.C.de in
offi.teſta. idem Iaſſ.auth. non li-
cet.nu.14.C.de liber.præter.Lã
bert.de iure patr.lib.3.q.3.prin-
cipali articulo.8.nu.3.Gregoriꝰ
ſcholio desheredar. in.l.5.titul.
7. part. 6. qui omnes in ea ſunt
ſententia, vt exiſtiment luxurio
ſam filiam à patre non priuari
alimentis, aut hæreditate, ſi ad
frugem honeſtæ vitæ conuerſa
ſit. ſequitur Antonius Frãciſcꝰ,
& Sebaſtianus Sappia in addi-
tione. Abb. in. c. quinta vallis.
nu.6.de iure iur. hanc ſententiã
crebrius receptam eſſe atteſta-
tur Catteliaꝰ cotta in memora
bilibus iuris. verbo. filius fami
lias. quem ſequitur Coſta.l.Gal-
lus.§. & quid ſi tantum. ff. de li-
ber.& poſth.3.parte.nu.189.qui
atteſtatur hanc ſententiam com
muniter eſſe receptam, quod ſi-
militer ſcripſit Oroſciꝰ.l.1.§. ius
naturale.nu.18.ff.de iuſt.& iure.

61 Sed hanc opinionem, quæ cõ
muni doctorum hominum ſuf-
fragio comprobata eſt, refellit
Felinus in. c. Rodulphus. nu.6.
de reſcrip. qui ait qud ſi filium
ingratum, quem peccati pæni-
tet, pater non poſſet hæreditare
priuare, fieret lex illuſſoria quæ
patri exhæredandi filij poteſta
tem conceſsit, cum filius ſemper
hac exceptione ſe tueri poſsit,
quòd cõmiſsi criminis eum pæ-
niteat: atq; hoc modo pœnalibe
rabitur. Exiſtimat tamẽ Felinus
receptæ ſententiæ licet locus nõ
ſit in hæreditate, eſſe tamen lo-
cum in alimentis, quibus filia nõ
priuabitur, ſi ad frugem hone-
ſtæ vitæ conuerſa ſit. Huic ſentẽ
tiæ accedit Coſta.nu.190. ſecun
dòq; loco diſtinguit, an cauſa in
gratitudinis propter quam filiꝰ
exhæredari poteſt, reſpiciat di-
rectò & principaliter perſonã
patris, an verò per quandam
conſequentiam, primo caſu non
proſit filio pænitentia, quim pa
ter filium poſsit ex hæredare ſe
cundò verò proſit pænitentia,
exemplum in filia ponit, quæ in
corpus peccauit, in quo caſu lo
cum habet ſententia Speculat
vt ait Ripa. in.l.fi.C.de reuo.do
nat.q.67.nu.226.ſequitur Aret.
& Curt.iuni. quos refert Coſta,
qui huic interpretationi non ac
cedit, quià exiſtimat filiam quæ
in corpus peccauit, licet pænitẽ
tiam egerit, ex hæredari poſſe,
quià contumelia qua patrem af-
ficit non aboletur, licet filia ho-
neſtiſsimè vixerit, cum ſat ſit of
fenſam ſemel fuiſſe cõſumatam
Bart.l.ſi ea mente.ff.de furtis.vn
de Coſta nu. 192. Iterum diſtin-
guit circa cauſam, quæ princi-
paliter reſpicit ipſius filij perſo-
nam, ſecũdo loco perſonam pa-
tris, an cauſa facto aliquo mo-
menta-



mentaneo indignationẽ patris
& legis mereatur: an verò turpẽ
quandam vitæ profeſsionem re
quirat, in prima nõ prodeſt pæ-
nitẽtia, vt ſi mulier peccet in cor
pus ſuum, quià conſumata fuit
offenſa, in alia proſit pænitẽtia,
nequis dignus ex hæredatione
existimetur. argumento auth. vt
62 cum de appella.cognos.§.cauſas
illis verbis (ſi propter volunta-
tem parẽtum.) Ex ijs enim quæ
in hoc articulo tradidit Coſta,
colligitur filiam quæ in corpus
peccauit, quamuis pænitentiam
egerit, à patre poſſe exhæredari,
quod prædixerat Felinus, cuius
ſententiæ accedit Coſta: quæ ſen
tẽtia vera eſt. nec ei rationes ob
ſtant, quibus innituntur docto-
res, qui aduerſam ſentẽtiam de-
fendunt. quam non fulcit. c. fer-
rum.50. diſtinctione. c. fidelior
agunt enim illi canones de pæni
tentia peccati in Deum commiſ
ſi, remittit Deus culpam pænitẽ
ti, pænam autem ſæpe non re-
mittit Paul. ad Hæbreos. c.11. ne
quis ſit fornicator, aut propha-
nus vt Eſau: qui propter vnam
eſcam vẽdidit primogenita, ſci-
tote enim quod poſtea cupiens
hæreditare benedictionem re-
probatus eſt: non enim inuenit
pænitentiæ locum, quamquam
cum lacrimis inquiſiuiſſet eum.
huius rei plura exempla retulit
Abulẽſsis.1.regum.c.15.q.30.vn
de conſequitur quòd licet filia,
quæ in honeſtè vixit, vitã in me
lius mutauerit, peccati indulgẽ-
tiã à Deo optimo Maximo cõ-
ſequatur, non tamen aſſequetur
remiſsionem pænæ à patre invi
to: nec huic opinioni obſtat. l.
Imperialis in principio.C. denu
ptijs. vbi princeps ſcænicis mu-
lieribus, vt à peccato abſtineãt,
remittit pænas legales. hoc enim
principi permiſſum eſt ea de cau
ſa, quòd ſit caput Reipublicæ,
nõ poteſt tamen ingrato indul-
gere, ac pænam remittere, pro-
pterea quòd pænitentiam ege-
rit, vt nec à patre ex hæredari
poſsit. quod ius patri princeps
auferre nequit. l.2.C. de in ius vo
cand. l.2.C. de libertis, & eorũ li
ber. et de hac ſpecie exhæredatio
nis propter ingratitudinẽ agit
Guillermꝰ in. c. Rainũtius verb.
in eodem teſtamento relinquẽs.
63 2.nu.7. de teſtamẽtis. At in pro
poſito non benè conſiderãt do- *Aduerſum Speculat. Ripam. & reliquos.*
ctores, qui exiſtimãt filiam, quæ
peccauit in corpus iniuria pa-
trem afficere per conſequentiã,
principaliter autem ſibi ipſi in-
iuriam irrogare, quæ opinio de-
fendi non poteſt, quià licet filia,
quæ peccat in corpus, irroget ſi
bi iniuriam, patrem tamen gra-
ui afficit contumelia Eccleſiaſti
cus. c.24. ſuper filiã luxurioſam
confirma cuſtodiam, nequando
faciat te in opprobrium venire
inimicis. qua de re abundè ſcri-
pſit Tiraquell. in legibus connu
bialibus.l.1.glo.1.parte.1.nu.45.
64 Hinc ſcripſit Saliceꝰ in Rub.
C. ad leg. Iuli. de adulter. num.1.
quòd liberi parentes & affines
iniu-

iuria afficiũtur ex adulterio fæ-
minæ. ſequitur Montal. ſcholio
magno in fine in.l.1.titulo.7.lib.
65 4.fori. Quæ opinio ex eo vera
apparet, quòd licet pater filium
magis ſe ipſo diligat.l. iſtiquidē
ff.quod metus cauſa, grauius ta-
men afficitur adulterio vxoris
quam morte filij.l. codicillis.§.
mater. ff. delegat.2. illis verbis
(& alia mihi deteriora fecit) vbi
Bald. ait, propterea illa verba
teſtatorem protuliſſe, quià for-
te ille cõcubinauerat aliam quã
dam vxorem teſtatoris, & ante
Baldum hoc tradidere Iacobus
de Arenis & Alber.ibi.quæ in-
terpretatio cõmuniter recepta
eſt, vt colligitur ex ijs, quæ tradi
dit Tiraquell.in legi.connubi.l.
66.13.glo.1.parte.13.nu.27. & hinc
fit, vt viro permiſſum ſit vxorē
in adulterio comprehenſam oc
cidere.l.Grach9.C.de adulterijs
l.82. Tauri. iuſtum enim dolo-
rem lex ait, temperare non po-
tuit, atq; ita dolor, qui ex iniu-
ria natus eſt, efficit vt ignoſca-
tur viro, qui deprehenſam in
67 adulterio vxorem occiderit. Pa-
tri hæc eadem poteſtas permiſſa eſt, ergò dolor, & iniuria æqualis eſt in vtroq;, quinimo maior in patre.l.marito. ff. de adulter. vbi patri licet occidere quemcumq; cum filia deprehẽſum in adulterio, quod marito nõ licet vt lex ait, ex quo apparet grauiori affici patrem iniuria ex filiæ adulterio quam maritus, ſed maritus, qui poteſt ob adulteriũ dimittere vxorem, correctam & ad melioris vitæ frugem conuerſam recipere non compellitur. c. Gaudemus de cõuerſione coniugatorum. vnde apparet à pæna, inquam incidit adultera, nõ liberari, propterea quòd pænitentiam egerit, quià ius viro eam ob cauſam quæſitũ eſt, quæ ſententia locum habebit in perſona patris, cum in eo ſubſit eadẽ ratio, poteritq; pater exhæredare filiam, quæ peccauit in corpus, quamuis pænitentiam egerit, vt colligitur ex ratione c.Gaudemus, cui9 deciſionis doctores non meminere in dirimẽda hac controuerſa quæſtione.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR,

## in. §. non tantum.

*PATER non tantum tenetur alere filium, ſed veſtimenta dare & habitationem, numero.1.*

*Alimentorum appellatione cibaria continentur, nu.2.3.*

*Alimentorum & cibariorum appellatione potus continetur, & aqua ſi venalis ſit, numero.4.5.6.*

*Alimentis legatis aquæ precium præſtari debet, & alimenta debent præſtari menſtrua aut in principio quadrimeſtri vel anni, nume.7.*

*Pulſare ſignificat lædere aut violare, numero.8.*

*Verecundia pro hominis æſtimatione accipitur, & nouè declarantur.l. pecuniæ & .l.mella.ff.de alimentis & cibar.legat.nume.9.10.11.*

*Taciti & expreſſi idem eſt iudicium, quando id quod tacitè ineſt, exprimitur eo modo quo ineſt, nu.12.*

*Copula, &, legatum pinguius efficit, nu.13.*

*Aquæ vectura non debetur legatis alimentis, nume.14.*

*Veſtes continentur alimentorũ verbo, quæ præſtandæ ſunt pro ætate & dignitate eius cui dantur, & pretioſæ erunt ſi conueniant dignitati alimentarij, nu.15.16.*

*Alimentarij dignitas æſtimanda eſt ex preſenti ſtatu cum eget, non ex præterito quondo diues erat. ſed hoc iudicis arbitrio relinquitur, nu.17.18.*

*Veſtis præſtanda eſt alimentario vno quoq; anno, qui atritam veſtem reſtituet, numero.19.*

*Alimenta quæ ſingulis menſibus præſtari poſſunt, ſingulis menſibus præſtãda ſunt. numero.20.*

*Annuum relictum ob certam neceſſitatẽ, præſtari debet tempore quo neceſſitas obuenerit, nu.21.*

*Veſtes ſunt alimentario præſtandæ quando veſtibus indigere cæperit, quod iudicis arbitrio relinquitur, nu.22.*

*Veſtis ſi legata ſit vnoquoq; anno, & veſtis precium hæres dederit, ſi veſtem alimentarius non comparauerit, aut veſte non vtatur, precium condicet hæres, numero.13.*

*Habitatio continetur veſtis appellatione, nume.25.*

*Equus an præſtandus ſit alimentario, ſi dignitas eius equum poſtulet, nu.26.27.*

*Impenſæ quæ pro recuperanda ſalute fiũt, an contineantur alimentorum verbo, numero.28.29.*

*Alimentorũ verbo continetur merces, quæ datur medico, nu.30.*

*Sumptus qui fiunt in ſtudia, continẽtur alimentorum appellatione.nu.31.*

*Pater an teneatur ſumptus facere in ſtudia literaria filij, nu.32.vſq; ad.35.*

*Fæmina inſtitui excolíq; debet, nu.36.*

*Studij impenſa ſi legetur, quid hoc legato cõtineatur, nu.37.*

*Scholari ſi alimenta legata ſint hæres mittet alimenta adærata in vrbem vbi ſunt ſcholæ, nu.38.*

*Calciarium continetur alimentorum verbo, nume.39.*

Supe

*Superiora obtinent ſi de alimentis præſtandis agatur ſecus ſi de remittendis, quia verbo victus nec habitatio nec veſtitus continetur. nu. 40.*

*Pater tenetur alere filij liberos, nu. 41.*

*Vxorem filij etiam ſi indotata ſit pater alere tenetur, nu. 42. 43.*

*Dotare filiam iuſtè procreatam pater tenetur, nu. 44.*

*Dotare filiam quo iure pater teneatur, numero. 45. vſq; ad. 48.*

*Verba ſi dirigantur ad iudicem oritur officium iudicis, quomodo hoc accipi debeat nu. 49. vſq; ad. 55.*

*Dotem ſi pater pro filia non dederit, patris hæres dotare cogetur, nu, 56.*

*Matrimonium quamuis iure diuino inſtitutum ſit, deſijt tamen in vſu eſſe apud gẽtes vt quidam malè putarunt, nu. 57. 58.*

*Obligatio ex contractu dotis iuris gentium eſt, declaratur nouè. l. eas. ff. de capit. diminu. nu. 59. 60.*

*Actio qua experimur, vt dos reddatur, iuris ciuilis eſt, nu. 61.*

*Collocans filiam in matrimonium ſi alimenta promiſerit, tenetur alimenta dare dũ matrimonium durat, nu. 62.*

*Alimenta ſimpliciter relicta cenſentur relicta donec vixerit legatarius, nu. 63.*

*Pater qui nubenti filiæ alimenta promittit, ſi moriatur, an præſtanda ſint alimenta quindecim annorum, nu. 64. 65.*

*Nubenti filiæ quando pater alimenta promittit, an præſtare debeat alimẽta nõ ſolũ filio & genero, ſed filijs eorũ, n. 66. 67*

*Pater qui nubenti filiæ alimẽta promiſit debet præſtare alimẽta in domo filiæ. n. 67*

*Auus maternus tenetur alere nepotes, ſi gener mortuus ſit aut pauper, qui liberos alere non poteſt. Auus paternus tenetur dotare neptes inopes, nu. 69.*



# NON TANTVM ALIMENTA, VERVM ETIAM CÆTERA quoq; onera, liberorum patrem à iudice cogi præbere, reſcriptis continetur.

1 EX hoc textu colligit Accurſius ſcholio, cætera. quòd pater non tantum tenetur alere filios, ſed veſtimenta dare, & habitationem, quia alimentorum verbo continentur. l. legatis. l. fin. ff. de alimen. & cibar. leg. hæc exempla vera ſunt inſe, non tamen cõgruunt literæ legis, quæ cum de alimentis agat, de veſtibus & habitatione agere intelligitur, cum hæc alimentorũ verbo contineãtur. hæc Bart. & Alber. hic tradidere: qui in poſteribus exẽplis Accurſij ſententiam approbant.

2 Vnde tractare neceſſum eſt quid alimentorũ verbo cõtineatur, in hoc diſtinguẽdũ eſt. Aut de alimẽtis præſtãdis agitur: aut de alimẽtis remittẽdis. de prima ſpecie primo loco agemus; & alimentorũ verbo cibaria cõtineri palam eſt. l. legatis. ff. de alimen. & cibar. legat. Bar. tracta. alimẽtorum. nu. 5. Alex. Rub. ff. ſolut. mat. nu. 26. Iaſ. l. cum. ij §. qui trãſigit. ff. de tranſactio. nu. 2. & ibi Ioan. Oroſcius. nu. 1. Iaſ. l. quidã cum filiũ. nu. 33. ff. de verb. obligat. Paulus decitadinis de iure pat. 6. parte. articulo. 4. q. 4. nu. 10. Cæſar. Lambert de iure pat. lib. 3. q. 3. principa. articul. 9. Aymon conſili. 199. nu. 3. lib. 1. Soci. conſilio. 161. nu. 4. lib. 2. Decius. l. de alimẽtis. nu. 1. C. de trãſactio. dominus Antonius Padilla. l. 1. & in auth. hoc amplius. C. de fideicommiſsis. Bertrandus conſilio. 242. nu. 7. lib. 3. Ioan. de amicis conſili. 56. nu. 1. Purpu. l. qui iuriſdictioni. nu. 82. ff. de iuris omni. iud. Caſſaneus in conſuetud. Burg. Rub. 6. §. 4. verb. veſtir & habiller. nu. 1. Rebuffus in conſtitutio. Galliæ. 1. parte. tracta. de ſententiæ prouiſione articulo. 13. glo. 2. nu. 1. Perez in Rub. tituli. 1. lib. 3. ordi. colu. fin. Rolandus. conſilio. 22. nu. 2. lib. 1. idem Rolandus conſilio. 54. nu. 26. lib. 2. & hæc ſententia iure Regio cõfirmata eſt. l. 10. titu. 18. part. 2. l. 2. titulo. 19. part. 4.

3 vbi Gregorius ſcholo ea eſta. *Aduerſus Grego.*
ait ꝙ cum lege Regia conſonat l. ſi quis à liberis. §. non tantum. deceptus forte interpretatione Accurſiana, quia. §. non tantum non explicat quid contineatur alimentorum appellatione, vt Accurſius malè exiſtimauit, ad quod Bart. & Alber. aduerterunt.

Vnde

4 Vnde lex Regia verbis dicti
§. non tantum. non conuenit,
ſed ijs quæ inibi Accurſius ſcri-
pſit. ex his colligitur alimento-
rum verbo potum comprehen-
di, quià cibariorum appellatio-
ne continetur. l. verbo uictus. ff.
de verb. ſig. vbi notat Alci. Bart.
tracta. alimentorũ. nu. 5. Accur
ſi9 ſcholio cibaria. l. legatis. ff. de
alimẽ. & cibar. leg. argu. l. & ſinõ
ſint. §. ſi cui eſcariũ. ff. de auro &
argẽt. leg. ſententiã Accurſij ſe-
quitur Decius. l. 2. nu. 31. ff. de iu
ris. omni. iud. Rolãdus cõſili. 22.
nu. 2. lib. 1. hæc eſt recepta ſentẽ-
tia teſte Iaſ. l. cũ ij. §. qui trãſigit.
ff. de trãſactio. nu. 1. quæ appro-
5 batur. l. 2. titu. 19. p. 4. Conrariã
ſententiã ſequitur Oldrad. cõſi.
79. nu. 2. quià cibus & potus po
nũtur vt diuerſa in. c. inquibus.
de cõſecratiõe. diſtinctiõe. 2. vbi
dicitur quòd ſicut caro dñi verè
eſt cib9, ita ſanguis eius verè eſt
potus, vbi Archidiaconus ait,
quòd cibi appellatiõe nõ conti
netur pot9. Ego autẽ ſeria ad lo
cos non traho, nec diuina miſte-
ria ad profanos vſus, quo pacto
hæc accipi debeant theologorũ
munus eſt, noſtrũ autẽ in alienã
meſem falcẽ non mittere. In pro
6 poſita ſpecie falſam eſſe ſenten-
tiã Oldradi Decius affirmat, cu
ius ſententiã veram eſſe iure ci-
uili ſcio, quo iure verbo cibi po
tum cõtineri dubium noneſt, vt
teſtatur Alcia. l. quos non. §. ver
bum viuere. ff. de verb. ſig. lega-
to cibo & potus legatus intelli-
tur. l. diarijs. ff. de alimen. & ci-
bar. leg. l. in rebus. §. poſſunt. ff.
commodati. alimentis autem le
gatis, cum dictio (alimenta) latè
pateat, legatũ cenſeri potũ, aper
te docet. l. verbo victus. ff. de
verb. ſig. l. 1. ff. de alimẽ. & cibar.
legat. vbi legatis alimentis cẽſe-
tur legata aqua, ſi in ea regione
legata ſit, in qua venũdari aqua
ſolet, vnde colligitur in propo-
ſito alimentorum legato aquam
contineri, ſi aqua ſit venalis.
7 Vtrum autem ipſa aqua præ
ſtari debeat, an verò aquæ æſti-
matio, quæri poteſt. & precium
eſſe præſtandum ſcribit Bart. l.
1. ff. de alimen. & cibarijs legat.
nu. 2. ſequitur dominus Ludo.
Molina lib. 2. c. 15. nu. 73. ratio-
nem ſubiecit, quià alimenta de-
bent præſtari menſtrua aut in
principio anni aut quadrime-
ſtri. l. fi. ff. de liber. agnos. l. pecu
niæ in fine. ff. de alimẽ. & cibar.
legat. ſed quià alimẽta quædam
vitium caperent, ſi integro mẽ
ſe adſeruarẽtur, vt aqua, piſcis,
& caro, quando hæc præſtari
debent adærantur, ac precium
præſtatur. l. Mella. §. quidam. ff.
de alimen. & cibar. leg. quædam
ſunt alimenta, quæ in corrupta
longo tempore adſeruantur, vt
frumentum oleum & vinum, &
hæc menſtrua dantur. l. nulli. C.
de eroga. milit. anno. lib. 12. hæc
eadẽ ſcripſit ipſe Bar. l. pecuniæ.
nu. 2. ff. de alimen. & cibar. leg.
8 vbi verba hæc ſcripta ſunt (ali
mentorum verò præbendorum
neceſsi-



neceſsitas oneribus menſtruis
atq; annuis verecũdiam quoq;
pulſantibus aſtringitur) vbi Ac
curſius ſcholio, pulſantibus du-
bius hæret, an verbum pulſanti
)( bus ad legatarios referatur, an
verò ad cohæredes. ipſe quidem
reor ad dictionem (onerib9) re
ferẽdum eſſe, quaſi dicat lex, ne-
ceſsitas præbendorum alimen-
torum aſtringitur oneribus pul
ſantibus verecundiam. pulſare
eſt lædere aut violare, quod ver
bum ad animum refertur. vt do
cet Seruius in Virgilium lib. 12.
æneidos.

*Pulſatos referens infecto fœdere diuos.*

9 Item verecũdiæ verbum pro
hominis æſtimatione accipitur.
l. filius. ff. de cond. inſti. l. obſer-
uandum. ff. de iudicijs. quo ſup-
10 poſsito hæc fuit Papiniani intẽ
)( tio ac voluntas in. l. pecuniæ.
quòd qui præbendorum alimẽ-
torum neceſsitate aſtrictus eſt,
ea ſtatuto tempore præbere de
bet, quod onus hominis æſtimã
11 tionem lædit, ſi cedente die ſolu
tionis non præſtiterit; hæc ta-
men ratio quam Bart. reddit, ꝙ
propterea aquæ precium præ-
betur, quià menſtrua aqua dari
non poteſt, cum corrumpatur,
non deducitur à iure, quià licet
aqua vitium capiat, vt Naſo ait.

*Cernis vt ignauum corrũpant ocia corpus,*
*Vt accipiant vitium, ni moueantur aquæ.*

Non tamen aqua, quæ alimẽ
torum legato cõtinetur, adæra-
ri debet, vt precium præſtetur.
)( Nec Bartoli ſententiã defendit
l. mella. §. cum quidã. ff. de limẽ.
& cibar. leg. vbi quidã libertis
vt alimẽta ita & aquã per fidei-
cõmiſſũ reliquit, Modeſtin9 ait
eſſe emolumentũ fideicõmiſsi, vt
ſit in fideicõmiſſo, quãto quis ſi- Interpretatio noua
bi eſſet cõparaturus aquã, vnde
cum alimentorũ legato aqua cõ
tineatur, colligunt doctores, ꝙ
æſtimatio præſtari debet. quæ o
pinio ex Modeſtini reſpõſo nõ
colligitur, ſed potius eius inten
tioni aduerſatur, qui ait legatis
alimẽtis & aqua, emolumentũ fi
deicõmiſsi eſſe, ſi enim aqua in
eſt legato alimẽtorũ, quomodo
emolumentũ legati facit ex eo,
ꝙ expreſſè legetur diſtincta ab
alimẽtis, cũ expreſsio eorũ quæ
tacitè inſunt, nihil operetur. l.
12 aliquãdo. ff. de cõd. & dem. Hinc
dicitur, quod taciti & expreſsi
idẽ eſt iudiciũ. l. cũ quid. ff. ſi cert
pet. quæ obtinẽt quãdo id quod
tacitè ineſt, exprimitur eo mo-
do quo ineſt. l. cum ita. §. illi ſi vo
13 let. ff. de leg. 1. Sed in ſpecie. §. cũ
quidã, propterea preciũ aquæ
præſtatur, quià quãdo legãtur ali
mẽta & aqua, nõ exprimitur le- Aduerſus Bart.
gatũ aquæ eo modo quo ineſt le
gatis alimentis, quià copula, &,
quæ inter alimẽta & aquã adjici
tur, pinguius effecit legatũ aquæ
l. ea tamẽ adiectio. ff. de legat. 3.
vnde licet alimentorũ aqua cõti
neatur, hoc fit, quià potus eſt, vt
bibatur. ſed ſi expreſſè alimen-
ta legentur & aqua, non ſolum
ea aqua cõſebitur legata, quæ po
tari debeat, ſed ea quæ ſit lega- Interpretatio noua
tarij

tarij vſui neceſſaria, vt abluat,
& id genus multa faciat: cum
aqua admulta cōducat, ac neceſ
ſaria ſit.l.10.titulo.18.part.2.(ca
non tan ſolamente la han mene
ſter para beuer: mas para otras
coſas muchas que no puedē los
omes eſcuſar) quia augetur aquæ
legatum adiectione copulæ, &,
propterea debetur aquæ æſti-
matio, ſed ſi alimenta tantum le
gata ſint, & aqua cenſetur lega-
ta ad bibendum, vnde ſi alimen
tarius apud hæredem alatur, ibi
cibum capiet & potum, ſi alibi,
alimenta dantur adærata, & a-
qua adærabitur, ſin min9 cibus
dabitur & potus.

*Aduerſus Bart.* 14 Ex hac interpretatione appa
ret, veram non eſſe ſententiam
Bart.l.1.ff.de alimen. & cibar.le
gat. nu.3. dicentis q legatis ali-
mentis non tantum aqua legata
intelligitur, ſed & precium ve-
cturæ aquæ, ſi legatarius hone-
ſtus ſit, quia cum aqua præſtari
debeat, vbi alimenta præſtan-
tur, ſiue honeſta legatarij perſo
na ſit, ſiue vilis, ibi aqua præſtā-
da eſt.

15 Item alimentorum verbo ve-
ſtes continentur.l. legatis. ff. de
alimen. & cibar. legat. l. verbo
victus. ff. de verb. ſig. tradunt
Bart. Alciat. Rolandus & Oro-
ſcius. & ſuprapoſita lege Regia
approbata hæc ſentētia eſt. Qua
les autē veſtes præſtari debeant
quæri poteſt: & præſtandas eſſe
pro ætate, & dignitate eius cui
debentur, tradit Caſaneus in
cōſuetudinibus Burgūdiæ Rub.
6.§.veſtir & habiller.nu.5. huic
opinioni fauet.l.2.titul.19. part.
4.illis verbis (è eſto deue cada
vno fazer, ſegun la riqueza è el
poder que ouiere, catando toda
via la perſona de aquel q̄ lo de-
ue recebir, en que manera le de
uen eſto fazer.)

16 Vnde meritò videtur dixiſſe
Alex. Rub. ff. ſolut.mat.nu.26.
appellatione alimētorum veſtes
precioſas cōtineri, ſi conueniāt
dignitati eius cui præbentur.ar
gumēto.l.pe.in principio. ff. de
alimen. & cibar. leg. l. ſed & ſi-
quid.§.1. ff. de vſufructu. Cōtra
riam ſententiam defendit Ioan.
Imola Rub.ff.ſolut.matri. ſequi
tur Ripa.ibi.nu.56.per.l.legatis
ff.de alimen. & cibar.leg. vbi ali
mētorum appellatione veſtes cō
tinentur, quia ſine his ali corp9
non poteſt, at ſine præcioſis ve-
ſtibus ali corpus poteſt, ergò ali
mentorum verbo veſtes præcio
ſæ non continentur.

17 Huic opinioni illa fauet ſen-
tentia, quæ habet, quòd alimen
tarij dignitas ex preſenti ſtatu
æſtimāda eſt, cum eget: non ex
præterito quādo diuitijs afflue-
bat, vti Bald. ait in. l. ſi maritus.
2. ff. ſolut. matri. poſt Iacobum
de Arenis. ſequitur Paul. Caſtr.
ibi.nu.2.Iaſ.l.cū ij.§. vult igitur
nu.1.ff.de tranſactio. qui dicunt
non eſſe alēdum cum famulis &
equis, quomodo olim diues ale-
batur, ſed modus iudicis arbri-
trio ſtatuetur. argumento.l.1. C.
denup-



18 denuptijs. Quæ ſentētia vera eſt,
multaq iudex penſitabit, vt mo
dum ſtatuat, prioris dignitatis
immemor non erit, cuius memo
ria non modicos fructus parit.
l.fin.ff.de decurioni. è conuerſo
paupertas hominem deprimit,
ac inhoneſtat.l. 2. C. quando &
quibus quarta pars debeatur.
lib.10.illis verbis (quid enim tā
durum tamq inhumanum eſt,
quàm publicatione pompaq re
rum familiarium, & pauperta-
tis detegi vilitatem, & inuidiæ
exponere diuitias.) paupertas
enim ipſa vilis eſt: non tamen vi
lem hominem facit, ſi integræ in
culpatæq vitæ ſit.l.humilem.C.
de incæſtis nuptijs, vnde precio
ſa veſtis nō dabitur, ſed ea quæ
cuiusq ordini & gradui conue-
niat: quod iudex ex conſuetudi
ne ſtatuet, quæ cuſtodiri debet
vti Baldus ait in Rub. de conſue
tudine.nu.23.argumento.c.quis
quis.41.diſtinctione. hāc ſenten
tiam multi approbant, quos in
vnum contulit Gaſpar Baetius
tractatu de decima tutorum.c.2.
nu.84. Marcus Mantua conſil.
276.Ioann.Francus.Paui.de vi-
ſitationib9.q.9.2.partis. nu.45.

19 Illa autem conſuetudo vbiq
introducta eſt, vt illi cui legata
ſunt alimenta, vno quoq anno
veſtis detur, qui antiquam atri-
tamq veſtem qua vtebatur, red
dere debet, Bald.l.1.C. de fidei-
commiſsis.nu.5. ſed in hoc arti-
culo verius receptiusq id eſt,
quòd ſi legatum alimētorum ſin
gulis menſibus præſtari nō poſ-
ſit, vt veſtes & lectū vno quoq
anno præſtari debeat: ita ſentit
Bart.l. Firmio. §. pater.nu.2. ff.
quando dies legat. ced. idē Bar.
in.l.pecuniæ ſortem.nu.2. ff. de
alimen. & cibar.legat. qui ait ve
ſtes alimentario eſſe præſtandas
vno quoq anno. ſequitur An-
char. in. c. cum haberet. de eo
qui duxit in matrimoniū quam
polluit per adul.nu.14. Alexan.
l.Imperator.nu.13.ff.ad trebelli.
poſt Bal.in.l.1.nu.3.C.de fideicō
mi. Aret. in.l. ita ſtipulatus. nu.
9. ff. de verb. oblig. Rolandus
conſilio.22. nu.22.lib.1. Tellius
20 in.l.10. Tauri. nu.14. Siverò ali-
menta diuidi poſsint ac ſingulis
mēſibus præſtari, vt ligna, oleū,
frumentum, vinum & id genus
alia, ſingulis menſibus præſtan-
da ſunt, vti ipſe Bart. ait. argu-
mento dictæ.l. pecuniæ ſortem.
cui accedit Aret.in.l.quidā cum
filium. ff. de verb. oblig. Cæſar
lambert. de iure patronat.lib.3.
q.3. principali articulo.9. nu.3.
& articulo.6.nu.12.

21 Huic opinioni fauet ipſius Bar
toli ſentētia in.l. Si cui legetur.ſ
in principio.nu.3.ff. de leg.1. di-
cētis quòd relictum annuum in-
tuitu certæ neceſsitatis præſtari
debet eo tempore quo neceſsi-
tas obuenerit. ſequitur Angel.
ibi.nu.fin. Iaſ.nu.17. nec reliqui
improbant. ſequitur Paul. Caſt.
conſilio.345. in fin. in antiquis:
22 Emelianus conſili.10.nu.9. ipſe
tamen Bar.l.fin.nu.1.ff. de liber

agnos. ait legatis alimentis ve-
ſtes alimentario præſtandas eſ-
ſe, quando veſtibus egere cepe
rit. ſequitur Rolandus dicto nu.
22. & alij plures. Cum doctores
mirè variēt in hoc articulo, ſcin
dantur ꝙ in diuerſas opiniones
Accurſius & Bar. in. l. Firmio. ff.
quando dies legati cedat. id ſa-
nius erit, vt huius rei cognitio
iudicis ſit, boniq; viri arbitrio
definiatur: qui ſtatuet quo tēpo-
re alimenta veſtes & reliqua ne
ceſſaria alimentario præſtanda
ſint, vt cum iudicio ſcripſit Be-
roius in. c. Rainuntius de teſta-
mentis. nu. 221.

23 Id tamen prætermittendum
nō eſt, quòd ſi legata ſit veſtis vno
quoq; anno, eamq; legatario hæ
res præſtiterit, aut veſtis preciū,
ſi legatarius veſtem non emerit,
vſusq; ea ſit, ſolutū veſtis nomi-
ne repetet is, qui dedit. l. 2. §. Ti-
tio. ff. de donatio. vbi Vlpianus
ait, quòd ſi Titio decem in hoc
dederim, vt ſeruum emeret, ali-
ter non daturus, ſi aliqua decau
ſa ſeruum non emerit, cōdictio
ne decē repetam. cuius legis ar-
gumento propoſitæ ſententiæ
autor eſt Emilianus conſilio. 10.
nu. 7. Hæc opinio, quæ Vlpiani
reſpōſo fulcitur, trahi poteſt ad
id, quod in collegijs literarijs cō
ſtitutionibus cautum eſt: vt pe-
cunia quotannis collegis detur
veſtibus comparandis, quam ſi
collegæ in alios vſus prodege-
rint, poterit ab eis pecunia con
dictione repeti. vix autem hæc
in praxim deducentur, quià col
legis non tātum prætextæ com-
parandæ pecunia datur, ſed ad
reliquas quoq; veſtes, quæ ſunt
innumeræ, ſine quibus honeſtus
homo incedere non poteſt.

24 Item alimentorum verbo cō-
prehenditur habitatio. l. legatis
ff. de alimen. & cibar. legat. l. ver
bo victus. ff. de verborum ſig.
Bar. tracta. alimentorum. nu. 1.
ſequitur Rolandus conſilio. 22.
nu. 1. multiq; ſupra poſiti. hæc ſen
tētia iure Regio approbata eſt.
l. 2. titulo. 16. part. 4. vbi notat
Gregorius ſcholio domoren.

25 Item alimentorum appellatio
ne lectum continetur. l. inſtratū
l. quos nos. §. verbum viuere. ff.
de verb. ſig. vbi notat Alcia. idē
Alciat. l. verbo victus, & in. l. cæ
tera quibus. ff. de verb. ſig. Bar.
tracta alimentorum nu. 3. Rolā-
dus conſilio. 22. nu. 6. Angel. de
gambelio tracta. de teſtamentis
glo. 45. nu. 7. quod paſsim rece-
ptum eſt.

26 Item legatis alimentis equus
præſtari debet, ſi legatarius equo
indigeat, quià pedes ambulare
nequeat, vel excurrere. Bal. in. l.
ſolent. §. fi. nu. 5. ff. de officio pro
conſu. ſequitur Salicet. in. l. quo
niam liberi. nu. 2. C. de teſtibus.
Hippo. in Rub. C. de probat. nu.
20. argumēto. l. idemq;. §. labeo.
ff. mandati. quæ opinio ſic acci-
pienda eſt, ſi dignitati eius qui
alitur hoc conueniat: ruſticus
enim, aut humilis equo non vte
tur, quòd ſi pedes excurrere ne-
queat,



queat, vehetur aſino. hæc tradit
Accurſius ſcholio, eum oporte-
re in dicto. §. idem labeo. per. l.
vel vniuerſorum. ff. de pigno.
actione, ſequitur Bald. in. l. quo
niam liberi. C. de teſtibus. & ibi
Sali. nu. 2. idē Sali. in. l. non igno
ras. C. de fructibus & litium ex
pen. Barb. in. c. per tuas. nu. 6. de
donat. Hippo. in Rub. C. de pro
27 bat. nu. 21. Mihi quidem ſenten
)( tia Accurſij vera videtur in ſpe
cie. §. idem labeo. ſed ſentētiam,
quam doctores aſcribūt Baldo,
non probo, ad quam trahi non
poteſt Vlpiani reſponſum in. d.
§. idem labeo, quià agit de eo,
qui alterius negocia procurat,
reputat ille ſumptus, quos fecit
ad vecturas, dum prædia illius,
excurrit, cuius cauſam procurat.
Iure enim reputat hos ſumptus
procurator, qui aliter domini
negotia gerere nō poteſt, in qua
ſpecie ſententia Baldi locum ha
bet, qui malè à doctoribus trahi
tur ad hoc, quod alimentorum
appellatione equs continetur.
agit Bal. de procōſule qui in pro
uinciam excurrere debet, quicū
pedes ire non poſsit, poterit à
prouincialibus equos compara
re, atq; in hoc caſu equi ſunt ſi-
miles alimētis, vt ex dicto. §. idē
labeo colligere fas eſt: vbi ſum-
ptus quos in alimēta & in vectu
ras equorum fecit, reputat pro-
curator. nō inde ſequitur, quòd
qui tenetur aliquem alere, equm
præſtare debeat, proptereà quòd
pedes ire nō poſsit. poterit enim
non excurrere, ſi ire pedes non
poteſt. ſed hæc vera ſunt niſi ali
mentarius equo vti debeat pro
dignitate, quià vt ſupra poſui-
mus equus præſtabitur, & quid
quid hominis dignitas poſtula-
uerit.

28 Item alimentorum verbo cō-
tinētur impenſæ quæ pro recu-
peranda ſalute fiunt Bart. l. ſi cū
dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo
ff. ſolut. matrimonio, idem Bar.
l. legatis. nu. 2. & in. l. literis. 2. §.
1. q. 1. ff. de alimen. & cibar. leg.
per. §. ſin autem in ſæuiſsimo. in
l. verbo victus. ff. de verb. ſig.
idem prædixerat Guillermus in
ſpeculo, titulo qui filij ſint legiti
mi. nu. 38. qui ait eſſe quoſdam
qui diſtingunt an alimenta de-
beantur ex charitate ſanguinis,
an verò ex alia cauſa, ſi iure ſan
guinis debeātur, iudicis officio
peti poſſunt, ſi alia ex cauſa de-
bentur, quià legata alimēta fuē
re, & medicinæ præſtādæ ſunt,
ſi alimentarius his opus habeat,
ſi verò alimenta debeantur ex
contractu, medicinæ non debē-
tur. argumento. l. in rebus. §. poſ
ſunt. ff. commodati. & l. quod in
vxorem. C. de nego. geſtis. hanc
diſtinctionē improbat ipſe Gui
llermus qui in caſibus ſupra po-
ſitis exiſtimat medicinas præſtā
29 das eſſe alimētario. Aliter autē
diſtinguit Bar. in. l. legatis. dicēs
aut præſtari debent alimēta ſim
pliciter alicui, aut cauſa miniſte
rij, primo caſu medicinæ præſta
buntur, ſecūdo verò diſtinguen

*Aduerſus Salic. & Hippo.*

dum eſt, aut modicæ ſunt, & præ
ſtari debent, aut immodicæ &
magnæ & non ſunt præſtandæ
argumento.l.diuortio.§.impen
dia.ff.ſolut.matrimo.l.2.l.omni
no.ff.de impenſis in rebus dota
li.factis.l.in rebus. §. poſſunt.ff.
commodati.hanc Bartoli doctri
nam ſequitur Alex.in.§.ſin autẽ
in ſæuiſsimo.num.3.&.4.Cinus
Bald.& Sali.l.quod in vxorem.
C.de nego.geſtis.Ange.de gam
belio.tracta.de teſtamentis glo.
45.nu.7.hæc ſententia commu-
niter recipitur teſte Decio.l. de
alimentis.nu.3.C.de tranſactio.
Paul.de mõte Pico in repetitio-
ne.l.Titia cum teſtamento.§.Ti
tia cum nuberet.nu.161.ff.dele-
gat.2.Rolandus conſilio.22.nu.
30 3.lib.1.Qui ait idem eſſe in mer-
cede, quæ medico datur, nam &
hæc alimentorum verbo conti-
netur.Angel.l.cum.ij.§.qui tran
ſigit. ff. de tranſactio. ſequitur
Paul.ibi nu.3.de qua re plura ali
bi traddimus.

31 Item alimentorum appellatio
ne continentur ſumptus qui in
ſtudia fiũt.l.qui filium.ff.vbi pu
pi.educari debe.l.de bonis.§.nõ
ſolum.ff.de Carboniano edicto
contraria ſentẽtia probatur Ia-
boleni reſponſo in.l. legatis. ff.
de alimen.& cibar.leg. vbi lega
tis alimentis non continentur
ſumptus in ſtudia, vnde Bart. in
l.legatis.nu.1.& in tracta. alimẽ
torũ.nu.2.diſtinguit an alimen-
ta legata ſint, an verò debeãtur
ex charitate ſanguinis iudicis of
ficio: primo caſu ſumptus in ſtu
dia non continentur argumen-
to.l.legatis. ſecundo verò caſu
continentur, & in hac ſpecie ob
tinet ſententia.l.qui filium, &.l.
de bonis.

32 Hæc tamen Bartoli doctrina
aduerſatur ipſius Bartoli ſentẽ-
tiæ, qui in.l.1.§.nec caſtrẽſe. nu.
12. ff. de collat. bono. ſcripſerat
patrem non teneri ſumptus fa-
cere in ſtudia literaria filij, idem
Bar.tracta.de duobus fratribus
nu.17.ait patrẽ reuocare poſſe fi
lium, quem ad ſcholas miſerat.
ſequitur Bal.l.omni modo.§.im
putari. nu.5. C. de in offi. teſta.
Iaſſ.l.quidam cum filium.nu.33.
ff.de verb.oblig.Anto. Gomez
in.l.29.Tauri.nu.18.

33 Quæ ſententia locum nõ ha-
bet quando filius, qui iuſſu pa-
tris academiam petierat, benè
diſcit, quo caſu cogetur pater
alimenta & expenſas ſtudij præ
bere.Accurſius ſcholio ſolebat.
l.ſed & Iulianus.§. quod dicitur
ff.ad Macædo.& ibi notat Bar.

34 Vnde ipſe Bar.l. de bonis. §.
nõ ſolum.ff.de carboni. edicto
iterum diſtinguit, an ſtudia ne-
ceſſaria ſint, ſine quibus hone-
ſtus homo viuere pro dignitate
non poſsit, vt ſunt ſtudia gram
maticæ liberales\'que artes, ſumpt9
in hæc ſtudia facere tenetur is,
qui iure ſanguinis alere compel
litur, ſi verò ſtudia ea ſint, quib9
honeſtus homo imbui neceſſum
non habet, vt ſunt ſtudia iuriſci
uilis, ſumptus ad ea non præſta
buntur,



bũtur, in hac ſpecie obtinẽt ea,
quæ ſcripſit Bar.d.§.nec caſtren
ſe.Bartoli ſentẽtiã ſequitur Iaſſ.
l.cum ij.§.qui trãſigit.nu.2.ff. de
trãſactio. & ibi Ioã.Oroſci9.nu.
1.Alcia.in.l.cætera quibus & in
l.verbo victus. ff. de verb.ſigni.
Craueta cõſil.199.Rolãdus cõſi.
22.nu.8.lib.1. Ange.de gãbellio
tracta.de teſtamẽtis gl.45.nu.6.
Caſſane.cõſuetu.Burg.titul. des
enfans.Rub.6.§.& alimẽter.nu.
35 6.Dueñas reg.372. Ipſe Bartoli
)( diſtinctionẽ nõ probo, ſed exiſti
mo eum, qui iure ſanguinis ale-
re debet, teneri impẽdere in in-
ſtitutione eius qui alitur, iuxta
gradũ & ordinẽ ipſius, ita quidẽ
vt ſi ordo poſtulet, nõ ſolũ expẽ
ſas dabit ad ſtudia grãmaticæ,
ſed & ad iuris vtriuſque ſtudia, vt
ſi pater iurecõſultus ſit, filius bo
næ indolis, nõ ne iniquũ erit di-
cere nõ cogi patrẽ vt expẽſas fa
ciat in ſtudia iuris, cui operã fi-
lius dare ſe velle profiteatur, cũ
inſtituere pater filiũ teneatur. l.
ius alimentorũ verſ.itẽ ad inſti-
tutionẽ.ff.vbi pupi.edu.debeat,
tradit Rebuffus priuileg.53.fa-
cit.l.16.titulo.16.p.6. illis verbis
( trabajar ſe deue el guardador
de fazer al moço que touiere en
guarda, q̃ aprẽda buenas mane
ras, à de ſi deue fazer aprender
leer è eſcreuir: è deſpues de eſto
deuele poner q̃ aprẽda, è vſe aq̃l
meneſter q̃ mas le cõueniere ſe-
gũ ſu natura è la riqueza, è el po
der q̃ ouiere) qua lege oſtẽditur
eũ qui alitur inſtituẽdũ eſſe pro
ingenio ac cõditione ſua vt artẽ
diſcat, qua victũ quærat, ſi ipſi9
ordini cõueniat.quilibet tamen
infimæ licet cõditionis ſit, lege-
re ac ſcribere diſcat, poſt hæc
36 artẽ quæſtuariã. Vbi Gregorius
tractat an idẽ ſit in fæmina, de
qua re eſt.l.ius alimẽtorũ & glo.
l.qui filiũ.ff.vbi pupi.edu.deb.

37 Si ſtudij impenſa legetur quid
hoc legato contineatur, docet
Bart.l.his verbis.§.fi.ff. de leg.3.
Alex.cõſi.77.nu.6.lib.4. Rebuf
fus de priuilegijs ſcholariũ, pri- Aduerſus
uilegio.133.tradit Alciat.l.ſi cer- Bart.
tis annis ſcholio annis.C. de pa
38 ctis. Vnde ſi alimẽta quis relique
rit ſcholaſtico, hæres æſtimatio
nẽ dabit, nõ autẽ ipſa alimenta,
quæ adærata mittet in vrbẽ, vbi
literaria paleſtra eſt. argumẽto.
l.1.in fine.l.cũ aurũ.l.Titiæ.ff. de
auro & argẽ.leg.l.cũ ij. §. qui in
annos.ff.de trãſactio.Rebuffus
de priuileg.ſchola. priuileg.132.

39 Item alimentorũ verbo calcia-
riũ cõtinetur.l.cũ ij.§.qui trãſigit
ff. de trãſactio.tradit Rolandus
40 cõſil.22.nu.5.Hæc quæ ſuprapo
ſita ſunt, locũ habẽt, quando de
alimẽtis præſtãdis agimus, ſec9
verò ſi de alimẽtis remittẽdis tra
ctemus, quia diuerſa regula cõ-
ſtituenda eſt, in illa enim ſpecie
alimentorũ verbo nõ cõtinẽtur
habitatio veſtis & calciariũ, ſed
cibus tantũ & potus. Accurſius
hic.per.l.cum ij.§.qui trãſigit.ff.
de trãſactio. idem Accurſius ibi
ſcholio, neque de veſtiario. quæ
ſententia cõmuniter recepta eſt

teſte Iaſſ.ibi.nu.1.Pau.nu.2.Oro
ſcio.nu.1.hāc opinionē ſequitur
Decius.l.2.ff.de iuris.omni.iud.
nu.30.Accurſius tamē huius ſen
tētiæ rationē anxius quærit,nec
reperit,ſed illā reddidit ipſe Vl
pianus in.d.§. qui trāſigit. dum
ait alimentorū verbo non cōti-
neri habitationē neq; veſtiariū,
quādo alimētarius de alimentis
trāſigit,quià Diuus Marcus etiā
ſpecialiter de iſtis trāſigi voluit,
eam autē ob cauſam hoc edixit
Diuus Marcus, quià noluit ali-
mēta per tranſactionē intercipi
l.cum ij.§.eam trāſactionē, quià
cumvita hominis ſuper alimētis
pēdeat. d.l. cum ij. §. vult igitur
& alimētarij ſolēt modico præ-
ſenti cōtēti facilè trāſigere,Diu9
Pius alimentariorū facilitati cō
ſulens introduxit trāſigendi for
mā,ne rata ſit trāſactio de alimē
tis niſi autore prætore facta, at
q; ſigilatim de omnib9 trāſactio
nem faciat, quæ alimētorum ap
pellatione continentur.

41 Secundò colligitur ex hoc tex
tu patrem nō tantū debere filiū
alere, verū cætera onera libero
rū præbere,hoc eſt vti Accurſi9
Bar.& Alber.annotarūt, tene-
tur pater filij liberos alere, huic
ſentētiæ plurimi acceſſere Rui-
n9 cōſi.94.nu.7.lib.5.Ferrara in
§.ſed naturalia.inſti de iure na-
turali.hāc ſequitur idem Ruin9
cōſi.45.n.2.lib.2.Ioānes Crotus
cōſi.67.nu.29.Rolandus à valle.
conſi.54.nu.58.lib.2.dn̄s Couar
ru.in epitome de ſponſalibus.2.
parte.c.8.§.6.nu.15.Sali. in.l. fi.
C.de alend.liber.Aret.conſi.17.
Albert.Brunus in tracta. ſtatu-
torū arti.11.q.9. in princi. nu.7.
Marcus Mātua cōſil.264.nu.2.
dn̄s Anto.Padi.in auth.res quæ
C.communia deleg. nu.87.hæc
ſentētia fulcitur Marcelli reſpō
ſo in.l.nō quēmadmodum.ff.de
liber.agnos.vbi auus tenetur a-
lere nepotes,ſi filius egeat.idem
probatur in.l.4.titu.19.p.4. eo-
dem modo auus ſpurij filij tene
tur liberos alere, qua de re ſcri-
pſimus in.§.idem reſcripſit.

42 Item pater filij vxorem alere te
netur Accurſius ſcholio onera.
ſequūtur Bar. & Alber.hic. idē
Bar.tracta.alimentorū.nu.9. ar
gumento.l.ſi filia.§. ſi filius fami
lias.ff.familiæ hæ[r]cis.& huic ſen
tentiæ accedit Bal. Noue.tract.
dotis priuilegio.37. His legū ca
pitibus nititur reſpōdere Gre-
gorius ſcholio.domorem.in.l.2.
titu.19.p.4.qui contrariā ſenten
tiā defendit exiſtimās,quòd pa-
ter filij vxorem alere non tenea
tur:dicēs leges,quæ pro hac par
te adducūtur,nō probare id,ad
quod allegātur,quià.l.ſi filia.§.ſi
filius fam.loquitur quādo nurus
habuit dotem.l.q; ſi nulla. ff. de
relig.& ſumpt.fune. loquitur re
ſpectu impenſæ funeris. Vnde
hæc ſententia nō procedit,cū le
ge nō probetur:huius opinionis
autor eſt Soci. in cōſil. nondum
ædito. cui doctè reſpōdet cōtra
riā ſententiā defendens Ioānes
Crotus in.l.ſi cōſtante. ff. ſolut.
mat.



mat. nu.161. quem ſequitur dn̄s
Couarru.in epitome de ſpōſali.
2.parte.c.8.§. 6.nu.5.verſ.tertiò
43 ſub infertur.Huic ſentētiæ fauet
ratio.§.ſi filius famil. illis verbis
(quià & filij onera & nurus ipſe
agnoſcere neceſſe habet)hæc ra
tio generalis locū habet, nō tan
tū ſi dotata ſit mulier, verū etiā
ſi nullā dotem dederit, & hanc
opinionem cōmuniter receptā
eſſe tradidit dominus Antonius
Padilla auth.res quæ. nu. 87. C.
cōmunia delegat. qua de re mul
ta ſcripſimus in.§. idē reſcripſit
44 ſupra eod.Item pater nō tātum
alere tenetur filium & filiā, ſed
etiā dotē pro filia iuſtè procrea-
ta dare. l. qui liberos. ff. de ritu
nuptiarū.l.fi.C.de dotis promi l.
obligamur.ff.de actio. & oblig.
vbi notat Accurſi9 ſcholio lege.
l.8.titu.11.par.4.tradit Soci.reg.
281.incip.pater filiam.Ioā.Lup-
pus in.c.per veſtras. not.3.§.14.
Pariſius conſili.29. nu.60. lib.3.
Vulgarinus repetitione.l.1.ff.ſo
lut.mat.nu.24. Gaſpar Baetius
de nō meliorandis filiabus. c. 2.
45 nu.25.Quo autē iure pater dota
re cogatur,incertū eſt,cum mul
ti dicant iure actionis ac condi
ctiōe ex lege patrem dotare co
gendum,nō pauci affirment iu-
dicis officio cōpelli patrem de-
bere.prioris ſentētiæ author eſt
Accurſius ſcholio lege in.l. obli
gamur.ff.de actio.& oblig.Ioā-
nes ſcholio.1. in. c. hoc ſanctum
32.q.3.idem Ioānes ſcholio excu
ſata in. c. de raptoribus. 36. q.1.
per.l.qui liberos.ff.de ritu nup-
tiarum &.l.fi.§.vtrūq;.C.de do-
tis promiſſ. hæc opinio cōmuni
ter recepta eſt teſte Socino re-
gula.282.incipit pater promit-
tens fallent.4.plures hāc opinio
nem receptā eſſe exiſtimarunt,
quos aggregat dominus Anto.
Padilla auth.res quæ.C.cōmuni.
delegat.nu.75.hanc ſententiā di
cit magis cōmunem eſſe Gaſpar
Baetius de nō meliorandis filia
46 bus.c.5.nu.5.Ex hoc apparet in
curia lapſum Coraſi.in.l. qui li-
beros nu.52. dū incautè ſcribit,
omnes tenere patrem officio iu
dicis cogi debere dotare filiam,
cum cōtrariam ſententiā plures
47 tueātur.Contrariam ſententiā
multi defendunt, Bart.auth.res
quæ.C. cōmu. delegat. nu.6.idē
Bar.l.obligamur. ff. de actio. &
oblig.nu.1.idem Bar.l.mulier.§.
cum proponeretur.ff.ad trebel
li.ſequitur Ruinus conſi.131.ad-
ditio Deci.l.ſi certis annis.nu.9.
C.de pactis.Paul.Caſt.l.ſi ſocer.
nu.4.ff.ſolut.mat.Iaſſ.l.diuortio
in principio nu.20.ff.eod. titul.
Idem Iaſſ.l.de alimentis. num.7.
hanc opinionem cōmunem eſſe
atteſtatur Sali.l.fi.nu.5.C.de do
tis promiſſ.alij q;, quos in vnum
contulit dominus Anto.Padilla
auth.res quæ.C. cōmu.de legat.
nu.73.qui dicunt patrem iudicis
officio cogendum eſſe dotare fi
liam; quod non ſupponit obli-
gationē. l. qui per colluſionem.
§.precij ſorte. ff.de actio. empt.
48 l.quòd ſi minor.§.ex hoc edicto.

 ff.de

ff.de minoribus nõ autem cogi
tur pater dotare filiã iure actio
Noua re oluio. nis,cum pater nullo iure ſit obli
gatus dotare,vt tradit Coraſius
l.qui liberos. num.52. ff. de ritu
nupt.Connanus in cõmentarijs
iuris lib.8.c.8. nu.7. argumẽto.
l.qui liberos.ff.de ritu.nupt.vbi
49 verba referuntur ad iudicẽnon
ad partem,indeꝗ oritur officiũ
iudicis,Accurſius ſcholio fi.in.l.
ſi res obligata.ff.delegatis.1. idẽ
Accurſius ſcholio reſtitui.in. l.ſi
ſoror.C.decollatio.ꝙ in.l. qui li
berosverba dirigãtur ad iudicẽ
apparet, dum ait lex patrẽ eſſe
cogẽdum dotare filiã per procõ
ſules,præſidesꝗ prouintiarum.
50 Ipſe ſanè priorem ſententiam
probo quam defendit.l.fi.C. de
dotis promi. illis verbis (neꝗ
enim leges incognitæ ſunt, qui
bus cautum eſt omnino pater
num eſſe officium,dotem vel an
te nuptias donationem pro ſua
dare progenie)hãc opinionẽ ful
cit.l.qui liberos.ff. de ritu nupt.
vbi pater cogitur dotare filiã le
gis præcepto, igitur ex lege age
tur.Nec obſtat ꝙ in lege illa ver
ba dirigantur ad iudicem, quo
caſu oritur officium iudicis, vt
Accurſius ait,ſequitur Coraſius
l.qui liberos.ff.de ritu nupt.nu.
52. qui ait hanc ſententian eſſe
indubitam, quam crebrius reci
pi atteſtatur Coſta.l.ſi ex cautio
ne. C. de non nume. pecu. §. 5.
parte officium in fine pag. 72.
in princip.argumento. l.1. verſ.
prætor edicit iũcta.l. ꝙ ſi minor
§.fin.ff.de minoribus: quià hæc
opinio plures captiones habet.
51 Primò huic ſentẽtiæ locus nõ )(
eſt,ſi verba executionem reſpi
ciant, quià licet ad iudicem diri
gantur, non inde oritur iudicis
officium.l.ſi paſcenda.C.de pa
ctis.vbi tradit Decius nu.9. nec
huic interpretationi obſtat.l. ſi
res obligata.in fine.ff.delegat.1.
vbi verba reſpiciunt executio
nem & oritur officium iudicis,
quod in illius legis ſpecie prop
tereà fit, quià fideicommiſſarius
non petijt ſuo tempore, vt con
tra hæredem actiones manda
rẽtur, poſt præſtitutum tempus
iudicis implorato officio ceden
tur actiones æquitatis cauſa,
ne hæres cum fideicommiſſarij
detrimento fiat locupletior,qua
de re eſt textus in. l. Modeſtin9
ff.de ſolutio.vbi Accurſius Bar.
Cumanus,& alij plura tradunt.
Ex hoc apparet in ſpecie. l. qui
liberos.ff.de ritu nupt.non ori
ri officium iudicis, cum verba,
quæ ad iudicem dirigũtur,reſpi
ciant exequtionẽ, pater enim le
ge præcipiente tenetur dotare fi
liã,cogeturꝗ dotare per iudicẽ.
52 Secundò huic ſentẽntiæ,quòd
ſi verba diriguntur ad iudicem
oritur officium iudicis,locus nõ
eſt,ſi materia de qua agitur,non
permittat.Deci9 dicto nu.9.qui
legem pro hac parte non addu
cit,qua de re eſt.l.1.in principio
C.de ſeruit.& aqua, illis verbis.
(ſi quas actiones aduerſus eum
qui ædificiũ contra veterem for
mam extruxit vt luminibus tuis
officeret, competere tibi exiſti
mas:more ſolito per iudicẽ exer
cere non prohiberis ) ibi actio
nes exercet actor per iudicem
nõ officio iudicis ſed iure actio
nis, quià ſubiecta materia hoc
non permittit, cum actione ille
in iudicio experiatur.
53 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi verba ad iudicem di
rigantur,eius inſtituendi cauſa,
hoc caſu non oritur iudicis offi
cium.l.1.verſ.is qui.C. de ſeruit.
& aqua,illis verbis(is qui iudex
erit longi tẽporis cõſuetudinẽ
vicem ſeruitutis obtinere ſciet,
modo ſi is,qui pulſatur, nec vi,
nec clã,nec præcario poſsidet.)
quià his verbis iudex inſtituitur,
quæ in propoſito conſiderare
debeat,à lege demõſtrantur,nõ
oritur officium iudicis quinimo
actioni propoſitæ ſeruit.
54 Quartò huic ſententiæ locus
nõ eſt,ſi verba, quæ ad iudicem
dirigũtur, cauſæ deciſionem res
piciant,quià ex illis officiũ iudi
cis non orietur.l. in bonæ fidei.
C.de rebus credit.& iure iur.
55 Quintò ſi verba dirigãtur ad
iudicẽ, vt ſi æquitate motus ali
quid velit facere ad priuatã vti
litatem,hoc ei permiſſum ſit, nõ
oritur officiũ iudicis.l. vbicũꝗ.
ff. de interro. actio. l. vni. C. vt
quæ deſunt aduocatis. imo in
propoſita ſpecie actio nõ oritur
cum patri nõ liceat hoc à iudice
poſtulare Io. And.ſcholio inter
rogauit.clem.ſæpè. de verb.ſig
ni.quæ crebrius recepta eſt teſte
Are.Rub.deprobat.n.17. vnde
illa regula cõſtitui debet,nõ qui
dẽ generalis,& latè patẽs ſed ſtri
ctior, quæ ſic erit conſtituenda:
quòd ſi verba dirigãtur ad iudi
cẽ orietur officiũ iudicis, ſi diri
gantur vt quærat,cognoſcat,ani
maduertat, autoritatẽ interpo
nat.l.cum ij in princi.&.§.ſi præ
tor.ff.de trãſactio.l.ſi quis à libe
ris.§.vtrum.ff.deliber.agnos.at
ꝗ in hac ſpecie obtinet.l.1.verſ.
prætor edicit.iũcta.l.ꝙ ſi minor
§.fi.ff.de minoribus,plura addu
ci poſſunt in propoſito,quæ ag
56 gregabũt alij. Hac obligatione
à lege introducta tã arctè aſtrin
gitur pater dotare filiã, quòd ſi
nõ dotauerit ſucceſſor hæres ꝗ
eius,ad quẽ bona fuerint deuo
luta, dotare cogetur,quià bona
cum ſua cauſa,id eſt dotãdi one
re,trãſeunt ad hæredẽ. argumẽ.
l.ſi quis à liberis. §. itẽ reſcriptũ
eſt.infra eod. vbi hoc plenè pro
batur,vti Paulus ait in.l. ſi mari
to.§.ſi voluntate. nu.4. ff. ſolut.
mat.vbi Bar.nu.9. in hac fuit ſẽ
tentia, quæ cõmuniter recepta
eſt,vt apparet ex ijs,quos in vnũ
contulit Baetius de non melio
randis filiabus.c.2.nu.26.
57 Licet cõtrouerſa ſit quæſtio ac
ſalobricoſus articulus, quo iure
pater dotare filiã cogatur,an iu
re actionis,an officio iudicis: id
tamẽ certũ eſt dotẽ ipſam ex iu
re gẽtiũ introductã eſſe,quod ex
eo apparet, ꝙ licet iure diuino
matrimoniũ ſit cõſtitutũ, c. 1. de
biga

bigamis. c. literæ. de frigidis.c.
vni.deuoto.lib.6.progreſſutēpo
ris matrimoniū obliteratū fuit,
ac in vſu eſſe deſijt apud gētes,
quādo homines nullo iure nulla
q; certa lege tenerētur, ſed paſ-
ſim ferarū more erraſſent, vt Lu
cretius ait.lib.5.de natura rerū.

*Inde magiſtratum partim docuere creare:*
*Iuraq; conſtituere, vt vellent legibus vti:*
*Nā genus humanū defeſſum vi collere æuū*
*Ex inimicicijs languebat, quo magis ipſum*
*Sponte ſua cecidit ſub leges, arctaq; iura,*
*Acrius ex ira: quòd enim ſe quiſq; parebat*
*Vlciſci, quàm nūc cōceſſū eſt legibus æquis.*

Poſt hæc verò iure gentiū po-
ſteriori inſtaurari ac in vſu eſſe
matrimoniū cepit, ac dotes cō-
ſtitui, vt matrimonij onera ſuſti
nerentur, vnde hæ dotium cōſti
tutiones ex iure gentiū introdu
ctæ fuere.l. eas obligationes. ff.
de capitis diminu. tradidit Ioā.
Luppus in.c. per veſtras de do-
nat.inter vir.& vxor.not.3.§.20.
58 nu.9.&.10. Mihi autem in pri-
mo dicto erraſſe Loppius vide-
tur, quià matrimoniū nullo tem
pore in vſu eſſe deſijt, non tantū
apud homines qui verū Deum
colebāt, ſed etiam apud gentes,
quià illo etiā tempore, quādo ſi-
ne lege, ſine oppidis, ſine Regi-
bus, ac magiſtratibus homines
viuebant, matrimonium in vſu
eſſe non deſijt: ſatis colligitur ex
antiquarum rerum ſcriptoribꝰ.
Iuuenalis ſatira.6.

*Credo pudicitiam Saturno Rege moratam*
*In terris: viſamq; diu: dum frigida paruas*
*Præberet ſpelunca domos: ignemq;: lareq;:*
*Et pecꝰ dominos cōmuni clauderet vmbra*
*Silueſtrē mōtana thorū cū ſterneret vxor*
*Frondibus: & culmo: vicinarumq; ferarū*
*Pellibus: haud ſimilis tibi Cynthia: nec tibi, cuius*
*Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos,*
*Sed potāda ferēs infantibus vbera magnis,*
*& ſæpè horridior glandē ructante marito.*

Ex quibus apparet maritos
vxoresq; eſſe illo ſæculo, quo ſi-
ne domo, ſine lege, ſine vllo iure
homines viuebāt, & clarius hoc
colligitur ex ijs, quæ paulò in fe
rius ſcripſit ipſe Iuuenalis.

*Antiquū & veꝰ eſt alienū poſthume lectū*
*Cōcutere: atq; ſacri geniū contēnere fulcri.*
*Omne aliud crimē mox ferrea protulit ætas*
*Viderunt primos argentea ſæcula mæchos.*

Omni æuo in vſu fuiſſe matri-
moniū apertè docet poæta ille
antiquarū rerū peritiſsimus. de
qua re plura recētiores ſcribūt,
ꝗuis Cice. ſine lege matrimonij
homines olim vixeſſe affirmet,
vt ſcribimus in.§.vtrūſupra iſta
59 lege.n.81. Secūdò Io. Lupꝰ exiſti
mat obligationē ex cōtractu do
tis iuris gētiū eſſe, vt ſcripſit Bar.
l.ex hoc iure.nu.20.ff. de iuſt.&
iure. cui accedit Oroſcius.l. ius
pluribꝰ.n.3.ff.de iuſt.& iur. huic
etiā accedit Caſtrēſis.l.ex hoc iu
re.nu.31.argu. l.eas obligatiōes.
ff. de capitis diminu. illis verbis
(itaq; de dote actio, quià in bonū
& æquū cōcepta eſt, nihilominꝰ
durat etiā poſt capitis diminu-
tionē) quaſi lex dicat actionē de
dote capitis diminutione nō pe
rire, quià naturalē habet æquita
tē, ideſt quià à iure gētiū inſtitu-
ta eſt.



60 ta eſt. Sed ego noto legē illā, cū
)( agat de actione de dote, ad hunc
ſenſum trahi nō debere: quià Ca
ius iure cōſultus propterea dicit
actionē de dote habere naturalē
præſtationē, quià in bonum &
æquū cōcepta eſt: quià bono &
æquo cōuenit, vt dos quæ data
eſt ad onera matrimonij ſuſtinē
da.l.dotis fructꝰ. ff.de iure dot.
l.pro oneribus.C.eod.tit.ſoluto
matrim.reddatur, fieret quippe
niſi redderetur, vt locupletior
quiſpiā fieret cum dāno alterꝰ,
quod cōtra ius naturale & gētiū
eſt: vt docet Cicero.lib.3.officio
rū pag.4.in hæc verba (detrahe
re igitur aliquid alteri, & homi-
nē hominis incōmodo ſuū auge
re cōmodum, magis eſt cōtra na
turā, quàm mors, quàm pauper-
tas, quàm dolor, quàm cætera
quæ poſſunt aut corpori accide
re aut rebus externis: nā princi-
pio tollit cōuictū humanū, & ſo
cietatē, ſi enim ſic erimus affecti,
vt quis propter ſuū emolumen-
tū ſpoliet, aut violet alterū, dirū
pi neceſſe eſt eam, quæ maximè
eſt ſecundū naturā humani ge-
neris ſocietatē, vt ſi vnū quodq;
mēbrum ſenſum hūc haberet, vt
poſſe putaret ſe valere ſi proxi-
mi mēbri valetudinē ad ſe ſe tra
duxiſſet, debilitari & interiri to
tū corpus neceſſe eſſet: ſic ſi vnus
quiſq; noſtrū ad ſe rapiat cōmo
da aliorū detrahatq; quod cuiq;
poſsit, emolumēti ſui gracia, ſo-
cietas hominum & cōmunitas
euertatur neceſſe eſt: nam vt ſibi
quiſq; malit quod ad vſum vitæ
pertineat, quā alteri acquirere, *Interpretationous*
cōceſſum eſt, nō repugnāte natu
ra. illud natura nō patitur, vt a-
liorū ſpolijs noſtras facultates,
copias, opes augeamus, neq; ve
ro hoc ſolū natura, ideſt iure gē
tiū, ſed etiā legibus populorum,
quibus in ſingulis ciuitatibꝰ res
publicæ cōtinentur, eodē modo
cōſtitutum eſt, vt nō liceat com-
modi cauſa nocere alteri) hæc Ci
cero. quibus conſonāt iure cōſul
torū reſpōſa.l. nam hoc natura.
ff. de condictione indebi. hac de
cauſa dicit lex actionem de dote
habere naturalē præſtationē &
in bonū & æquū conceptā eſſe,
vti apertè docet Pōponius in. l.
iure ſuccurſum. ff. de iure dot.
vnde cum ſecundū ius naturale
dos tradita reddi debeat, actio
de dote dicitur ex bono & æquo
introducta, quià quod ſecundū
ius naturæ eſt, id ſemper bonū
& æquū eſt.l. ius pluribus.ff. de
iuſt.& iure, ius pluribus modis
dicitur, Paulus ait, vno modo cū
id, quod ſemper bonū ac æquū
eſt ius dicimꝰ, vt eſt iꝰ naturale,
ex his apparet, quamob cauſam
actio de dote dicatur habere na
turalē præſtationē, nō autē ex iu
re gentiū introductā eſſe, quià li
61 cet ſecundū æquitatē naturalē
dos data ſoluto matrimo. reddi
debeat, actio qua experimur, vt
dos reddatur, iuris ciuilis eſt: vt
cōmuniter doctores interpretā
tur teſte Ioāne Oroſcio.l.ex hoc
iure.nu.68.ff.de iuſt.& iur. actio
num

num enim origo iuris ciuilis eſt,
Accurſius.l.ex hoc iure.ff.de
iuſt.& iure.idem Accurſius.l.2.
§.deinde.ff.de origi.iuris. Idem
Accurſius in.§.ſed iſtæ.inſti.de
actio.hæc eſt recepta ſententia,
vt ſcripſit Oroſcius dicto nu.68
idem Oroſcius.l.2.ff.de origi.iu
ris.nu.40.cum de actione, quæ
iuris ciuilis eſt, agat.l.eas obliga
tiones.nõ probat ꝙ cõtractꝰ do
tis ſit iuris gentium, cum nõ agat
de contractu, ſed de actione.
62 Id in præſenti tractari debet,
vt appareat quam aſtrictus ſit
pater onere dotandi alendiqꝫ fi
liã, quòd ſi quando collocat in
matrimonium, promiſſerit ſeda
turum alimenta filiæ & genero
ſine præfinito tempore, cenſen-
tur alimenta conſtituta dum vi-
ta filiæ & generi manebit.argu
mento.l.cum ij.§.modus.ff.de
tranſactio.l.Firmio.in fine.ff.
quando dies legat.cedat.l.cum
quidam.l.annua in fine.ff.de an
nuis legat.l.ſi habitatio.§.vtrum
ff.de vſu & habit. quarum legũ
argumento ita deciſum eſt, vt
atteſtatur Thomas Grammati-
cus deciſione.101.nu.56.
63 Sed ex legibus his nõ depro
mittur hæc ſentẽtia, quià.l.cum
ij.§.modus alimenta cum vita fi
niri ait, quod etiam cauetur in.l.
Firmio.in fine.nec Thomæ ſen-
tentiæ fauent.l.cum quidam &
l.annua. quibus apparet legatũ
relictum in diem certũ, qui quo
tannis iteratur, perpetuò debe-
ri, ſed partes opinionis Thomæ
defendit.l.ſi habitatio.§.vtrum.
quæ de habitatione agẽs ait, ſim
pliciter relictam habitationem
vſqꝫ ad vitam durare eius, cui re
linquitur.hanc ſententiam repe
tit in ea perſiſtẽs idem Thomas
Grammaticus deciſiõe.102.nu.
112.quæ opinio approbatur Scæ
uolæ reſponſo in.l.Caio.§.1.ff.
de alimen.& cibar.vbi alimen-
torum fauore teſtator creditur
abſolutè & ſimpliciter alimenta
relinquens, donec vixerit lega-
tarius relinquere, cuius legis ar
gumento dixit Accurſius ſcho-
lio fi.in.l.1.C.de legat.quòd ſi ali
menta ſimpliciter fuerint reli-
cta, intelligũtur perpetuò relin-
qui, & opinionem hãc crebrius
receptã eſſe atteſtatur Carolus
Ruinus conſilio.38.nu.4.lib.2.
& Corneus conſilio.311.nu.17.
lib.1.fit enim in propoſito dona
tio cauſa & cõtemplatione ma-
trimonij, propterea non eſt ve-
riſimile, vt de vnico actu dona-
tor ſenſerit, ſed ſimpliciter pro
mittentis alimenta intẽtionem
eſſe, vt præſtarentur, donec ma
trimonium cõſtaret.argumẽto.
l.cum quidã.ff.de annuis legat.
94 Ipſe tamen Thomas gramma
ticus ait, in propoſita ſpecie quã
do pater collocans in matrimo-
nium filiam promittit alimenta
indefinitè filiæ & genero, tene-
ri patrem alimenta præſtare an
nis quindecim.argumento.l.ſi
quis argentum.C.de donatio.
quod euenire poteſt, ſi pater qui
alimenta promiſsit conſtante
matri-



matrimonio filiæ diem functus
ſit, quia ſi obligationi paternæ
hæres filius velit ſatisfacere, ne
alendi onere aſtrictus ſit, præ-
ſtabit integra quindecim anno-
rum alimenta.argumento.l.ſi
quis argentum.§.ſin autem do-
nator.C.de donatio.vbi inter-
pretes multa de hac re tradide-
re, & nos ſcripſimus cum agere
mus de interpretatione.l.hære-
ditatum.ff.ad.l.falci.
65 Mihi autem ſuperior ſenten
tia vera ſemper uiſa eſt, vt pater
filiæ & genero alimenta promit
tens ſimpliciter cenſeatur pro-
mittere, dum matrimonium cõ-
ſtiterit. Id tamen hodie non ob
tinet, vt quindecim annorum
alimenta præſtari debeant.ar-
gumento.l.ſi quis argẽtum.quæ
hodie locum non habet, ſed tan
tum ſeptem annorum redditus
adærati ſimul præſtabũtur, cum
annuꝰ nummus pro vita cuiusqꝫ
ſeptem nũmis cõparetur, in quo
regionis cõſuetudo cuſtodiri de
bet.argumẽto.l.nũmis.ff.de le-
gat.3.ſolent enim precia rerum
varia eſſe per ſingulas regiones,
& pecuniæ quibuſdam in locis
ſub leuioribus vſuris inueniun-
tur, in quibuſdam verò ſub gra-
uioribꝰ.l.ideo in arbitriũ.ff.de
eo quod certo loco.cũ in Hiſpa
nia redditus annui pro uita cu-
iusqꝫ comparentur hoc precio,
ſcilicet ſeptem nummis nũmus
annuus, hac conſuetudine vti
oportet, quæ generaliter in om-
nibus huiuſmodi caſibus obſer
uanda eſt.
66 Quæ alimenta nõ ſolum præ
ſtare pater tenetur filiæ & gene
ro, verum etiam liberis eorum
argumento.l.ſi ſtichum.§.1.ff.de
verb.oblig.vbi Accurſius tra-
dit.ſcholio ſtipulatio.hæc eſt ſen
tẽtia Thomæ ſupra.quæ non
deducitur ex dicta.l.ſi ſtichum,
nec ex Accurſio.inibi.
67 Mihiqꝫ non videtur proba- *Aduerſus Thomam*
bilis, quià id tãtum ſeruare quis
cogitur, quod promiſsit nec vl-
tra tenetur.l.ſi quis in conſcri-
bendo.C.de pactis.pater autem
qui filiæ & genero alimẽta pro-
miſsit, cum eorum filijs non pro
miſiſſet, præſtare non cogetur,
niſi alendis liberis pater nõ ſuf
ficiat, vt hic probatur ex inter-
pretatione Accurſij.
68 Hæc alimenta præſtare pater
debet in domo filiæ non in do-
mo patris, ſi alibi filia domiciliũ
habeat.l.annua, in principio.ff.
de annuis legat.tradit Iaſ.l.cum
ij.nu.10.ff.de tranſactio.Tho-
mas gram.deciſione.101.nu.57.
qua de re plura ſcripſimus.§.ſi
69 quis ex his. Nec tantum filij libe
ros paternus auꝰ alet, vt Accur
ſius hic annotat, ſed auus mater
nꝰ filiæ liberos alet, ſi pater mor
tuus ſit, aut egenus.l.non quem
admodum.ff.de liber.agnos.vbi
notat Bart.& legem illam dicit
celebrem & deciſiuã huius quæ
ſtionis Boerius conſil.17.nu.14.
idem colligitur ex.l.4.titulo.19.
part.4.vbi notat Gregoriꝰ ſcho
lio qualquiera dellos.

Nec

## §. nontantum.

Nec tantum auus paternus filij liberos alere tenetur, ſed etiã dotare neptes. l. fin. C. de dotis promi. illis verbis. ( dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie ) dictio illa (progenies ) non tantum filios, ſed nepotes, & pro nepotes cõprehendit. l. fin. C. de emancipa. liber. doctores annotant in. l. fi. C. de natur. liber. fauet etiã huic ſententiæ. l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. vbi pater cogitur dotare liberos: appellatione autem liberorum nepotes continentur l. liberorum. ff. de verb. ſig. ergò auus paternus cogetur dotare neptes. quæ opinio aptè depromitur ex. l. cognouim9. C. de hæret. l. dedit dotem. ff. de collatione bonorum. l. auus. ff. de pactis dota. l. & ideo. §. fin. iuncta. l. & nihil. ff. de in rem verſo. notat Accurſius ſcholio intelligi. l. fin. C. de dotis promi. ſequitur Bar. l. 1. nu. 12. ff. ſolut. matrimonio, Ruynus conſilio. 45. nu. 2. lib. 2. Gomezarias in. l. 51. Tauri. nu. 12 dicunt opinionem hãc crebrius recipi Ripa. l. 1. ff. ſolut. matrim. nu. 74. Ioan. Luppus in. c. per veſtras. de donat. inter vir. not. 3. §. 24. nu. 1. dominus Anto. Padilla auth. res quæ. C. communia delegat. nu. 58. & aggregat plures Gaſpar Baetius de non meliorãdis filiabus. c. 7. nu. 16. quæ ſententia iure Regio cõfirmata eſt. l. 4. titulo. 19. part. 4. quæ lex hãc ſententiam contrahit, vt locum non habeat, ſi neptis diues ſit, quo caſu dotari ab auo paterno nõ debet, qua de re difuſius agit Baeti9: qui tractat an maternus auus dotare neptes teneatur, qui poſt Ripam & doctores ſuprapoſitos non teneri reſpondet.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR,

### in. §. & ſi impubes.

*EMANCIPATVS filius vel qui caſtrenſia bona habet aut quaſi caſtrẽſia in quibus gubernãdis pro patre fam. habetur, tenetur alere patrem, nu. 1. 2.*

*Filius fam. in profectitijs patri quærit proprietatem & vſumfructum, in aduentitijs vſumfructum tantum, ex quo ipſe & filius ali debent. nu. 3.*

*Clericus de bonis quæſitis intuitu eccleſiæ tenetur patrem alere, & hæc bona quaſi caſtrenſia ſunt, nu. 4.*

*Clericorum bona ſunt pauperum, quibus clerici beneficiati tenentur conſulere, numero. 5.*

*Sacerdos qui pauperi non conſulit peccat. numero. 6.*

*Coniunctis perſonis pauperibus iure diuino magis tenemur conſulere quàm extraneis, nu. 7.*

*Filius tenetur potius infideli patri conſulere quàm extraneo homini fideli, numero. 8. 10.*

*Patri qui ad patriam delendam venit filius parere non tenetur, ſed eum occidere poteſt, nu. 9.*

*Crudelitas non eſt crimina pro Deo punire ſed pietas, nu. 10.*

*Diſcipulus an teneatur alere præceptorem, traditur latè, nu. 11. vſq; ad. 26.*

*Parrochus qui plebi ſacra donat, ſi reddi tus beneficij ad alimenta non ſufficiant, aletur à parrochianis, nu. 27.*

*Theologiæ profeſſores ali debent, nu. 28.*

*Prædicatores ali debent ab ijs quos inſtituunt, nu. 29.*

*Sacerdotes eccleſiæ miniſterijs ſeruientes & diuina donantes ali debent ab ijs quibus ſacramenta conferunt, nu. 30.*

*Vicarij ali debent ab ijs in quorum locum ſeruiunt, quòd ſi nec alantur de licentia ſuperioris poterũt populo diuina ſub trahere, nu. 31.*

*Rector qui ſeruit eccleſiæ aletur ab eccleſia, quòd ſi pauper ſit eccleſia à parrochianis ali debet, nu. 32.*

*Clerici qui ſine dote ordinati ſunt ali debẽt ab ijs à quibus ſunt ordinati, nu. 33.*

*Hoſpitalarij ali debent cum familia de redditibus domus hoſpitalis, nu. 34.*

*Diuites tenentur alere pauperes fame morientes, quòd ſi nec aluerint, & pauperes perierint occidiſſe intelliguntur. numero. 35.*

*Pauper ne fame pereat poterit malè parta retinere, nu. 36.*

*Pauperes ne fame pereant poterunt iudicis officium implorare, vt cogat diuites quòd præſtent alimenta, iudexq; cogere poterit, nu. 37. 38.*

*Pauperes exteri à ciuitate repellentur vt indigenæ alantur, ſi vtriſq; conſuli non poſsit, nu. 39.*

*Legatum ſi relinquatur conſanguineo pauperi, dabitur conſanguineo pauperi proximiori, quamuis alius conſanguineus ſit pauperior in remotiori gradu, numero. 40.*

*Nutritorem an teneatur alumnus alere, & in ius vocare ſine vænia, nume. 41. vſq; ad. 49.*

*Nutri*

*Nutritor an ſit teſtis idoneus alumno. nu. 50 vſq; ad nu. 54.*

*Argumentum valet ab abſurdo vitando, numero. 54.*

*Fructuarius an verum habeat dominium vſus fructus, nu. 55. vſq; in finem.*

*Vna dictio in eadem oratione poteſt ſumi propriè & impropriè, nu. 58.*

*Dictio manumiſsio an propriè referatur ad ſeruos ſicut ad filios, nu. 59. 60. 63.*

*Vocabulum proprium dicitur quod eſt natum ad rem illam ſignificandam quam demonſtrat, nu. 61.*

*Propriè dictum illud eſt quod abſolutè & ſimpliciter dicitur, non autem quod dicitur ſecundum quid, nu. 62.*

*Voluntas coacta voluntas dicitur impropriè, quià non eſt ſimplex voluntas ſed qualificata, & in quibus caſibus requiritur voluntas, ſimplex voluntas requiritur nō autē qualificata, nu. 64.*



# ET SI IMPVBES FILIVS EMANCIPATVS SIT: PAtrem inopem alere cogetur: iniquiſsimum enim quis meritò dixerit, patrem egere, cum filius ſit in facultatibus.

1 EX HOC. §. colligunt doctores quòd filiꝰ impubes ſi emancipatus ſit, cogitur alere patrē, agit enim textus de filio impubere, quià de pubere egit lex in principio verſ. & magis puto. vbi filius legis præcepto cogitur alere patrem: impuberem autem filium emancipatum ſimili modo alere patrem debere conſtituit Vlpianus hic. idem Vlpianus. in. l. 1. §. ſed nō nullos &. §. de ſeruis. ff. de tutellis. tradit Accurſiꝰ hic. ſcholio & ſi impubes. cui Bart. accedit.

2 Si filius in patris ſit poteſtate, qui caſtrenſsia bona habeat, ex his inopem patrem alere cogetur, vt Accurſius ait, quem ſequitur Bart. & Alber. quærit enim ſibi filius, qui eſt in poteſtate patris, quod labore militiæ acquirit. §. 1. inſti. per quas perſo. nobis acqui. in quibus bonis gubernandis filius familias pro patre familias habetur. l. 2. ff. ad Macædoni. idem eſt in quaſi caſtrenſsibus. l. 1. §. nec caſtrenſſe. ff. de collatione bono. iunctis ijs quæ ibi tradidit Bart. in princi. vbi ait quaſi caſtrēſsia bona cō ferri nō debere, quià patri per filium ſuū non quæruntur, qua de re plura tradit Hippo. Riminal. §. 1. inſt. per quas perſonas nobis acqui. nu. 2. & ſequētibus & approbatur hæc opinio in. l. cum opertet in fine. C. de bonis quæ liber.

3 Si bona filij aduentitia ſint, eorum vſusfructꝰ patri quærit, de quo ſe & filium exhibere debet. §. 1. inſt. per quas perſo. nobis acquiritur. ſi profectitia bona ſint, tam eorum proprietas quam vſusfructus patri quærūtur plenè. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. quæ lex de hac quadruplici ſpecie bonorum agit, & quomodo patri quærantur edocet. qua de re plura ſcripſit Riminaldus in. §. 1. inſt. per quas perſonas nobis acquir. Pinelus. l. 1. C. de bonis maternis. 1. parte. nu. 9. & nu. 22. cum alijs: qui difuſè ac doctè multa aggregauit in. l. cum aportet. cuius legis interpretationem nobiliſsimam reddidit, quis nōdum ædiderit, ſuo pio labore ipſe fruatur, mihi autem ab alienis abſtinere propoſitū eſt, quià religione Chriſtiana homines ijs, quæ

noſtra non ſunt, vti prohibe-
mur.
4 Huius paragraphi deciſionē,
quam tam in caſtrenſsibus vel
quaſi caſtrenſibus, quā in aduē-
titijs, & profectitijs bonis filij
qui eſt in patris poteſtate obti-
nere Accurſius ait, locum habe
re in bonis filij clerici intuitu ec
cleſiæ quæſitis ſcripſit Alber. hic
poſt Speculat. cuius non memi-
nit in titulo qui filij ſint legitimi
nu. 12. ſunt enim hæc bona qua-
ſi caſtrēſsia. l. ſacroſanctæ. l. cũ
legē. C. de ſacroſanct. eccle. no
tat Hippo. Riminal. in. §. primo
inſti. per quas perſo. nobis ac-
quir. nu. 58. Xuarez in quæſtio-
ne: an in bonis maioratus filij
pater habeat vſumfructum. nu.
31. tradunt plures, quos in vnum
contulit dominus Couarruuias
in. c. quià nos. nu. 1. de teſtamen.
5 Huic opinioni rationem ad-
ducit Alber. qui ait propterea
de bonis quæſitis intuitu bene-
ficij eccleſiaſtici filium teneri ale
re patrem egenum, quià bona
clericorum ſunt bona paupe-
rum. c. aurum habet eccleſia. 12.
q. 2. apertius depromitur hæc
opinio ex. c. fin. 16. q. 1. vbi Na-
uarrus. q. 1. nu. 22. difuſè tractat
quomodo clerici ſacerdotia ob
tinentes pauperibus ſubuenire
debent.
6 Quòd ſi nec egenis ſacerdos
conſulat mortali crimine aſtrin
gitur, vt ipſe Nauarrus ſcribit,
7 & dominus Couarru. c. 1. de te-
ſtam. nu. 3. ſi cuilibet pauperi cõ
ſulere ſacerdos debet, maximē
egenti patri conſulere tenetur,
cum iure ipſo diuino magis te-
neamur proximis coniunctisq;
perſonis proſpicere ꝙ exteris,
vt Alber. ait argumento. c. ad
hæc. & c. relatum. 2. §. licet. de te
ſtamentis. qua de re eſt textus
optimus in. c. non ſatis. 86. diſtin
ctione quem textum ſæpè addu
cit Abb. pro hac ſentētia ꝙ ma
ior pietas in alēdis cognatis ege
nis ſubeſt, quam in alendis pau
peribus extraneis, refert Peral-
ta in. l. ſi quis Titio. ff. delegat. 2.
idem approbat Alexan. l. diui.
nu. 5. ff. ad leg. fal. Siluanus con-
ſilio. 33. nu. 9.
8 Hinc dicit Ioãnes ſcholio do-
meſticos in. c. non ſatis. filiũ po-
tius alimenta ſuppeditare debe
re patri infideli, quam cuiuis ex
traneo homini fideli, ac ortodo
xæ fidei viro, ſequitur Speculat.
titulo qui filij ſint legit. nu. 13. Sil
uanus conſilio. 33. nu. 9. Carol.
cle. 1. de teſtam. nu. 22. dicit rece-
ptam eſſe ſententiam Abb. in. c.
ſi quis epiſcopus. not. 1. de hæ-
ret. cādem opinionem crebrius
approbari affirmat Felinus in
c. cum ſit. de iudæis. domin9 An
to. Padilla in. l. præſes. nu. 11. C.
de ſeruit. & aqua. hanc ſenten-
tiam crebrius receptam eſſe at-
teſtatur dominus epiſcopus Pa-
ſcenſsis in inſtitu. catholicis. c.
29. num. 12. qui aduocat diuum
Thomam aliosq; primi nomi-
nis authores, qui huic ſententiæ
aſtipulantur. Huic opinioni ad-
uerſan



uerſantur verba diui Ambroſij
in. c. non ſatis (item perfecta li-
beralitas fide, cauſa, loco, tem-
pore commendatur: vt primum
operetur circa domeſticos fidei)
quibus ex verbis colligitur in of
ficijs charitatis præponendos
eſſe viros catholicos. huic ſen-
tentiæ fauet. c. in eos. de hæret.
illis verbis (in eos qui catholici
non ſunt etiam ſi conſanguinei
fuerint, epiſcopi vel præsbiteri
nihil conferant.) vbi præsbite-
ri conferre prohibentur in eos,
qui impij ſunt in Deum, ergo in
fideli patri nihil conferent. ſed
hæc iura de conſanguineis agũt,
non de patre, cui iure diuino pa
rendum eſt ſecundum præcep-
ta decalogi, vt ſcriptũ eſt Exodi
c. 20. Deuteronomij. c. 5. quod
diuinum præceptum à ſeruato-
re noſtro Chriſto Ieſu confirma
tum eſt, vt ſcriptum extat Ma-
thæi. c. 15. & Marci. c. 7. cui præ-
cepto etiam gentes quæ Deum
neſciebant, paruere. l. veluti. ff.
de iuſt. & iure. patris enim per-
ſona ſemper ſancta ac religioſa
filio videri debet. l. liberto & fi-
lio. ff. de obſequijs. licet impius
& legum contemptor ſit, pater
tamen eſt. auth. de incæſtis nu-
ptijs. §. ſi verò contigerit. colla-
ctione. 2.
9 Hæc tamen ſententia locum
non habet, ſi patriæ delendæ pa
ter operam daret, quià filius nõ
tenetur patri ob temperare, ſed
patriæ, occidetq; filius patrem
patriam delentem ſine ſcelere. l.
minimè. ff. de religio. & ſump.
fune. l. poſtliminium. §. filius. ff.
de captiuis. tradunt Iaſſ. num. 13.
10 Claud. colu. fin. Oroſcius. nu. 4.
l. veluti. ff. de iuſt. & iure. ſi impiũ
patrem in patriam licet occide-
re, fortiori ratione licebit, ſi in
Deum pater impius ſit, vel ali-
moniam negare, qua malefici ca
rere debent. l. bona fides. ff. de-
poſiti. hanc ſententiam fulcit. c.
legi. 23. q. 8. illis verbis (non eſt
crudelitas crimina pro Deo pu
nire, ſed pietas.) & ſubdit vnde
& in lege dicitur, ſi frater tuus,
& amicus, & vxor, quæ in ſinu
tuo dormit, deprauare te vo-
luerit à veritate, ſit manus tua ſu
per eos, & efunde ſanguinē ipſo
rum, eſtq; vxor expellenda. c.
vxor in fine. 28. q. 1. Ioan. cholio.
1. c. ſi quis epiſcopus de hæret. ſi
vxorem impiam in Deum pro-
pellere, ac occidere licet, pro-
pter quam homo debet patrem
& matrem relinquere, & vxori
adhærere. c. debitum de bigamis
ergo patri in Deum impio ali-
moniā denegare permiſſum eſt,
quià filius Deũ patri debet præ
ponere, & ardentius amare. l. 6.
titulo. 12. part. 2. illis verbis (è ſi
naturalmēte en eſte mũdo aman
los fijos à los padres, porque na
ſcieron dellos è eſperan ſu bien
fecho è heredar ſus bienes de-
ſpues de ſu muerte, mucho mas
deue ome amar à Dios que lo fi-
zo de nada, è le dio alma de co-
nocencia, è entendimiento en
cuya mano es ſu vida è ſu ſalud


è todos

è todos ſus bienes que ha eneſte
mũdo, è eſpera hauer en el otro
è porende dixo Sant Auguſtin:
amar deue ome à ſu padre, mas
ante deue el ome poner elamor
en Dios que lo crio) durum eſt
enim inimico Dei Optimi Ma-
ximi omnium creatoris ſubue-
nire alimonia, propterea quòd
pater ſit, ac eius perfidiam au-
gere, cum reſiperet forte ſi in-
opia laboraret, optimus eſt in-
genĳ largitor venter, vt Perſius
ait, vnde ipſe exiſtimo patrem
hæreticum fame morientem fi-
lium paſcere debere, non ſic ſi
mortis periculo non aſtringa-
tur, quo ſenſu accipi debet. l. 8.
titulo. 23. part. 1. quæ ait, patri
hæretico potius conſulere ali-
monia filium debere, quam viro
catholico extraneo.

11 Huius paragraphi conſtitu-
tioni, qua filius impubes eman-
cipatus cogitur alere patrem, ra
tio adduci poteſt ex ſententia
Anaximenidis dicẽtis nihil eſ-
ſe iuſtius quam generationis &
diſciplinæ authores mutuis be-
neficĳs demereri, refert Sſtobæ9
ſermone. 77. ex qua ſententia
colligitur non ſolum filium te-
neri alere patrem, verum etiam
diſcipulum cogendum eſſe ege-
num alere præceptorem. huius
ſentẽtiæ author eſt Innocẽt. c. 1.
de magiſtris in fine, ſequitur
Ananias ibi. nu. 11. & Ioan. Imol.
nu. . & hanc ſententiam ſequi
tur Alber. in. l. 2. ff. de orig. iur.
idẽ Alber. in proœmio. digeſto.
§. quibus in fine. Bald. l. 2. ff. de
orig. iur. in fi. & ibi Iaſſ. nu. 98.
Ioann. Oroſcius nu. 131. hanc ſe-
quitor additionator Alexand.
in. l. generaliter. nu. 11. ff. de in
ius vocand. Romanus ſing. 138.
hanc dixit eſſe receptam tradi-
tionem Cagnolus repetitione. l.
2. ff. de orig. iur. in. §. iuris ciuilis
ſcientiam. nu. 44. & . 45. quam
ſententiam probabit Bologni-
nus in auth. habita. C. ne filius
pro patre. nu. 72. & ibi Bernar-
dinus ſchædobius in. §. veniant,
& in eis ſecurè habitent. nu. 24.
fol. 76. Dueñas regula. 187. caſu
14. & cõſtat hanc eſſe receptam
ſententiam ex congeſtis per Re
buffum de priuilegĳs ſcholar.
priuileg. 66. pro qua ſententia
adducitur textus in. l. 2. §. fin. ff.
de orig. iur. vbi lex refert Sabi-
num iure conſultum à ſuis audi
toribus fuiſſe ſuſtentatum. Item
pro hac parte adducitur. l. Atti
lius Regulus. ff. de donat. & . l.
cum plures. §. cum tutor. ff. de
adminiſt. tuto. vbi Paulus iure
conſultus ait tutorem non poſſe
donare de bonis pupilli, & ta-
men dicitur eum poſſe de bonis
pupilli largas mercedes ſoluere
præceptoribus, ergo conſequi-
tur pupillum eſſe hoc onere obli
gatum. adducitur etiam tex. c.
quià nonnullis. de magiſtris. vbi
Sũmus Pontifex præcipit, quòd
docentis neceſsitas releuetur.
hanc ſententiam fulcit textus in
l. 1. verſ. filios ſuos erudire. C. de
excuſat artifi. lib. 10. inibi enim
diſcipuli



12 diſcipuli appellantur filĳ, ſed pa
trem alit filius, ergò & præcep-
torem diſcipul9, adducitur etiã
ſententia Accurſĳ ſcholio fin.
in. l. liberto. ff. obſequĳs. quæ
æquiparat perſonam magiſtri
perſonæ patris, ſed filius cogi-
tur alere patrem. l. ſi quis à libe-
ris. §. ſi vel parens. ff. de liberis
agnos. ergò diſcipul9 magiſtrũ.
hanc æquiparationem accedẽs
Accurſĳ ſentẽtiæ approbat Bar.
l. omnes populi. nu. 12. ff. de ius.
& iure, ibiq; Ioann. Oroſcius.
nu. 42. Cagnolus dicto nu. 45.
ſequitur Alber. in. l. generaliter.
nu. 2. ff. de in ius voca.

13 Quæ lex conſtituit ne is, cui
reuerentia debetur, in ius voce-
tur ſine venia, ex quo deduxit
Albericus magiſtrum non poſ-
ſe in ius vocari ſine edicti venia,
propterea quòd magiſtro tenea
tur diſcipulus reuerentiam ex-
hibere, ſententiam Alberici ſe-
quitur Socyn. in. l. generaliter.
nu. 8. qui approbat doctrinam
Accurſĳ ſcholio fi. in. l. liberto.
pro qua adducit textum elegan
tem in. c. ſententia. 2. q. 7. & Ac
curſĳ ſententiam, cui accedit
Albericus, ſequitur Bologni. in
auth. habita. C. ne filius pro pa-
tre in nu. 76. & plures ex noſtris,
qui huic opinioni aſtipulantur,
aggregat Boerius tracta. de au-
thori. magni conciliĳ. nu. 90. in
additione litera. f. & Rebuffus
tracta. de priuileg. ſcholarium
priuilegio. 67. & priuilegio. 70.

14 Huic ſententiæ fauet doctri-
na Ioann. ſcholio pe. in. c. 1. 23.
q. 5. dicentis magiſtrum habere
in diſcipulum maiorem poteſta
tem, quam pater in filium. ſequi
tur Gregorius ſcholio fin. in. l.
7. titulo. 33. part. 7.

15 Contrariam ſententiam ſunt
qui defendãt, exiſtimãtes quòd
diſcipulus nõ cogatur alere præ
ceptorem Alber. in. l. 1. §. ius na-
turale in fine. ff. de iuſt. & iure.
ſequitur Rebuffus tracta. de pri
uileg. ſcholari. priuileg. 66. in
quit enim Albericus, diſcipulũ
alere debere præceptorem de
honeſtate, non tamen de neceſ-
ſitate: quià cum in iure cautum
non ſit, ꝙ diſcipulus alere præ-
ceptorem teneatur, conſequi-
tur quòd non eſt cogendus. Nec
obſtant legum capita, quæ pro
cõtraria ſentẽtia adducta ſunt,
quia. l. 2. in fine. ff. orig iur. nar-
rat ea, quæ Sabini diſcipuli fe-
16 cerunt, qui egenti præceptori
alimenta præſtitere, ex quo nõ
debet argumentum ſumi, vti
Accurſius docet in. l. vni. C. quã
do non per. partes. ſequitur Hie
ronimus Cagnolus dicto nu. 45
& Felin. in. c. cum in iure. nu. 13.
de officio deleg. Iaſſ. in. l. his ver
bis. nu. 2. C. de teſtamentis. hanc
ſententiam crebriori ſcripto-
rũ calculo approbari atteſtatur
Curt. Iuni. conſilio. 59. nu. 4. &
conſilio. 125. nu. 6. lato ſermone
Pariſi cõſilio. 5. nu. 214. volum.
4. Bernardus Diaz regula. 781.
Loazes tracta. de matrimonio
Regum Angliæ. fol. 62. nu. 8. &

doctores paſsim.
Item huic ſenttẽiæ nõ obſtat.
l. Attilius Regulus .ff. de dona-
tio. quià ibi propter benemeri-
ta de quibus conſtabat, dona-
tum eſt, id circo etiam inmenſa
donatio valuit ſine inſinuatione
Ripa. l. ſi vnquam. q.13. nu.25.
C.de reuo.donat. dominus Co-
uarru.in.c.cum in officijs.nu.10.
de teſtam.huius ſententiæ ratio
eſt,quià doctrina qua diſcipulus
imbutus eſt, iuſta cenſetur cau-
ſa, vt in præceptorẽ collata do-
natio valeat:inuitus autem diſci
pulus donare non cogitur, nec
enim dicitur donare, qui coactꝰ
donat.l.1.ff. de donat. Nec ob-
ſtat. l. cum plures. §. cum tutor.
ff.de admi.tuto.quià mercedem
debere diſcipulum præceptori
ex illa lege deducitur, non au-
tem de promitur, quòd ei alimẽ
ta præſtare teneatur. Item non
obſtat.c.quià non nullis. de ma-
giſtris. vbi magiſtri neceſsitas
releuatur, hoc enim ab eccleſia
fieri oportere conſtitutum eſt,
non autem à diſcipulis. Item nõ
obſtat. l.1. ver. filios ſuos erudi-
re.C.de excuſat.artifi.lib.10.vbi
diſcipuli appellantur filij, quià
hoc fit ratione reuerẽtiæ, quam
diſcipulus exhibere debet ma-
giſtro, vt declarat Lucas de pæ-
na in dicta.l.1. colu.fin. ſequitur
Rebuffus de priuileg. ſcholar.
priuileg. 67. in fine. non tamen
ex hoc ſequitur, quòd magiſtrũ
diſcipulus alere teneatur. Item
nec obſtat ſententia Accurſij

Aduerſus Ioannẽ Oroſciũ.

ſchol.fi.l.liberto.ff.de obſequijs
dicentis perſonan magiſtri per-
ſonæ patris comparari, ergò ſi-
cut ali pater debet, ita & magi-
ſter.
18 Hoc enim non conſequitur,
quià pater in ius vocari non po
teſt ſine permiſſu prætoris.l.qui
cꝫ. §. prætor. ff. de in ius voca.
magiſter autem poteſt in ius vo
cari ſine edicti venia. Accurſius
in.l.generaliter. ff. de in ius vo-
ca. hanc ſententiam crebrius re
ceptam eſſe affirmat Iacob. de
Sancto Georgio ibid.num.1. &
Bernardinus Schedobius auth.
habita.C.ne fili.pro patre.n.15.
fol.48.Ioann.Oroſcius in.l. ge-
neraliter.nu.2. Ex quo deducit
ipſe falſam eſſe ſententiam Ac-
curſij ſcholio fin.dicta.l.liberto.
19 æquiparantis magiſtrum pa-
tri, ſed non defluit ex ſuperiori
bus, quod deducit Oroſciꝰ: quià
non valet conſequens, ſi quis di
cat, magiſter poteſt in ius voca-
ri ſine venia edicti, ergò nõ de-
betur ei reuerentia ad ſpeciem
patris, quià edictum de in ius vo
cando eſt prohibitorium, vnde
omnẽ hominem, qui edicto non
continetur, de quo agitur in ti-
tulo de in ius voca. permiſſum
eſt in ius vocari ſine edicti venia
Accurſius in dict.l. generaliter.
20 Hoc fit exemplo edicti de pro
curatore conſtituẽdo, quod pro
hibitorium eſt, quilibet enim
procuratorem dare poteſt, qui
prohibitus non eſt.l. mutus.§.1.
ff.de procurat.tradit Roma. in
l.1.



l.1.nu.3.ff.de in ius voca.hæc ſen
tentia probatur in.l.14.titulo.2.
part.3.ſed in.§.prætor.non con
ſtituit Vlpianus, ne quis magi-
ſtrum in ius vocet ſine edicti ve
nia, ergò vocari poterit, quam-
uis magiſtro reuerentia exhibẽ-
21 da ſit. Probatur hæc ſententia
exemplo nouercæ, cui idem eſt
honor exhibendus, qui exhibe-
tur matri.§. ſocrum. inſt. denu-
ptijs. nouerca tamen in ius vo-
catur ſine edicti venia: Accurſiꝰ
in.l.generaliter. nam licet priui
gnus nouercæ eum honorẽ exhi
bere debeat, quem exhibet ma-
tri ipſi, quæ eum pepererat, filiꝰ
tamen contra matrem natura-
lem famoſa actione agere pro-
hibitus eſt.l.ſed & ſi hac.§.præ-
tor.ff.de in iꝰ voca.l.falſi quidẽ.
C.de falſis. ſecus contra nouer-
cam aduerſus quam priuignus
actione famoſa experiri poteſt.
l.de his.C.de furtis.
22 Hanc ſententiam veram eſſe
apparet ex his, quæ in perſonis
auunculi materteræ & amitæ
conſtituta ſunt, quibus eadem
habetur reuerentia quæ patri.§.
item amittam. inſt. de nuptijs.
poſſunt tamẽ iſthæc omnes per
ſonæ in ius ſine edicti venia vo-
cari, vt cum iudicio traddit Al-
ciat. in. l.1. C. de in ius voca. in
glo. incipi. vxori in fin. contra
Deci.in.l.fin.nu.fin. eod. titulo.
23 Ratio huius ſentẽtiæ eſt, quià
licet in iure ſæpe cõſtituatur re-
uerentiam habendam eſſe cer-
tis quibuſdam perſonis ſicut pa
tri, hoc intelligendum eſt ſecun
dum naturam, vt maior ſit ha-
benda reuerẽtia patri quam cæ
teris, vt probatur in.§.inter eas
1. inſt. de nuptijs. ex quo textu
hoc modo interpretandæ ſunt
leges præcipientes reuerentiam
certæ alicui perſonæ exhiben-
dam ſicut patri, vti docet Go-
meſſ.in.§.pænales. nume.24. de
actio.
24 Hæc interpretatio ex eo vera
apparet, quià patrono eadem
debetur reuerentia quæ patri.l.
liberto.ff.de obſequijs.patrono
autem deportato non debet li-
bertus reuerentiam.l.ſed ſi hac.
§.liberos.ff.de in ius vocand.no
tat Roma.ibi.nu.8.patri autem
deportato ſemper filius reuerẽ-
tiam & pietatem debet.auth.de
incæſt. nupt. §. ſi verò collatio-
ne.2. conſequitur ergò multum
intereſſe inter reuerentiã, quam
filius patri debet, & reuerentiã
quam debet extraneis quibuscꝫ
perſonis, quià reuerentia quæ
patri exhibenda eſt, ex iure na-
turæ defluit. l. veluti. ff. de iuſt.
& iure. quæ verò alijs perſonis
ex quadam æquitate debetur, ve
luti quæ domino, magiſtro &
poteſtati exhibenda eſt: vnde
iſti in ius vocari ſine edicti ve-
nia non debent. Ioann. Andr.
in addictione ad Speculat. titu.
de inquiſitione. §.fi. in princip.
ſequitur Roma. in.l.fin. num.5.
C.de in ius vocand.
25 Ex quibus apparet, quòd is
qui cuippiam reuerentiam de-

bet ſicut patri, poteſt eum in ius
ſine prætoris permiſſu vocare
ex ſententia Accurſij in. l. liber
to. quam iniuſtè refellit Ioann.
Oroſcius ſupra. Item deducitur,
non eſſe probabile argumētum
quod doctores collegere ex ijs,
quæ dixit Accurſiꝰ in.l. liberto.
ſcripſit ſanè Accurſius diſcipu-
lum magiſtro eandem reueren-
tiam exhibere debere, quam na
turali exhibet patri: ex hoc de-
ducunt ſcriptores diſcipulum te
neri alere magiſtrum, ſicut tene
tur exhibere patrem: hoc enim
non conſequitur, nec probabi-
le eſt: quià maximum eſt diſcri-
men inter reuerentiam quam fi
lius patri debet, & eam quam
extraneis perſonis exhibere de
bet, vt paulò ante diximus. ex
ijs quæ tradidimus apparet hūc
articulum indificilem eſſe, quem
ipſi interpretes magis dificilem
reddidere: tractant enim gene-
raliter, vtrum diſcipulus tenea-
tur alere præceptorem, nec alte
rum ab altero diſiungunt, cum
maximū ſit diſcrimen inter eos.
26 Ego ſanè certamen hoc diſtin
ctione componēdum exiſtimo,
aut enim præceptor profeſſor
eſt artium liberalium, & is non
eſt à diſcipulis alēdus, quià mer
cedem accipit pro labore.l.1. in
principio. ff. de var. & extra
ord. cog. de præceptore hoc a-
git.l.cum plures.§.cum tutor.ff.
de admi.tuto. ſi verò præceptor
profeſſor ſit iuris ciuilis aut ca-
nonici, quià huic ſalaria de pu-
blico decernuntur. l. medicos.
C. de profeſſor. & medi. lib.10.
ali non debet, quòd ſi non decer
nātur, quià quilibet ex proprio
labore fructū percipere debet.
c. charitatem. 12. q. 2. putarem
alēdum eſſe iuris præceptorem
à diſcipulis, dum ab eo docen-
tur. in hoc caſu loquitur. l. 2. in
fin. ff. de orig. iuris. vbi Pompo-
nius Maſurium Sabinum iure
conſultum à diſcipulis ſuſtenta-
tum eſſe ait, ibiq; non tàm fa-
ctum narrat, quàm ius cōſtituit.
hoc caſu diſcipuli cogentur præ
ceptorem alere parrochiano-
rum exemplo, quià res eſt ſan-
ctiſsima ciuilis ſapientia, quæ
precio nummario non eſt æſti-
māda.l.1.§. proinde.ff. de varijs
& extra ord.cog. vnde iuris pro
feſſores appellantur ſacerdotes
27 l.1.in princi.ff.de iuſt.& iure. de
quibus conſtituetur, ſicut de ſa-
cris presbyteris ſeu ſacerdoti-
bus, qui de altari cui ſeruiunt ſu
ſtentantur.c. cum ſecūdum apo
ſtolum.de præb. ſi ſacerdotij red
ditus ſint tam tenues, vt parro-
chus ex eis ſuſtentari non poſ-
ſit, parrochiani quibus confert
ſacramenta, alere cogentur ſe-
cundum doctrinam Ioānis ſcho
lio.1.c.omnis chriſtianus. de con
ſecra. diſtinctiōe.1. tradit Abb.
nu. 6. c. de rectoribus. de cleri.
ægrot. & ibi doctores.
28 Idemq; de profeſſoribus phi-
loſophiæ conſtituemus argumē
to.l.1. ff. de varijs & extra.ord
cog. Idem maiori ratione de di-
uinæ



uinæ philoſophiæ profeſſoribꝰ
ſtatuetur. Hæc opinio quæ ha-
bet, quòd diſcipulꝰ cogitur præ
ceptorem alere iure Regio ap-
probata eſt.l.2.tiulo.20.part.4.
29 Item diuini verbi prædicato-
res qui populum diuina docēt,
ali debent abijs quos inſtitunt.
c.apoſtolicis.16.q.1. huius cano-
nis argumento in hac ſententia
fuit Speculat. titulo qui filij ſint
legit.nu.25. tradit doctè Alfon-
ſus Caſtro.lib.9. aduerſus hære
ſes.pag.1.6.&.8.
30 Item ſacerdotes diuina donā
tes ac ſacramentorum miniſte-
rijs ſeruientes ali debent abijs,
quibus ſacramenta conferunt.
c.ad apoſtolicā de ſimonia. vbi
approbata eſt conſuetudo, qua
introductum fuit, vt clericis di-
uina conferētibus munera eſcu
lenta poculentauè condonētur,
quæ vt laici præſtent iudicis of-
ficio compellentur, hoc ex illo
capite collegit Abb. ibi. idem
Abb.in.c.ad abolendā. col. pe.
de ſepulturis. Roma. ſing. 433.
Corſet ſing.268.verb. practica.
Felinus in.c.1.de ſpōſalibus.col.
10.Iaſſ.in.l. de quibus. nu.76. ff.
de legibus. Hæc ſentētia rationē
habet, quià dignūeſt vt presby-
teri metant temporalia, qui ſe-
minār ſpiritualia Diuus Paulus
ad Corinthios. c.9. textus in. c.
cū ex officij. in fin. de præſcrip.
31 Item vicarij perpetui qui lo-
co alterius diuina ſacramenta
tractant, & parrochianis con-
donant alendi ſunt ab eo, in cu-
ius locū ſubſtituti ſunt. c.demo-
nachis. de præbend. clem. 1. de
iure pat. quòd ſi vicarij munus
breui tempore duraturum ſit,
illo tempore quo vicarius ſacris
operam dat, ali debet ab eo, in
cuius locum ſuffectus eſt.glo.tē-
porales. extrauag. execrabilis.
de præbend. Ioannis. 22. ſequi-
tur Rebuffus tractatu congruæ
portionis.q.2.nu.11.q; ſi vicarius
non alatur, poterit nō dare ope
ram rei ſacræ, & diuina ſacra-
menta populo denegare, diui-
numq; ſubtrahere ſeruitium.
Ioannes ſcholio.1.c. omnis Chri
ſtianus de conſecra. diſtinctio-
ne.1.& ibi traddunt interpretes
argumento.c.cum ſit. de ſimonia
&.c.charitatem.12.q.2. Sed hæc
ſententia obtinet, ſi ſuperioris
authoritate ſubtrahat diuina, ac
parrochianis illa deneget pro-
pterea, quòd ab eis non alatur,
propria autem authoritate hoc
facere prohibetur. Thomas. 2.
2. q. 86. articulo. 1. idem Tho-
mas.q.10.articulo.3. Archiepis.
Floren.3.parte. titulo.12. c.11. &
ſententiam glo. ſic accipiendam
eſſe traddunt Ioan. And. Anto-
nius & Abb. in Rub. de parro-
chijs. Lappus allegatione.67. Fe
linꝰ in.c.veniēs.col.2. de teſtibus
quæ opinio fulcitur argumēto.
c. ſi canonici. de officio ordina.
lib.6. iudex autē in hoc caſu aut
permittet diuina denegare ple-
bi, aut parrochianos coget, vt
neceſſaria rectori eccleſiæ ſubmi
niſtrēt. Rebuffꝰ tractatu cōgruæ
por-

portionis.q.12.nu.94.

32 Hæc etenim, ſi eccleſia bona non habeat, exquibus rector alatur, fieri debent, ſed ſi eccleſia abundat, de bonis eccleſiæ, cui ſeruit, ſuſtentari rector debet Speculat. titulo qui filÿ ſint legit.nu.23. c.2. c. extirpandæ. c. cum ſecundum Apoſtolum. de præbend.auth.vt determinatus ſit nume.cleri.collatione.1.

33 Item clerici egeni qui ſine dote ad ſacros ordines ad lecti ſunt, ali debent ab ÿs, à quibus inſigniti, ac ordinati fuere, Speculat. titulo qui filÿ ſint legit. nu. 24. argumento.c.2.&.c.cum ſecundum de præbend.

43 Item domus hoſpitalis, aut xenodochÿ rectores ali debent cũ familia ſua de redditibus bonorum ad xenodochium pertinentium, tradit Mateſellanus notab.191. ſequitur additionator Alexand.l.1. ff. ſolut. matrimo. num.23. argumento.l.cum poſt mortem.§.1.ff.de adminis. tuto.

35 Item diuites egenos ac inedia morientes alere tenentur, quòd ſi nec aluerint, & fame perierint pauperes, occidiſſe exiſtimari debent, qui alimoniam denegarunt. c. paſce fame morientem. 86.diſtinctione.

36 Poteſt enim qui inopia laborat, ne fame pereat malè parta retinere. Ricardus in. 4. diſtinctione.15. articulo.5. q.4. ſequitur Ioannes Luppus in Rub. de donat. inter virum & vxorem. §.65.nume.41.dominus Couarruuias in reg.peccatum. de reg. iuris.lib.6.1.parte. in principio.
37 num.2. ꝙ ſi diuites alere inedia pereuntem detrectent, pauperes iudicis officio implorato alimoniam petent, præſes autem coget diuites, vt alimenta pauperibus ſubminiſtrent.glo. c.ſicut. 47. diſtinctione per. c. ad apoſtolicam. de ſimonia. ſequitur Abb.in. c.1. de emptione & vend. nume.3. idem Abb. in. c. cum percuſsio.nume.8.de cleri. ægrot. idem Abba. in.c. ſi quis propter.nume.7.de furtis. Feli. in. c. cum acceſiſſent. nume.22. de conſtitu. tradit difuſè dominus Couarruuias lib. 3. variarũ reſolut.c.14.nume.5.Ioan.Luppus in.c.per veſtras.not.3. §. 12. nume.2.Albert. Trochus. de vero & perfecto clerico. lib.2.c.11. num.14.Ripa tractatu de peſte. c.de remedÿs præſeruatiuis.nu. 196.Siluanus conſilio.33. nu.10. Auiles in.c.17.correctorumglo. à razonables precios. nume.15. Diuus Thomas.2. 2. q. 71. articulo.1.

38 Hæc enim ſentẽtia locum habet in ſpecie propoſita, quando pauper inedia perit, non autem ſi quoquo modo vitam tueri poſsit, & famem leuare. Silueſter verb. elemoſina. q. 1. &. 2. Caietanus poſt Thomam. 2. 2. q.110.articul.3.dominus Couarruuias dicto.c.14.nu.5.

39 Id tamen in propoſito prætermitendum non eſt, quòd ſi inedia pauperes laborarent, quibus



bus non poſsint diuites conſulere, repellentur exteri pauperes, vt indigenæ alantur: vti erudità docet Caſtro. lib. 1. de lege pænali.c.5.fol.40.pag.1.quæſententia iure Regio cõfirmata eſt. l.6. titulo.12.lib.1. nouæ compilat.hæc opinio rationem habet, quià in elemoſinis erogandis ordo ſeruari debet.c.nonſatis.86. diſtinctione, ex quo collegit ſæpè Abb. ꝙ maior pietas exercetur in cõſanguineos pauperes, quam in extraneos, ſequitur Peralta.l.ſi quis Titio.ff.delegat.2. & alÿ doctores ſuprapoſiti.

40 Hinc tamen ſcripſit ipſe Peralta, quòd ſi teſtator legatum relinquat vni cõſanguineo pauperi, debetur legatum proximiori conſanguineo pauperi, quamuis ex conſanguineis remotioris gradus alius ſit pauperior, idem approbat ipſe Peralta in. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia.nu.13.ff.delegat.2.

41 Item huius paragraphi ſentẽtia locum habet in nutritore & nutrice, quos tanquam parentes alere tenetur alumnus, & nutritionis graciam refferre nutritor enim & nutrix patris & matris nomine continentur, nec in ius vocari poſſunt ſine edicti venia, exemplo patris naturalis.l. iniquum. C. de in ius vocando. qua lege patrem ſine edicti venia in ius vocare prohibemur, cui conſtitutioni rationem adducit Bald. ibi: quià pro bono non debet quis dare malum, cui accedit Iacobus Nouellus tracta.defenſsionũ.titulo quæ perſonæ accuſare non poſſunt. nu.
42 20. pari ratione nutritorem & nutricem non poterit alumnus in ius vocare ſine permiſſu prætoris, quià his reuerentia exhibetur ad quandam ſpeciem parentum.Alciat. in.l.fin. C. de in ius vocando. ſcholio pe. argumento.l.1.§. fin. ff. de obſequÿs. illis verbis (indignus militia iudicandus eſt, quipatrem aut matrem à quibus ſe educatum dixerit maleficos appellauerit.) interpretatur Alciatus illa verba, patrem aut matrem, id eſt nutritorem & nutricem, ne illa verba (à quibus ſe educatum dixerit) ſuperfluant: cum appellatio patris ad hos quoq; referatur. Plautus in Menechmis.

*Adeo forma ſimili pueri, vt mater ſua*
*Non internoſſe poſſet, quæ mãmamdabat,*
*Neq; adeo mater ipſa quæ eos pepererat.*

Huius interpretationis meminit Tiraquell.in.l. ſi vnquam verbo.ſuſceperit liberos.nu.50. C. de reuo. donat. qui in huius partes adducit Maronis carmina de Lupa loquentis, quæ Romuli Remiq; nutrix fuit. in lib. Æneidos.8.

*Illic genus omne futuræ*
*Stirpis ab Aſcanio pugnataq; in ordine bella*
*Fecerat, & viridi fœtam mauortis in antro*
*Procubuiſſe Lupam, geminosq; hinc vbera circum*
*Ludere pendentes pueros & lambere matrem.*

Adducit multa in propoſito Tira-

Tiraquellus,qui alijs di iudicandum reliquit, vtrum Vlpianus in.l. 1. verſ. fin. ff. de obſequijs. egerit denutritore & nutrice. huius interpretationis meminit Coſta in. l. ſi ex cautione. C. de non nume.pecu.ſcholio ſeu doli,nume.4. qui Alciatum & Tiraquellum aduocat, ſed corruptè,aitq; Coſta, quòd quamuis Alciati authoritate moueatur, tamen ſubſiſtere ſe: propterea quòd veriſimile nõ ſit, vt is qui nutritorem aut nutricem maleficos appellauerit,indignus militia iudicandus ſit, cum ſat ſit crimen hoc acriusvindicari perſonarum dignitate penſata. argumento. §. atrox. inſti. de iniurijs. vnde Accurſius in dicto §. fin. exiſtimauit legem de patre & matre naturali agere propter grauiorem pænam,qua plectitur filius.hanc interpretationem refellunt illa verba (à quibus ſe educatum dixerit)quæ ſuperflunt.

43\. Propterea Coſta num.6.ſcripſit non ineleganter dici poſſe, quòd ſi quis patrem aut matrẽ, à quibus ſe educatum neget,maleficos appellauerit, indignus militia iudicandus non ſit, fermè non magis quam ſi extraneos homines appellaſſet maleficos, ſi quidem ad extraneorum conditionem penè rediguntur parentes, qui liberis alimenta impiè denegarunt. l. necare. ff.de liber.agnos.c.1. de infanti. expoſit.His tamen non obſtantibus ait ipſe Coſta Alciati interpretationem defendi poſſe, vt nutritoribus hæc reuerentia debeatur, quòd in ius vocari non poſsint ſine edicti venia, nec aduerſus eos doli actio poſſit intentari. argumento. l. iniquum.C. de his qui accuſa. non poſſunt.& argumento.l.non debet. ff. de dolo. atq; ita tentauit Felinus in.c. cæterum de iudicijs. num.15. in qua ſententia permanſit Coſta. nu.7. ſequitur Petrus Plaça in lib. de delictis. c.42.num.6. quæ ſententia iure Regio confirmata eſt.l.3. titulo. 20.part.4.

44 Quæ lex agit de expoſitis, ij quidem altorem ſine edicti venia in ius vocare prohibentur. idem eſt ſi parentumſumptibus quiſpiam alatur,huic enim permiſſum non eſt nutritorem accuſare, cui alumnus debet reuerentiam ad ſpeciem quamdam patris exhibere. l. 3. titulo. 24. part.4.

45 Ipſe equidem ſcio in ius ſine edicti venia nutritorem aut nutricem non poſſe alumnum vocare, vt multis comprobatum eſt;hæc tamen ſententia non depromitur ex. l.1. §. fin.ff. de obſequijs.cuius vim ac poteſtatem non tenuit Alciatus, cuius opinionem non integrè fulcire. l. 1. §. 1. ff. de obſequijs.atteſtatur Gregorius ſcholio primo in princi. titu.2.par.4.qui cum iudicio iſtæc pẽſitauit,quià leges iniuriã, quæ patri fit,atrocem exiſtimãt,

acriusq;



acriusq; coercent, ꝗ eam, quæ homini extraneo obſequioris vitæ ſit.l. prætor edixit. §. fin. ff.de iniurijs.§.atrox.inſtit.de iniurijs.ratio eſt,quià perſona patris ſanctior ac venerabilior filio videri debet, quam alterius cuiuſpiam.l.liberto.ff. de obſequijs. tradit doctè Ioannes Geneſius conciuis noſter in lib. 1. epiſtola. 8. & in lib.4. epiſtola. 58. hinc apparet acrius plectendum filium,qui in patrem aliqua commiſsit,quàm ſi committeret in extraneũ, vel in nutritorem, ſed in ſpecie. §. fin.acrius punitur qui nutritorem maleficum appellat, ꝗ qui violentas manus patri intulit, ergò lex non agit denutritore,& nutrice.

46 Nec ferendus eſt Coſta, qui )( dixerit non eſſe puniendum filium, qui patrem aut matrem à quibus ſe educatum negat, maleficos appellauerit, quià pater ad inſtar extranei redactus eſt: hæc enim in his, quæ ad patriã poteſtatem pertinent,locum habent,qua priuatur pater,qui filium expoſuit Accurſius.l. necare.ff.de liber.agnos.in ijs enim, quæ à natura ducuntur, pater manet, quæ naturalia iura ciuilis ratio corrumpere nõ poteſt. l. eas obligationes. ff. de capit. dimi.§.ſed naturalia.inſti.de iure natur. vnde pater manet is, qui filium vendit.l.fin.C. de patribus,qui filios diſtra. nec eam ob cauſam deſinit eſſe pater, ꝗ filium occidere ei permiſſum ſit, l. in ſuis. ff. de liber. & poſt. eſt igitur puniendus qui patrem, à quo ſe educatum negat, maleficum appellauerit. nec lex conſtituit acrius eſſe puniendum filium, qui nutritorem aut nutricem maleficos appellauerit, ꝗ ſi patrem naturalem appellaſſet, cum altoris cauſa naturalis non ſit, patris verò cauſa ſit naturalis:agit enim.l.1.§.fi. de reue
47 rentia quam filius patri exhibere debet, & de pænaqua eſt afficiendus,ſi reuerentiam nonexhibuerit.

Interpretatio noua

Primò quærit Vlpianus,vtrũ filius milles puniendus ſit, qui patrem aut matrem contumelijs affecit,& ait puniendum eſſe, quamuis milles multis principalibus beneficijs fruatur.argumento.l.1. C. de iuris & facti igno.l.1.C.de veteranis lib.12.

Aduerſus Ema. Coſta.

Secundò dubitatur, vtrum libertus qui parentes iniuria afficit, puniendus ſit, & puniendum eſſe Vlpianus reſpondit, quià pietatis ratio etiam inter collibertos ſecundum naturam ſalua eſſe debet, quam delere ius ciuile non poteſt dicta.l. eas obligationes. quamuis iure ciuili liberti perſona vilis abiectaq; ſit,quæ ad dignitatem aſpirare non poteſt.l.vni.C. ad legẽ Viſcelliam. vnde legum laqueis aſtringi non debet. l. quæ adulteriũ.C.de adulter.notat Cynus in.l. cunctos populos. C.de ſumma trini. his ita definitis, docet Vlpianus, qua pæna affici de

beat

beat filius miles, qui in patrem
aliqua commiſit, dixerat iudi-
cis arbitrio promodo delicti eſ-
ſe puniendum, quæ quomodo
accipienda ſint, docet ipſe Vl-
pianus, conſtituens quòd filius
qui patrem aut matrem contu-
melijs affecit, aut violentas ma-
nus eis intulit, promodo puniẽ-
dus ſit, ſi autem parẽtes, quibus
reuerentiã exhibere debet, non
ſolum quià parẽtes ſunt, verum
etiam quià ipſum aluerint, ac
educauerint, maleficos appella-
uerit, indignus militia iudican-
dus eſt. vnde in propoſita ſpecie
Vlpianus diſcrimen conſtituit
inter patrem, qui filium educa-
uit, & genuit, & patrem qui tan
tum genuit, ſed non educauit:
conſtituitq; acrius pnniendum
eſſe filium, qui contumelijs pa-
trem affecit, qui genuit & edu-
cauit, quam ſi afficeret patrem
genitorem tantum nõ altorem.
quæ cum conſtituere vellet Vl-
pianus, neceſſariò adijcere de-
buit illa verba (à quibus ſe edu-
48 catum dixerit) cum vis & pote
ſtas conſtitutionis in hoc conſi-
ſteret, quæ iure optimo conſti-
tuit Vlpianus, cum parentum
munus ſit non tãtum liberos gi-
gnere, ſed alere ac educare, vt
ad perfectum eſſe perducantur.
l.1.§.ius naturale.ff.de iuſti.& iu
re. vnde pater qui alimenta de-
negat paruulo filio necare vide
tur.l.necare. ff. de liber. agnos.
Hinc fit, vt fili9 qui patrem edu
catorem pulſat, duplici peccato
aſtringatur, violat enim eum à
quo procreat9 eſt, & eum à quo
eſt educatus. Ciceroin parado-
xis. q. 4. (illud tamen intereſt,
quòd in ſeruo necando, ſi id fit
iniuria, ſemel peccatur: in patris
vita violanda multa peccantur.
violatur is qui procreauit, is qui
aluit, is qui erudiuit, is qui in ſe-
de ac domo atq; in Republica
collocauit. multitudine peccato
rum præſtat, eoq; pœna maiore
dign9 eſt) qua de re multa ex ſen
tentia Phauorini tradidit Gel-
lius lib.12.noctium atticarum.c.
1. in hæc verba (& nihil, inquit,
dubito, quim filium lacte ſuo nu
tritura ſit. ſed cũ mater puellæ,
parcendum eſſe diceret, adhibẽ
dasq; puero nutrices, ne ad do-
lores quos in enitendo tuliſſet,
munus quoq; nutricationis gra
ue ac dificile accederet: oro te,
inquit, mulier, ſine eam totam in
tegram eſſe matrẽ filij ſui: quod
eſt enim hoc contra naturam in
perfectum atq; dimidiatum ma
tris genus, peperiſſe, atq; ſtatim
ab ſe ſe abieciſſe: aluiſſe in vtero
ſanguine ſuo neſcio quid quòd
non videretur, non alere nunc
ſuo lacte, quod videat iam vi-
uentem: iam hominem: iam ma
tris officia implorantem) ſcrip-
ſit plura in eodẽ capite ad hanc
rem pertinẽtia: quibus apparet
educatrici matri plus filiũ debe
re quã illi, quæ tantum enixa eſt,
& cuius cura alieno lacte alitus,
educatusq; eſt. in propoſito mul
ta aggregauit Tiraquell. de no-
bilitate



bilitate.c.16.nu.5.&.c.20. num.
84. dominus Couarru; in epito
me de ſponſalibus.2.parte. c. 8.
§.6. nu. 13. quæ iure Regio con-
firmata ſunt.l.1.titulo.19.par.4.
illis verbis (Otroſi el fijo es mas
tenudo de amar è de obedeſcer
al padre porquel meſmo quiſo
lleuar el afan en criarle ante q̃
darle à otro) his quidem doce-
mur, quantum parentibus de-
bemus, qui nos genuerunt ac
educarunt.
49 Verum autem nutritori nu-
triciq; alimenta ſuppeditare te-
neamur, non depromitur ex.l.1.
§.fi.ff. de obſequijs. vt ſcriptum
eſt. ſed nutricationis graciam
refferre alumnum debere alimẽ
taq; præſtare lege naturæ cau-
tum eſt: vt officium officio pen-
ſent: quod docto carmine ceci-
nit Policianus in lib. qui inſcri
bitur nutricia in principio.

*Stat vetus, & nullo lex interitura ſub æuo*
*Diuorum, atq; hominum concors, incidit in auro*
*Scilicet hãc natura parẽs, dictaſſa ferũtur*
*Fatorum conſulta themis, ſolersq; futuri,*
*Nondum caucaſea pendens de rupe Prometheus.*
*Quæ gratos blandæ officio nutricis alũnos*
*Eſſe iubet, longumq; pia mercede laborem*
*Penſat, & emeritis cumulat compendia curis.)*

Quæ naturæ præcepta lege
Regia ſeruare compellimur.l.3.
titulo.24.part.4. vbi Gregorius
ait, quòd eſt ſatis notabile id,
quod lex tradit de alumno.

50 Ex his quæ de nutritore &
alumno ſuprapoſuimus, colligi
tur contra iuris ciuilis regulas
Aduerſum Florianũ.
ſcripſiſſe Florian.in.l. teſtis ido-
ne9.nu.3. ff.de teſtib9. qui ait nu
51 tritorem eſſe teſtem idoneum a-
lumno: ea ratione innititur Flo
rianus, quià edictum de teſtibus
eſt prohibitorium, qui non pro
hibetur teſtimonium dicere, ius
dicendi teſtimonij in iudicio ha
bet.l.1.ff.de teſtibus. pro hac ſen
tentia adducit extollitq; legem
illam Florianus ibi.nu.4. Silua-
nus conſilio.16.nu.4. eadem ſen
tentia comprobatur in. c. 1. de
teſtibus. illis verbis (ſed quicum
q; idonei & fideles in teſtimo-
nium aſſumantur.) vbi hoc an-
notarũt Bernardus, Innocẽtius
Abb.& reliqui. Bernard. ſcho-
lio pe. in. c. cum apud. de ſpon-
ſalibus Accurſius ſcholio fin. in
l. quoniam. C. de hæret. hæc ſen-
tẽtia iure noſtro approbata eſt,
l.8.titulo.16.part.3.
52 Sed verius eſt alumnum non
eſſe teſtẽ idoneum nutritori ar-
gumento.l. teſtis idoneus. ff. de
teſtibus illis verbis (teſtis ido-
neus pater filio aut filius patri
non eſt.) ergo neq; nutritor alũ
no, neq; alumnus nutritori erit
teſtis idoneus: cum nutritor vo
cetur pater, vt ſuprapoſuimus,
quẽ ſine edicti vænia in ius voca
re alũnus prophibetur, egenti
cõſulere cogitur, ac eadem quæ
patri munera exhibere, cũ eadẽ
in perſona alumni ſubſit ratio,
quæ in perſona filij, conſequens
eſt, vt

eſt, vt æqua lance alumnus pro-
hibeatur teſtimonium dicere in
cauſa alitoris argumento.l.illud
ff.ad leg.aquiliam. Item eam ob
cauſam inimicus prohibetur te
ſtimonium dicere, quià affectio
amicitiæ ſolet infeſtationes bla
ſphemiæ incitare. c. repellãtur.
de accuſationibus: ſed quam ve
hementi amore nutrix alũnum
& alumnus nutricem proſequa
tur multis exemplis declaratur,
quæ aggregat Tiraquell. in. l. ſi
vnquam verſ.ſuſceperit liberos
nu.1. & ſequentibus.C.de reuo.
donar. idem Tiraquell. de iure
primogeniorum in præfatione.
nu.62.& in principio titulo. 15.
part.1.ergo àteſtimonio arcetur
alter in cauſa alterius. huic ſen-
tentiæ fauet.l.3.titulo.20.par.4.
l.6.titulo.2.part.3.

53 Hinc apparet non eſſe admit
tendam diſtinctionem, quam in
propoſito cõſtituit Baldus in. l.
nutritoribus.C.commu. de ſuc-
ceſsio. vtrum alumnus in domo
nutritoris moretur an extra eiꝰ
domum, vt ſi in domo nutrito-
ris habitet, prohibeatur in cau-
ſa altoris teſtimoniũ dicere, nõ
ſic ſi non habitet. argumento. l.
etiam. C.de teſtibus. vbi dome
ſtici teſtimonij fides improba-
tur. eadem diſtinctione vſus eſt
Bald.in. l. parentes. C. de teſti-
bus. Albericus tractatu de teſti-
bus.1.parte.nu.8. Aufredius tra
cta de teſtibus. nu.78. ſed nõ eſt
in hoc articulo deſtinguendum,
cum alumnus prohibeatur teſti

*Aduerſus Bald.*

monium dicere in cauſa altoris
ob eximium amorẽ in altorem,
vt ſupra expoſuimus.

34 Vlpianus hic huius deciſio-
nis rationẽ ſubijcit dicens, quòd
proptereà impubes filius emãci
patꝰ cogitur alere patrem, quià
iniquiſsimum eſſet patrem ege-
re cum filius eſſet in facultatibꝰ.
hinc colligitur quòd iniqui exẽ-
pli vitandi cauſa multa à legi-
bus conſtituta ſunt, hinc fit vt
valeat argumentum ab iniquo
vitando, vt doctores noſtri af-
firmãt, in.l.obſeruandum. ff. de
iudicijs, vbi non datur is iudex,
quem altera pars nominatim pe
tit, quià eſſet iniqui exempli, ni-
ſi princeps ad petiti iudicis ve-
recundiam reſpiciens conceſſe-
rit. ibi verecundia ſumitur pro
hominis æſtimatione ac reuerẽ
tia Oroſcius.l.qui iuris dictioni
præeſt.nu.14. ff. de iuris. omni.
iud.idem Oroſcius.l.1.ff.de offi-
cio præfecti vrbi.nu.28.

55 Firmum ac conſtans argumẽ
tum eſt ab aſurdo vitando: hæ
enim duæ argumentandi for-
mæ in vnam penè conuertun-
tur. Hinc colligitur enodatio in
dificilis quæſtionis, vtrum fru-
ctuarius dominium vſusfructus
habeat ſicut poſſeſsionem. huiꝰ
controuerſiæ nodus & dificul-
tas pendet ſuper reſponſo Iulia
ni iureconſulti in.l.qui vſumfru
ctum. ff. ſi vſusfructus petatur.
verſ.fin.illis verbis.(eſt enin ab
ſurdum plus iuris habere eos,
qui poſſeſsionem dũtaxat vſus
fructus



fructus non etiam dominiũ ade
pti ſunt) ex qua lege colligit Bar
tolus in.l.naturaliter.§.nihil cõ-
mune oppoſitiõe.1. ff.de acquir
poſſe. fructuarium plenum ac
verum habere dominium vſus
fructus. idẽ Bar.in.l.in venditio
ne in principio. ff. de bonis au-
thori.iudi. poſsid. idem Bart.in
l. qui vſumfructum. nu. 3. ff. de
verb.oblig. idem Bart. in Rub.
C.de vſufructu.nu.1.hæc ſenten
tia deducitur ex.l.in venditione
in principio, quæ duo iurecon-
ſultorum reſponſa expreſſa eſſe
pro hac ſentẽtia atteſtatur Emi
lius Ferretus in.§.nihil commu-
ne.nu. 6. vbi Paulus Caſt. nu.4.
huic opinioni acceſsit, quam cre
brius receptã eſſe affirmat Iaſſ.
in.§. nihil commune.nu.30. ſe-
quitur Antonius Rubeꝰ ibi.nu.
100. Fabius Acoronbonus. nu.
28. Hermanotus Decius nu. 16.
Bologninus.nu.10. ſequũtur plu
res interpretes, quos in vnum
contulit Pinelus in.l.1.C.de bo-
nis mater. 2. part. nu.2. & in. 3.
part.nu.2.

56 Contrariam ſententiã vt fru-
ctuarius verum ſusfructus do-
minium non habeat, cõſtanter
defendit Iaſſ.in.§.nihil commu-
ne. nu. 30. in qua opinione ſibi
ipſi non conſtat Bart.in.l.ſi quis
vi.§. differentia nu. 4. ff. de ac-
quir.poſſe. quam ſententiam vt
tueatur, adducit Iaſſ.definitionẽ
dominij, quam tradit Bart.in.§.
differentia. vbi ait, dominium
eſſe ius de re corporali perfectè

diſponendi, niſi legẽ prohibea-
tur, vnde cum vſusfructus ſit res
incorporalis, non poteſt in eo
verum dominiũ conſiſtere. hanc
dominij definitionem crebrius
receptam eſſe atteſtatur Iaſſ.nu.
30.ſed hãc definitionem impro-
bat Ripa.§.nihil commune. nu.
26.Coraſius nu.22. Alciat.in.l. ſi
quis vi.§.differentia. nu.4. quià
ſi hæc definitio vera eſſet, cor-
rueret ac frangetur illa recepta
ſententia, quæ habet, quòd fru-
ctuarius verum habet dominiũ
vſusfructus.

57 Secũdò pro hac opinione ad
ducit Iaſſon.l.qui vſumfructum.
ff.ſi vſusfructus petatur. vbi eſt
dictio (dominium) item dictio
(poſſeſsio) & vtraqꝫ regitur ab
illo verbo (adepti ſunt) ergò
æquè ac pariformiter reguntur,
quià vna determinatio reſpiciẽs
plura determinabilia debet ea
pariformiter determinare. l.
iam hoc iure.ff.de vulgari.l.quã
uis.C.de impuber.& alijs ſubſti.
ſed illud verbum adepti ſunt, re
git ac determinat dictionẽ illam
poſſeſsionem impropriè, quià
in vſufructu eſſe non poteſt pro
pria poſſeſsio, cum vſusfructus
ſit res incorporalis, ergò domi-
nium erit improprium, vt ver-
bum adepti ſunt, determinet pa
riformiter. hinc apparet cõcin-
nè ex illa lege deduci verum do-
minium in vſufructu non eſſe,
ſicuti nec vera poſſeſsio eſt.

58 Hanc interpretationẽ & ver
borũ inductionem refellit Ripa

in.§.nihil cõmune.nu.26.cui ac-
cedit Hermanotꝰ Decius nu.16.
qui dicunt eadem oratiõe ſæpè
eandem dictionem propriè po-
ni & impropriè, vt Accurſiꝰ ait
in.l.2.ff.de officio procõſu.ſcho
lio primo. Sententiam Accurſij
cõmuniter receptam eſſe atteſta
tur Ioãnes Oroſcius in.l.2.ff. de
officio procõſulis. nu.3. multiq;
doctores, quos aggregat Tiraq.
in tractatu de retratu. titulo. 1.
§.1.glo.18.nu.22.vbi oſtendit Ac
curſium in hac opinione fuiſſe
59 multis in locis. At Ioãnes Oro-
ſciꝰ nu.4.in.l.2.ff.de officio pro
con.refellit Accurſij ſententiam
dicentis, dictionem illam (manu
miſsio) ad ſeruos relatam ſtare
propriè, ſi verò ad filios relata
ſit impropriè. Oroſcius autẽ di-
ctionem (manumiſsio) ad filios
referri propriè ait, ſicut ad ſer-
uos argumẽto.l.filio.§.ſi.ff.de in
officioſo teſta. vbi manumitti fi
lius dicitur, quãdo emãcipatur,
quod demõſtrat integra Rubri
ca ſi à parente quis fuerit manu
miſſꝰ, apparetq; ex antiqua emã
cipationis formula, olim ſi qui-
dem filij vendebantur, vt emãci
parentur, vti refert Caius iure
conſultus.lib.1.inſtitutionum.c.
16.hinc fit, vt filij dicantur manu
miſsi, qui à parẽtibus patria po
teſtate liberantur.
60 Ipſe quidem Accurſij ſenten-
tiam probo dicentis, dictionem
(manumiſsio) ad ſeruos propriè
pertinere non ad filios argumẽ.
l.1.ff.quãdo actio de pecu.anna-
lis ſit. quam legem pro hac parte
adducit Iaſſ.l.vtrum.nu.4.ff. de
verb.oblig. qui ait eſſe legẽ me-
liorem cæteris quæ in iure ſcri-
ptæ ſunt. Ipſe huius ſententiæ
partes fulcire puto.l. manumiſ-
ſiones.ff.de iuſt.& iure.vbi iure
conſultus ait ſeruitutem ex iure
gentiũ introductam eſſe, eodẽq;
iure inſtitutam eſſe manumiſsio
nem, quæ vnicum eſt contra ſer
uitutem remedium: atq; ita ma-
numiſsio penè nata fuit cũ ipſa
ſeruitute: ergò ſeruituti quæ iu-
re gentium inuaſit, medetur ma
numiſsio, quæ ferè cum ipſa ſer
uitute orta eſt. vnde non appli-
catur propriè ad emancipatio-
nem, cum manumiſsio iam diu
eſſet inſtituta, quando introdu-
cta fuit emãcipatio: idcirco nõ
poteſt ad eam propriè applica-
ri, cum manumiſsio iuris gentiũ
ſit, emancipatio autem iuris ciui
lis, quæ remedium eſt contra pa
triam poteſtatem quæ iuris ciui
lis eſt. l. item in poteſtate. ff. de
his qui ſunt ſui vel alieni iuris.
61 Illa autem propria ſunt voca
bula, quæ cum rebus ipſis, quas
demonſtrant, orta ſunt. Cicero
lib.3. de oratore: ergò vtemur
(ait), verbis, quæ propria ſunt
& certa quaſi vocabula rerum,
penè vnà nata cum rebus ipſis:
illud igitur dicetur propriũ vo-
cabulũ, quod natum eſt ad rem
illam ſignificandam, quam de-
monſtrat: ſi rem aliam demon-
ſtret, hoc impropriè fit: vt docet
Quintilianus.lib.8.inſtitutionũ
c.2.nec inficior claſsicis autho-
ribus permiſſum eſſe ſimilitudi-
ne, ac translatione verborũ non
ſignificatione vti. docet Gellius
libro.6.noctium atticarum. c.6.
vnde cum Accurſius ait dictio-
nem (manumiſsio) quando ad li
beros refertur, impropriè à iure
conſultis vſurpari, non iure cõ-
ſultum reprehẽdit, nec malæ lo
qutionis ac impropriæ arguit,
ſed demonſtrat iure conſultum
propria dictionis ſignificatione
vſum non eſſe, ſed tranſlatione,
ac ſimilitudine.
62 Secundò ſentẽtiam Accurſij
fulcit hoc, ꝙ id intelligitur pro-
priè dictũ, quod abſolutè ac ſim
pliciter dicitur, nõ autem quod
dicitur ſecundũ quid, id eſt cum
adiectione. l. cum ex oratione.
ff.de excuſat.tuto.vbi ex oratio
ne Diui Marci ingenuus tutor
datus libertino excuſationẽ ha-
bet, quæſitum eſt, an eandem ex
cuſationem habeat libertus, qui
ius aureorum annulorum impe
traſſet, & reſpondit Triphoniꝰ
iure conſultus habere, ergò ille
eſt ingenuus, qui ſub hac dictio
ne ingenuus cõtinetur, non ille
qui cum adiectione, id eſt qui ius
aureorum anulorum impetraſ-
ſet, vel ingenuus factus ſit. eadẽ
ſentẽtia depromitur ex.l.patris
& filij.ff.de vulgari & pupi.vbi
Fran.Aret.& Iaſſ.not.1. annota
runt. tradit Tiraquellus in tracta
tu le mort.2.parte. declaratione
63 9.nu.11.ſic in propoſito, manu-
miſsio dicitur propriè, quando
ad ſeruos refertur, non quando
ad filios, quod apparet, quià di-
ctio (manumiſsio) abſolutè ac
indifinitè prolata ad ſeruos per
tinet.l.manumiſsiões.ff. de iuſt.
& iure. quando ad filios refertur
dicitur manumiſsio liberorum,
proferturq; cum illa adiectione
(liberorum) vt apparet ex titu-
lo de manumiſsionibus libero-
rum: ergò ad filios propriè non
refertur, cum indefinitè, ac ſim-
pliciter prolata ad eos non refe
ratur, ſed ita demum ſi profera-
tur cum adiectione liberorum.
quod ſi liberi vt emancipentur
væneant, quià ſerui ſunt manu-
mittentur, cum in hoc caſu ma-
numiſsio contra ſeruitutẽ ſit re
medium.
64 Ex hac interpretatione colli
gitur vis ac poteſtas. l.ſi mulier.
§. ſi metu. ff. quod metus cauſa.
vbi voluntas coacta dicitur eſſe
voluntas impropriè, quià nõ eſt
ſimplex voluntas, ſed qualifica-
ta, id eſt coacta. vnde in quibus
caſibus requiritur voluntas, ſim
plex voluntas deſideratur, non
autem qualificata, id eſt coacta
Decius regula velle. nu.3. ff. de
reg.iuris.

# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR,

## in. §. ſi mater.

MATER repetit à fratre alimenta filio præſtita, nu. 3.

Mater tenetur alere filium trimo minorem, niſi pauper ſit, quià lactatio eſt modica impenſa, maiorem trimo alit pater, numero. 2. 3. 4. 5.

Mater quæ lactaria non eſt, aut quam non decet ablactare ex conſuetudine regionis, non tenetur alere filium trimo minorem, ſed non eſt dedecus matri nobili aut illuſtri ablactare filium, numero. 6. 7. 8.

Trimo maiorem filium ſi mater alat, repetet à patre, niſi pauper pater ſit, mater verò diues, nu. 9. 10.

Diuortium ſi fiat, ille qui diuortio cauſam dedit, alet filios, niſi pauper ſit, numero. 11. 13. 13.

Mater diues ſi maritus ſit pauper filias dotare tenetur, nu. 14.

Hæretica mater filiam catholicam dotare tenetur, & an hæc ſententia hodie obtineat, nu. 15.

Papa poteſt conſtituere in foro ſæculari ſuper cauſa hæreſis, quod ſeruari debet in vtroq; foro, nu. 16.

Iuramentum ſeu ſpiritualis cauſa addit forum foro, nu. 17.

Hæreticus laicus puniri debet à iudice eccleſiaſtico pœnis non ſolum à iure canonico conſtitutis, ſed etiam à lege ciuili. numero. 18.

Ius ciuile poteſt in cauſis ſpiritualibus addere pœnam pœnæ à iure canonico conſtitutæ, nu. 19.

Leges Regiæ quæ hæreticos puniunt grauioribus pœnis quàm ius canonicum ſeruari debent, nu. 20.

Laicus ſi ab inquiſitoribus declaretur hæreticus, punietur pœnis non ſolum à iure canonico conſtitutis, ſed & pœnis conſtitutis à iure ciuili, quòd ſi papa huic indulſerit, pœnamq; laxauerit de illa pœna intelligetur, quæ à iure canonico conſtituta eſt, non quæ à lege ciuili, nu. 12.

In quibus locis hæretici bona ad fiſcum deuoluntur mater hæretica non cogitur dotare filiam orthodoxam, ſecus ſi bona ad fiſcum non deuoluantur, nu. 22.

Iudæa mater aut infidelis cogitur dotare filiam catholicam, nu. 23.

Mater ſi alat filium ſcholarem credens ſe hoc onere aſtrictam eſſe, non repetet à patre, nu. 24.

Dotis cauſa & cauſa ſtudij æquiparantur, nu. 25.

Alimenta ſi quiſpiam alicui dederit credens ſe obligatum non repetet, & huius rei ratio redditur, nu. 26. 27.

Qui falſò exiſtimanit aliquem eſſe filium ſuum & aluit, non repetet ab eo alimenta, nu. 28.

Mater, quæ quando alimenta dat filio non proteſtatur ſe repetendi animo dare, nō repetet à patre & quo caſu poſſit à filio repetere, nu. 29. 30. 31.

Mater quæ filiam, cui dos relicta eſt aluit, mortuo patre dum nubit filia an poſſit repetere à fratre patris vniuerſali hærede, nume. 32. 33.

Vſuras



Vſuras dotis promiſſæ non numeratæ non cogitur præſtare pater, qui filiam aluit. numero. 34.

Frater qui patre mortuo aluit ſororem, poteſt fructus legitimæ retinere, & cum alimentis compenſare, nu. 35.

Filia ſi indigeat mortuo patre, cū ſuperſint mater & auus paternus diuites, quis alere teneatur mater, an auus paternus nu. 36. vſq; ad. 40.

Mater ſi diues ſit & filius qui in antiquum maioratum ſucceſſit, fratres antem pauperes, quis nam eos alere teneatur mater an frater, traditur numero. 41. vſq; ad. 60.

Vitricus an poſſit repetere quod paterno affectu erogauit in alimoniam priuignorū traditur, nu. 61. vſq; ad. 68.

Vitricus qui repetendi animo donauit alimenta priuignis, debet alimenta cum miniſterijs priuignorum compenſare, numero. 69.

Tutor aut curator debet compenſare alimenta cum miniſterijs pupilli aut adoleſcentis, ſi pueri aliquæ ſint operæ, & plura de puero artifice aut mediaſtino, & de hac cōpenſatione operarum cum alimentis tradūtur. nu. 70. vſq; ad. 83.

In eo caſu quo poteſt quis repetere alimenta, ſi non petierit, hoc ius ad ſuos hæredes tranſmittit. nu. 84.

Tutor an teneatur pupillū domi alere, quòd ſi domi non aluerit an, priuetur decima quæ illi datur propter hoc munus. numero. 85. 86.

Tutori ſi legatum ſit vt pupillum educet domi ſuæ, legatum perdet ſi domi non aluerit. nu. 87.

# SI MATER ALIMENTA QVÆ FECIT IN FILIVM, A PAtre repetat, cum modo eam audiendam Diuus Marcus reſcripſit Antoniæ Montanæ in hæc verba: ſed & quantum tibi alimẽtorum nomine, quibus neceſſariò filiam tuã exhibuiſti, à patre eius præſtari oporteat, iudices æſtimabunt. nec impetrare debes ea quæ exigẽre materno affectu in filiam tuã erogatura eſſes, etiam ſi à patre ſuo educaretur. A milite quoq; filio qui in facultatibus eſt exhibendos parentes eſſe pietatis ratio exigit.

1 EX HOC PAragrapho colligitur matrẽ quæ filio alimẽta præſtitit, à patre repetere poſſe: annotãt Bart. & Alber. hic & Accurſius, & Bart. Soci. conſilio. 171. lib. 2. & deciſio Neapolitana. 10. Hippo. Riminald. in principio inſt. quibus alien. non licet. nume. 271. qui plura tradidere, quæ an vera ſint diſſeremus, item quando mater alere filium teneatur, quando verò non teneatur, ſed poſsit repetere. Vnde proponere oportet certum axioma, à quo multa deriuẽtur huius conſtitutionis interpretationi neceſſaria.

2 Tale igitur thema conſtituamus. Mater tenetur filium alere triennio. l. penult. C. de patria potes. & ibi onnotat Accurſius ſcholio trimo. idem Accurſius ſcholio materna. l. alimenta. C. de nego. geſt. hæc ſententia depromitur ex. c. fin. de conuerſione in fideli. vbi notat Bernardus ſcholio poſt triennium. qui adducit carmina.

*Mater alit puerum trimũ: trimoq; minorẽ.*
*Maiorem verò paſcere patris erit.*

Huic opinioni accedit ipſe Bernardus ſcholio fin. in. c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. ſequitur Abb. ibi. nu. 9. & Bart. hic. idem Accurſius ſcholio filios in auth. vt liceat matri & auiæ. §. illud collatione. 8. hanc ſententiam dicit eſſe magis lepidam quã veram Zazius in. l. 1. §. huius ſtudij. nu. 14. ff. de ius. & iure. ſed Accurſij ſententia dicentis quòd alere triennio mater teneatur crebrius recepta eſt, quam ſequitur Bald. l. alimenta. C. de nego. ges. nume. 2. Faber in. §. ius naturale. nume. 2. inſti. de iure nat. & ibi Ioann. Platea, Corneus conſilio. 159. numu. 14. lib. 1. dominus Ludouicꝰ Molina de primogenijs Hiſpaniæ lib. 2. c. 15. nume. 3. Lamber. de iure patro. lib. 3. q. 3. principa. articulo. 6. numer. 16. Ioann. Luppus in. c. per veſtras de dona. inter vir. & vxor. not. 3. §. 23. nume. 8. Ioannes Neuizanis in Silua nuptiali verbo non eſt nubendum. folio. 97. colu. 1. Bologninus conſilio. 10. Ioann. Coraſius. l. frater à fratre. nume. 10. ff. de condi. indebi. dominus Couarru. in epitome de ſponſalibus. 2. parte. c. 8. §. 6. num. 13. Gregorius ſcholio. 1. in. l. 3. titulo. 19. part. 4. quæ lex apertè hanc ſententiam confirmat illis verbis. (nodrecer è criar deuen las madres à ſus fijos que fueren menores de tres años, è los padres à los que fueren maiores deſta edad.)

3 Ratio huius ſentẽtiæ eſt, quià infantis lactatio modica eſt impenſa. l. ſed adeſt. §. ſi quis mulierem. ff. locati. quam rationem huic decioni adduxit Bald. in. l. alimenta. C. de nego. ges. quæ ratio depromitur ex Accurſio hic. ſcholio materno, dicente lac modicam impenſam eſſe, & ob hanc cauſam matrem repetere non poſſe argumento. l. omnino. ff. de impenſis in rebus dotali. factis: l. in rebus. §. ſed & id quod. ff. commoda. l. vtrum. ff. de donat. inter vir. & vxor. hanc ſententiã approbant Bar. & Alber. hic.

4 Filium autem trimo maiorem alere mater non tenetur ſed pater. c. fi. de conuer. in fide. quod omnes doctores ſuprapoſiti annotarunt. Hæc ſententia plures captiones habet.

5 Primò huic ſententiæ locus non eſt, ſi filius ſit illigitimè procreatus, quẽ vterq; parens alere tenetur etiã maiorem trimo Abb. in. c. cũ haberet. nu. 9. ſequitur Grego. ſcho. 1. l. 3. tit. 19. p. 4. de eo qui duxit in matrimo. argumẽto illius textus, quẽ multi ſequntur. quæ opinio vera eſt, eamq; defendimꝰ ab ijs, quæ aduerſus eam adducunt aliqui: vti poſuimꝰ in. §. idẽ reſcripſit. n. 35.

Secundò hæc ſentẽtia locum non habet, ſi ſit mater egena & pauper, quo caſu filium trimo minorem alere non tenetur, vt docet dominus Couarruuias argumento. textus in. l. ſed & ſi hæreditas. §. 1. ff. ad exhibend. verſ. ego autem arbitror. vbi actor tenetur alere ſeruum, quẽ poſſeſſor paſcebat, quando ſeruus qui ex operis & artificio ſe exhibere ſolebat, cogitur vacare: ergò æqua lance mater pauper quæ ex opera ſua ſe exhibeat, cum lactando filio vacet, aletur à patre filij, niſi malit pater filium educare, ac locum matri relinquere, vt ex ſua

opera ſe ſuſtentare valeat, ſequitur hanc opinionem Bart. hic & Baldus.l.alimenta.nume. 2.C.de nego.geſtis.qui ait quòd mater paupercula reddit filium ſcholari, hoc enim indultum eſt egeſtati matris, quæ ſibi ſufficere non poteſt: ſequitur Paulus ibi nume. 3. quod iam olim Salmanticæ obſeruatũ eſt, huic ſententiæ accedit Franc. Areti. l.alimenta. nume.2. C. de nego. geſtis. Abb. in. c. cum haberet. nume. 8. de eo qui duxit in matrimoni.ſequitur Salice. l. præſes.C. de ſeruitu. & aqua. & ibi dominus Anton.Padilla nume. 14.huic opinioni accedit Bologni.conſilio.8. idem Bald. l.nec filium.C.de patria potes.Ioann. de Neuizanis in Silua nupt.verbo non eſt nubendum.fol. 97. Nemauſenſsis intractatu clauſularum.pagina.944. dominus Couarruuias in dicto.§.6.numero.13.Gregorius ſcholio. la madre.in.l.3.titulo.19. part.4. quæ lex hanc opinionem confirmat illis verbis (empero ſi la madre fueſſe tan pobre que no los pudieſſe criar el padre es tenudo de darle lo que ouiere meneſter para criarlos) ex his apparet erraſſe Zazium in. l. maritum. ff.ſolut.matrimonio,qui ab hac opinione diuertit.

6 Tertiò huic ſententiæ locus nõ eſt, ſi mater filiũ proprijs vberibus lactare non poſsit, quià lactaria non ſit, hæc eſt ſententia Azonis in ſumma. C. de patria poteſta. idem placet Abb. c. cum haberet. numero. 8. & Paulo. l. alimenta. nume. 3. ſequitur Gregori9 ſcholio.1.l.3. titulo.19.part.4. dominus Couarruuias dicto.§.6.nume.13. huius ſententiæ ratio manifeſta eſt, quià hic ceſſat cauſa, propterquam mater cogitur lactare filium, quià cum modica impenſa lac filio præſtat, quòd ſi ipſa lactare non poſsit, patris impenſa à nutrice aletur.

7 Quartò hæc ſententia locum non habet, ſi matrem non deceat ablactare filium ex conſuetudine regionis vnde fuerit: veluti ſi illuſtris nobiliſuè fœmina ſit, quam filium ablactare non deceat. Azo in ſumma. C. de patria poteſta. ſequitur Bart. tractatu alimentorum. numero.9. Bonus decurtili. denobilitate. 5. parte priuilegio. 38. & priuilegio.55. Ioann. de Neuizanis in Silua nuptia. lib. 3. verb. eſt nubendum. verſ. ſtrupator. folio. 96. idem Bart. l. 1. C.de mendican.vali.lib.10.Ioannes Luppus in.c.per veſtras. notabili.3. §. 23. nume. 8. ſequitur Bald. l.alimenta. nume.2. C. de nego.geſtis, ibi Paulus Caſtren. nume. 3. & Aretin. numero. 21. Abb.in. c. cum haberet. nume. 8.idem Abb. in. c. fin. nume.4. deconuerſi. infideli. Gregor. & dominus Couarruuias ſuprapoſiti. quæ ſententia communiter recepta eſt, vt colligitur ex ijs, quos aggregat Tiraquellus de nobili-



nobilitate. c. 20. nume. 76. qui hos hominum mores damnat, exiſtimatq; etiam Reginæ dedecori eſſe nõ poſſe lactare filium, quod multis exemplis demonſtrat, qua de re multa verba facit dominus Couarruuias dicto nume.13.

8 Ipſe huic ſententiæ accederẽ, ſi tam impia mihi videretur, vt Tiraquello viſa eſt. Id ſanè illepidum, ne dicam fatuum puto, exiſtimare quempiam dedecus eſſe nobili matri lactare filium, quem nouem menſibus in abditiſsimis vteri receſsibus proprio ſanguine aluit. Sed licet dedecus matri non ſit ablactare filium, tamen parentum cura nutricis lacte puerum nobilem ablactari quis damnabit vnq;, qui ſanus ſit? cum Reipublicæ interſit plures habere ciues. l.1. ff. ſoluto matrimonio, maximè nobiles, quorum viribus & authoritate defendi protegiq; poſsit. l.1.ff. de ventre inſpici. nec poſſet Reſpublica ingenuis repleri ciuibus, ſi matrum vberibus liberi ablactarentur: cum venere abſtinere matres debeant, quæ filios ablactant, ne concipiant, quod infantibus lactantibus multum obeſt. c. ad eius. 5.diſtinctione. tradit difuſè Tiraquellus legibus connubiali. l. 15. nume.139. hanc ob cauſam multarum gentium moribus introductum eſt, ne nobiles fœminæ filios ablactent, vt liberos ſuſcipere poſsint, ablactabuntur eo caſu infantes à nutricib9 patris impenſis vt Azo, cæteriq; annotarunt.

9 Quintò huic ſententiæ locus non eſt, ſi filium trimo maiorem alat mater, quià repetere expenſas à patre poterit, in hac ſpecie loquitur paragraphus hic: vt annotant Bart. & Alber. idem Bart.in tractatu alimentorum. num.9. Nemauſenſsis in tractatu clauſularum. pag.941. Alex. l.alimenta.nume.5. ſed hæc deciſio multis modis contrahitur.

10. Primò ſi mater ſit diues, vir autem pauper, cogetur mater filios alere maiores trimo nec repetet impenſas à patre argumẽto.l.ſi quis à liberis. §. vtrũ verſ. ergò & matrem ſupra. & auth. ſi pater.C.diuor.facto. l.pen. ff. de liber.agnos.notat Accurſius hic ſcholio neceſſariò. ſequitur Alber. hic. Bart. in tractatu alimentorum.nu.9. Abb.in.c. fin. de conuerſi.infideli.nu.4. Bart. nu.1.Bald.nu.3. Areti. & cæteri in. l. alimenta. C. denego.geſtis dominus Couarru. in.§.6.nu.13. & hanc opinionem omnes frequenter recepiſſe atteſtatur domin9 Ludouicus Molina de primogenijs Hiſpaniæ libr.2 .c.15. nu.3.& dñs Anto.Padi.in auth. res quæ.C.cõmunia delegat.nu. 60.idẽ ſcripſit Coraſi9 in.l.qui liberos.ff.deritu nuptiarũ.nu.172. pro hac recepta ſentẽtia dñs Couarru.& dñs Anto.Padi. adducunt.l.4.titulo.19.part.4.

11 Sed hæc lex adduci pro hac ſenten

ſententia non debet, quià non agit de liberis alendis conſtante matrimonio, in qua ſpecie textus noſter loquitur, & l. penulti. ff. de liber. agnos. ſed tractat de filijs alendis ſoluto matrimonio, conſtituitq; apud quẽ liberi debeant educari, cuiusq; impenſis, multum ꝙ hi caſus inter ſe ſe diſcrepant, quià conſtante matrimonio nunquam mater alit filium, cum dotis fructus propter matrimonij onera, quæ ſuſtinere debet, maritus percipiat. l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff. eod. titulo. quam ob cauſam ſi pater ſit inops; ad auum pertinet nepotum educatio, quià mater inops cenſetur, quæ dotis fructus non percipit. l. pen. ff. de liber. agnos. niſi bona extra dotem mulier haberet, & pater abeſſet, qui dotis fructus conſumeret, poſſet in iſto caſu mulier à patre repetere, quod in alimenta filiorum impendit: inſimili ſpecie loquitur textus iſte. & l. alimenta. C. de nego. geſt. l. Nenſenius. ff. eod. titulo lex Regia loquitur in eo caſu, quo ſeparatum eſt matrimoniũ diuortio, tunc ſiquidem ali debent filij impenſis eius, qui ſeparationis cauſam præbuit. auth. vt liceat matri & auiæ. §. illud collatione. 8. vbi annotat Accurſius ſcholio alantur. ꝙ ſi diuortio cauſam mater præſtiterit, filius trimo maior aletur penes patrem impenſis matris.

Aduerſus Salicet.

idem Accurſius ſcholio materna. in. l. alimenta. C. de nego. geſt. idem Accurſius ſcholio matris in auth. ſi pater. C. diuortio facto. qui textus hanc ſententiam fulcit: ſequitur hanc opinionem Speculat. titulo qui filij ſint legit. nume. 2. ſequuntur Bart. nume. 1. in. l. alimenta. C. de nego. geſt. & ibi Paulus Caſtren. nume. 3. vbi Alexand. nume. 6. ait cum Accurſio tranſire doctores omnes excepto Saliceto, qui contrariam opinionem defendit, quià iure non cauetur vt mater cogatur alere filium, niſi in caſibus comprehenſis in. l. Nenſenius. ff. de nego. geſt. quam opinionem ait Alexander fortè eſſe veriorem in puncto iuris, quià illa verba (ſi verò contra: tunc apud patrem matris locupletis expenſis) quæ poſita ſunt in auth. ſi pater. C. diuortio facto. ab Irnerio adiecta ſunt, non enim continentur in textu authenticorum, à quo deſumpta eſt auth. ſi pater. ſententiam Accurſij aduerſus eam, quam Salicetus defendit, atteſtatur crebrius doctores approbaſſe Boerius conſilio. 17. nume. 11. quæ iure Regio comprobata eſt. l. 3. titulo. 19. part. 4.

12 Vbi ſententia Saliceti improbatur, quæ ſecundum iuris ciuilis regulas ſtare non poteſt: quià licet iſte caſus non ſit lege comprehenſus, at ex iuris communis manifeſta ſententia decidi debet



debet argumento. l. nõ poſſunt. ff. de legibus: mulier enim dotem viro dat, vt onera ſuſtineat matrimonij, ideſt vt ſe filiosq; alat & familiam, diuortio facto dos reſtituitur. l. diuortio. ff. ſolut. matrimonio, ſi diuortium fiat, cui cauſam mulier præſtiterit, & dote reſtituta pater cogatur filios alere, mulier cum fructus dotis ſibi quæreret, virum detrimento afficeret contra. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. reportaretq; commodum ex ſua malitia, quod ꝙ legibus improbetur, nemo non nouit. c. intelleximus de iudicijs. vnde apparet verba illa quæ addita ab Irnerio fuere ex intentione & mente iuris ciuilis deprompta eſſe.

13 Si verò ille qui cauſam diuortio præſtiterit, pauper ſit, filij alentur penes alium ipſius impenſis, liberat enim inopia alendi onere eum, qui cauſam præbuit diuortio, & alere tenebatur. auth. vt liceat matri & auiæ §. illud. collatione. 8. auth. ſi pater. C. diuortio facto. l. 4. titulo. 19. part. 4. vbi notat Gregorius ſcholio (fueſſe pobre.

14 Secundò ſi mater ſit diues, vir autem pauper, cogetur nedum filios alere, ſed & filias dotare: quæ ſententia ex eo apparet, quià mater filium alere tenetur, ſi pater ſit inops argumẽto. l. ſi quis à liberis. §. vtrum verſ. ergò & matrẽ ſupra. auth. ſi pater. C. diuortio facto. tradimus ſupra: cauſa verò dotis æquiparatur cauſæ alimentorum, vt dicimus in. §. idẽ iudex iſta lege. ſed ſi pater inops ſit, mater cogitur alere, ergò & dotare. hæc ſententia elicitur ex. l. nec mater. C. de iure dot. vbi mater nõ cogitur dotare filiam, niſi ex magna & probabili cauſa, vel lege ſpecialiter expreſſa, ſed probabilis cauſa hæc eſt, quòd pater inops ſit, vt mater dotare cogatur, ergò cogetur, nam hæc eſt cauſa ſpecialiter lege expreſſa. quæ ſententia inde colligitur, quòd mater alere filiam compellatur, ſi pater inops ſit, ergò & dotare, cum ab alimentis ad dotem procedere liceat. hæc fuit ſententia Iacobi Raue. in. l. nec mater. C. de iure dot. cui accedit Cynus ibi & Bald. Bart. auth. res quæ. C. commu. delegatis. num. 4. hanc opinionem ſequitur Iaſſ. l. 1. ff. ſoluto matrimonio, nume. 28. vbi Ripa. nume. 79. dicit crebrius receptam eſſe. cui omnes accedunt in. l. 1. ff. ſoluto matrimonio, vt atteſtatur dominus Anto. Padilla auth. res quæ. numero. 60. vbi Curtius Iunior. nume. 17. & nume. 18. dicit communiter eſſe receptam. idem affirmat Cumanus in. l. à filia. ff. ad Trebell. Iaſſ. in. §. fuerat. nu. 115. inſti. de actio. Gomez Arias in. l. 15. Tauri. nume. 11. Boerius deciſione. 129. qui plures doctores in vnũ cõtulere huius opinionis aſſeclas, quã omnes probare

Cora-

Coraſius ait in. l. qui liberos. ff.
de ritu nuptiarum. numero.62.
vbi pro viribus eam defendit
ab Angeli impugnatione. huic
opinioni accedit Gregor. ſcho-
lio (à la madre) in.l.9. titulo. 11.
part.4. ſic legem Regiam inter-
pretandam exiſtimans, quæ do
tare filiam non eſſe cogendam
matrem conſtituit.

16 Tertiò mater hæretica filiam
catholicam dotare cogitur Ac-
curſius ſcholio.1.in.l.nec mater.
C. de iure dot. idem Accurſius
ſcholio paternum in.l. finali. C.
de dotis promi. per text. in. l.
cognouimus. C. de hæret. hanc
ſententiam ſequuntur Cynus,
Bald. Salicet. & reliqui ſcripto-
res ibi. ſequitur Angel. Iaſ. &
Ioannes Lupus. quorum ſenten
tiæ aſtipulatur dominus Anto.
Padilla in auth. res quæ. C. com
mu. delegat. nume.61. vbi hanc
affirmat eſſe opinionẽ crebrius
receptam, quam ſequitur Cam-
petius tractatu dotis.1. parte. q.
22. Bal. Noue. de dote. 6. parte
priuilegio. 3. & priuilegio. 16.
Gomez Arias in.l.15. Tauri. nu.
11. Coraſius in. l. qui liberos. ff.
de ritu nupti. nume.61. Boærius
conſilio.17. nume.11. hæc opinio
iure Regio comprobata eſt. l.9.
titulo.11. part.4. Hæc tamen ſen
tentia nullo modo ſtare poteſt,
cum hæreticorum bona ad fiſ-
cum deuoluantur, ad quorum
ſucceſsionem filij peruenire nõ
poſſunt. auth. Gazaros. C. de
hæret. Sed hæc deciſio in filijs
hæreticis locum habet, non in
orthodoxis, quià ſi orthodoxi
filij extarent ad illos hæretico-
rum parentum bona tranſibũt,
quo ſenſu accipi debet auth. Ga
zaros. vti explicat Coraſius. l.
qui liberos. ff. de ritu nuptia-
rum. nume. 62. qui opinionem
hanc naturali æquitati conue-
nire exiſtimat, quià orthodo-
xis filijs lex vitam ſeruat. c. ver
gentis. ergò & alimenta. l. ne-
care. ff. de liber. agnos. c. paſce.
86. diſtinctione. & filiabus do-
tem, quæ loco alimentorum eſt,
vt Barto. ait in. l. final. ff. de his
quibus vt indig. quæ opinio de
fenditur argumẽto eorum, quæ
de ſpuria tradunt doctores, di-
centes quòd ex eo, ꝙ pater eam
alere teneatur. c. cum haberet.
de eo qui duxit in matrimoniũ.
defluit, ꝙ & dotare teneatur,
vt alibi traddimus. hæc Cora-
ſius, quæ iam olim prædixerat.
Ioann. Luppus decanus Sego-
uienſsis tractatu de hæret. q.19.
quem ſequitur Ioann. Luppus
in. c. per veſtras. de donat. inter
vir. & vxor. not.3. §.23. num.15.

Hæc ſententia, quæ habet, ꝙ
parentum hæreticorum bonis
nõ priuet filios orthodoxos tex
tus in auth. Gazaros. de promi-
tur ex auth. idem eſt de Neſto-
rianis. C. de hæreti. l.7. titulo.7.
part. 6. quæ hos vocat ad ſuc-
ceſsionem parẽtum hæreticorũ,
arcet verò à ſucceſsione filios
dumtaxat impios ac peruerſos,
hoc etiã ſenſu accipi debet. l.2.
titulo



titul.26. part.7. hæc autẽ omnia
correcta ſunt iure canonico per
c. vergentis. de hæret. vbi bona
hæreticorum ad fiſcum devol-
uuntur, eorumq; ſucceſione pri
uantur filij orthodoxi, ita atte-
ſtantur glo. in ſumma.23. q.7. ſe
quuntur ibi Archidi. & Ioann.
de Fano. Abb. in. c.1. de officio
ordi. quem ſequitur Ioann. Lup
pus dicto nu.15. Ripa. l.1. ff. ſo-
luto matrimonio nu. 79. Cora-
ſius dicto nu.62. Gregori9 ſcho
lio de ſus fijos. l.2. titulo.26. par.
7. idem Gregori9 ſcholio catho
licos in. l.7. titulo.7. part.6. plu-
resq;, quos aggregat dominus
epiſcopus in inſtitu. catholicis.
c.9. nu.1. & c.29. nu.8.

16 Qui ſententiam Coraſij dam
)( nat exiſtimantis, dotis filiabus
orthodoxis deberi. ſed hæc ef-
fatus non eſt Coraſius, qui di-
xit æquum eſſe vt orthodoxis fi
lijs alimenta, filiabus dotes con
ſeruarentur, huius æquitatis alij
authores fuere, quibus accedit
Ioann. Luppus Segouienſsis, &
Palacios rubios ſupra. Bartolo
meus Miranda in ſumma con-
ciliorum. c. 59. concilij quarti
Toletani, quorum piam æqui-
tatem refellunt verba aperta. c.
vergentis. ac multis argumen-
tis rationibusq; frangunt. cuius
textus deciſioni locus erit tam
in foro canonico, quam in foro
ſæculari: agit quippè de impie-
tate in Deum quià res ſpiritua-
lis eſt, teterrimumq; crimen, ac
peccatum, in territorio ſæcular
Papa poteſt conſtituere, per-
tinet enim crimen hoc ad eccle-
ſiaſticum iudicem. c. vt inquiſi-
tionis. §. prohibemus. de hæret.
lib.6. notat Abb. c.1. de officio
ordi. ſequitur Ioann. Luppus di
cto. §.23. nu.15. vnde cum Sum-
mus Pontifex circa ſpiritualia
iudex ſit ſupremus, & Reges
omnes diuina lege ei parere te-
neantur. c. nouit. de iudicijs quã
uis in laicos intacta integraq;
ſit Regum poteſtas. c. nouit. ſi
cauſa ſpiritualis ſit, de qua agi-
tur, Summi Pontificis cognitio
erit. c. finali de foro compet. li-
bro.6.

17 Hinc doctores dicunt iura-
mentum, aut ſpiritualem cau-
ſam addere forum foro. Bald.
auth. ſacramenta puberum. co-
lun.2. C. ſi aduerſus vend. ſequi
tur Coraſius in. l. admonendi
in præludijs. nume.26. ff. de iu-
re iur.

*Aduerſus Coraſiũ & Ioan. Lup. Seg.*

18 Hinc fit, vt ſi laicus impius
ſit in Deum ab eccleſiaſtico iu-
dice coerceri poſsit ratione cri
minis, nec dubium eſt punien-
dum eſſe nõ ſolum pœnis à Ma-
ximo Pontifice cõſtitutis. c. ver-
gentis. de hæret. c. cum ſecun-
dum leges. de hæret. lib. 6. ſed
ſi leges ab ipſo principe ſæcu-
lari conditæ ſunt, aliter q; iure
canonico non conſtituatur, le-
ges obſeruari debent in cauſis
hæreticorũ. c.1. diſtinctiõe.10. c.
vt inquiſitionis. in principio. de
hæret. lib.6. quià lex Regia pu-
niẽs hæreticum grauiori pœna,
quam

quam canonum decretis punia-
tur, ſeruanda eſt, quamuis prin
ceps ſæcularis iudex non ſit, nec
conſtituere poteſt in cauſa hæ-
reſeos.c.vt inquiſitionis.in prin
19 cipio. Benè tamen poteſt,
pænæ conſtitutæ à Romano
Pontifice contra hæreticos pæ-
nam addere. glo. tolli. clem. ne
Romani. de electione. quæ cre-
brius recepta eſt teſte domino
Couarru.in epitome de ſponſa-
libus.2.parte. c.6. in principio.
nu.17.& Gomeſsio in.c.2.§.ſta-
tuto.nu.16. 17. &. 18. de reſcrip.
lib.6.dominus Ludo.Moli. lib.
20 2. c.16.nu.11. Vnde leges Regiæ
quæ grauioribus pænis infidos
impiosq; in Deum homines af-
ficiunt obſeruari debent, quas
Papa abrogare nõ poterit, quià
aliter non conſtituunt quam ius
canonicum. Ipſeq; Rex ſæcula-
ris in laicos poteſtatẽ habet ab
ipſo Deo.auth. quomodo opor
teat epiſcopos. in principio col
latione.1.De laicis autem perſo
nis eccleſiaſticus iudex dijudi-
care non poteſt, niſi ſæcularis
iudex negligẽs ſit, aut cauſa quæ
in iudicio diſcepatur ſpiritua-
lis.c.licet ex ſuſcepto.c.ex teno-
re de foro compet.tradunt An-
to.de Burgos in.c.1.de empt. &
vend. nu.12. Stephanus Aufre-
dius tracta. de poteſtate eccle-
ſiaſtica inter merè laicos. Fir-
mianus tracta. de epiſcopis. 2.
parte principali quarti libri.
21 Hinc colligitur ꝙ ſi laicus ab
inquiſitoribus Apoſtolicis im-
pius in Deum hæreticusq; de-
claretur, non ſolum punietur
pænis à iure canonico conſtitu-
tis, ſed etiam illis quæ à iure ci-
uili introductæ ſint, ꝙ ſi Papa
huic indulſerit, pænamq; laxa-
uerit, de illa pæna intelligetur,
quæ à iure canonico eſt intro-
ducta, non de ea quæ à iure ci-
uili, quam licet expreſſè laxet,
cum ſit hæreticus ſæcularis per-
ſona principi ſubiecta, non po
terit Papa in hac parte legem
ciuilem abrogare, quæ bono pu
blico introducta eſt. Vnde ille
cui Papa indulſit pænis à iure
ciuili conſtitutis punietur ar-
gumento. c. nouit. de iudicijs.
hæc ſcripſimus quæ pertinent
ad hunc articulum vbi de hæ-
retica matre agitur, quæ filiam
orthodoxã dotare tenetur, non
autem quod de poteſtate aga-
mus, quam Summus Pontifex
habet in laicos, hæc quippe quæ
ſtio integros occupat libros, de
qua dici poteſt, ſcriptus & in-
tergo nec dum finitus Oreſtes:
vt apparet ex Franciſco Victo-
ria in Mathei. c. fin. Rolando
conſilio.88.lib.1. domino Epi-
ſcopo in inſtit.catholicis.c.44.
illuſtriſsimo domino Couarru.
regula peccatum. §. 9. nume. 5.
Gregor.l.1.titulo.1.part.2.latius
in. l. 2. titulo.13. part. 2. ſcholio
magno.
22 Doctores autem, qui dicunt
iure canonico abrogari leges ci
uiles: quæ præcipiũt vt mater hæ
retica filiã dotaret orthodoxã,
existi-



exiſtimant hodie in praxim de-
duci non poſſe, quamuis in cor-
rectæ eſſent, quià hæreticorum
bona ad fiſcum deuoluuntur. c.
vergentis de hæret.c.cum ſecun
dum illo titulo lib.6. Ego quidẽ
in Hiſpania & Sicilia vbi hære-
ticorum bona in fiſcum tran-
ſeunt eorum ſententiam obtine
re ſcio: in multis autem regio-
nibus non obtinebit, vt in Ger-
mania & Gallia, vbi Regibus
parent hæretici, ſed coerceri nõ
poſſunt, neq; de impio crimine
puniri, in illis regionibus hære-
tica mater cogetur dotare filiã,
inquibus hæretici non priuan-
tur bonis, vel priuari non poſ-
ſunt, in illis autem in quibus pri
uantur, non erit locus legi ciui-
li, quæ opinio licet dubitatio-
nem non habeat, non fuit con-
ſultò relinquenda, cum facti ſpe
cies poſsit ſæpè incidere.
23 Æqua lance mater Iudæa aut
infidelis cogitur filiam catholi-
cam dotare, vt argumento. l.
cognouimus.C.de hæret. tradi-
dit Bald..l.nec mater.C. de iure
dotium. ſequitur Boerius conſi-
lio. 17. nume. 11. ſed de hæretica
matre ad iudæam nõ licere pro
cedere, & . l. cognouimus. quæ
de hæreticis agit, ad iudæos non
trahi exiſtimat Ioannes Iecirier
tractatu de iure primo genio-
rum. lib. 1. q.17. nume. 7. huius
ſententiæ ratio eſt manifeſta,
quia hæretici grauius peccant,
quam iudæi, aut mahometani,
cum melius ſit viam domini nõ
cognoſcere, quam cognoſcere,
& ab ea recedere. c. quidam. de
Apoſtatis. colligitur hæc ſen-
tentia ex Diuo Thoma. 2. 2. q.
10.articulo.6.qui ait quòd in in-
fidelitate conſideratur compa-
ratio eius ad fidem: vnde gra-
uius peccat, qui ſuſceptæ fidei
aduerſatur, ſicut acrius peccat
qui promiſſa non obſeruat, quã
qui non ſeruat, quod non pro-
miſsit. hæc Ioannes Luppus in
Rub. de donatio. inter vir. &
vxor.§.35.nume.4.qui in nume.
2. ſcripſit matrem iudæam co-
gẽdam eſſe dotare filiam ortho-
doxam, quæ opinio comproba
ta eſt.l.9.titulo.11.part.4.
24 Quartò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi mater in ea opinione
fuerit, vt credat ſe alendi filij
onere aſtrictam, & alat filium
ſcholaſticum, quià alimenta non
poterit repetere, Nemauſenſis
in tractatu clauſularum pagina
944. argumento. l. cum is. §. ſi
mulier. ff. de condi. indebi. l.5.
titulo.14.part.5.
25 Quià cauſa dotis & ſtudij æqui
parantur doctores.l.1. ff. ſoluto
matrimonio, ſequitur Bal. No-
ue. de dote. 5. parte. priuilegio.
44. Rebuffus de priuileg. ſcho-
lar. priuilegio.174.
Hæc ſententia vera eſt, quam
fulcit. l. cum is. §. ſi mulier. cum
de dote ad ſtudij cauſam liceat
procedere, valeatq; argumen-
tum vt Accurſius ait ſcholio fi-
nal. l. 1. ff. ſoluto matrimonio,
argumento illi9 legis, quæ dotiũ
cauſis

cauſis fauet, quià intereſt Reipublicæ vt mulieribus dotes cõſeruentur ad implendam liberis ciuitatem, æqua lance intereſt Reipublicæ ſtudij cauſæ fauere, ad implendam viris ſapientibus ciuitatem, vt Accurſius ipſe ait ſcholio fin. in. l. 1. C. de ſtudijs liber. verbis Romæ. hanc ſententiam quæ habet, quòd procedat argumentum de dote ad cauſam ſtudij, approbant Bart. num. 31. Angel. nu. 25. Bal. nu. 8. Cumanus nu. 14. in dicta. l. 1. ff. ſoluto matrimonio, vbi Iaſon. nu. 51. hanc opinionem atteſtatur crebrius receptã eſſe, idem ſcripſit Ripa ibi nu. 140. qui multis argumẽtis rationibusq; à iure ductis demonſtrat non procedere huiuſmodi argumentum de cauſa dotis ad cauſam ſtudij. Item ipſe Ripa procedere argumentum pluribus demonſtrat. Ego communia ſequor, eſt quippè probabilior ſententia, vt argumentum procedat.

Noua ratio.

26 Sed idem eſſe, ſi quis extraneo exiſtimans ſe obligatum alimẽta dediſſet, ex ſuprapoſitis colligitur, vt non poſsit alimenta repetere argumento. l. cum is. §. fi. ff. de cond. indeb. cuius legis deciſio vix defendi poteſt, dum Iulianus ait mulierem, quæ falſò exiſtimans ſe aſtrictam dotandi onere, dotem dederit, nõ poſſe repetere, quia ſublata falſa opinione relinquitur pietatis cauſa: ex hoc colligitur fauore piæ cauſæ introductum eſſe, vt ſolutum per errorem repeti nõ poſsit, & in hoc caſu non habere locum. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. cuius conſtitutionis æquitas naturalis eſt, cũ ille qui errat non conſentiat. l. ſi per errorem. ff. de iur. omni. iud. ſine conſenſu autem nemo obligatur. l. obligamur. ff. de actio. & oblig. vnde mulier quæ in facto errat, reſtituitur. l. error. ff. de iuris & facti igno. l. fi. C. eod. titulo. quare igitur non repetit, ſi errans dederit pietatis cauſa?

27 Mihi hæc videtur fuiſſe hui9 conſtitutionis ratio, quià qui dedit pietatis cauſa, acquirere exiſtimatur, fauet enim animæ, quæ omnibus rebus præponitur. l. ſancimus. §. fi. C. de ſacroſanctis eccle. quærere autem etiam ille ſibi poteſt, qui nec obligari, nec contrahere poteſt. l. is cui bonis ff. de verb. oblig. ergò & ille qui errat, ſibi quæret, cum ad hoc non requiratur conſenſus dicta l. is cui bonis. vbi prodigus cui bonis interdictum eſt, non obligatur naturaliter, quod apparet, quià pro eo fideiuſſor interuenire non poteſt, qui tamẽ obligationi naturali accedere poteſt. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor accipi. ff. de fideiuſſor. vnde quià ipſi iureconſulti impij idolatræ pietate placare ſe Deũ credebãt, & hoc modo noctem purgare, & animæ fauere, vt lege vetuſtiori docemur, cuius meminit Cicero. lib. 2. de legibus. pag. 5. (aſt olla propter quæ datur homini aſcenſus in cælum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumq; laudum delubra ſunto.) illa quidem quæ piè geſta ſunt æterna laude proſequebatur antiquitas, docet idem Cicero in oratione pro Plancio pagin. 6. (an Minturnenſſes coloni, quòd Caium Marium ciuili errore atq; ex impijs manibus eripuerunt: q; tecto receperunt: q; feſſum inèdia fluctibusq; recrearunt: quòd viaticum congeſſerunt: quòd nauigium dederunt: quòd eum linquentem terram eam, quam ſeruauerat, lacrimis votisq; omnib9 perſequuti ſunt æterna in laude verſantur.) vnde cũ quis pietatis cauſa dederit, repetere non poterit, quià animæ condonauit, pium ſanctumq; opus retractari non debet.

28 Ex hoc colligitur veram eſſe ſententiam Bart. l. 1. §. competit. ff. ſi mulier vent. nomi. dicentis quòd ſi quis falſò exiſtimans aliquem ſuum filium eſſe alimenta præbuerit, non repetet. ſequitur Natta conſilio. 108. nu. 7. lib. 1. ſublata enim falſa opinione remanet cauſa pia de quo latius nos alibi ſcripſimus.

29 Quintò huic ſententiæ locus nõ eſt, ſi mater quæ filium exhibet, nõ proteſtetur ſe animo repetendi alimẽta præbere, quo caſu repetere non poterit, quià donaſſe creditur, Accurſi9 hic ſcholio materno argumẽto. l. Nẽſennius. ff. de nego. geſt. ſequuntur Bar. & Alber. hic. idem Alber. l. Nẽſennius. ff. de nego. geſt. vbi Bar. & alij. idem Alber. l. alimẽta. C. de nego. geſtis. & ibi Bald. nume. 1. Aretin. nume. 1. & reliqui interpretes. ſententia hæc crebrius recepta eſt, vt colligitur ex Carolo Ruino conſilio. 145. nume. 3. lib. 4.

30 Hæc opinio obtinet quando filiũ nemo alere teneretur, cum patre orbatus eſſet filius, hoc caſu mater pietate materna alere exiſtimatur, vnde à filio non repetet, niſi ſit proteſtata. Bart. hic. ſed ſi pater viueret, qui alere filium tenetur, alimenta quæ filio mater præſtiterit, repetet à patre, nec præſumitur materna pietate donaſſe, cum non donet filio, ſed marito. Bart. hic. ſequitur Paulus Caſtren. l. Nẽſennius. ff. nego. geſtis. Bald. & reliqui. l. alimenta. C. de nego. geſtis. quæ ſententia crebrius recepta eſt, vt Natta ait conſilio. 108. nu. 7. lib. 1. ſequitur Soci. cõſilio. 171. lib. 2. Riminal. in princ. inſt. quibus aliena non licet. nu. 271. quòd ſi mater cum alit filiũ, proteſtetur ſe alimenta filio præbere, vt repetat ab ipſo filio, cui præſtat, non à patre: repetere non poterit ab ipſo filio, quià pater erat gratis daturus alimẽta, Accurſius ſcholio materna in. l. alimẽta. C. de neg. geſt. argumento. l. 2. in fine. illius tituli. ſequuntur Cynus Alex. & doctores ibi. Boerius conſil. 17. nu. 8.

31 Item ſi mater teneatur filium exhi-

exhibere quamuis proteſtetur ſe alere ea voluntate, vt repetat à filio, non poterit repetere Bart. l. alimenta. C. de nego. geſtis. huic ſententiæ rationem adducit Bald. ibi. nume. fin. qui ait, quòd eam ob cauſam proteſtatio non prodeſt, quià legis præcepto mater tenetur alere, cumq́ inuita cogatur, nil impedit, ꝙ declaret ſe inuitam alere, ſequitur Areti. ibi. nume. 2. Abb. in. c. 1. de infanti. expoſi. nu. 3. quæ ſententia generaliter recepta eſt.

32 Ex his quæ hic tradimus, colligitur dubiæ ancipitisq́ quæſtionis enodatio, de qua conſultus reſpondit Cynus in. l. alimenta. C. de nego. geſtis. in fine. ſpecies facti hæc eſt, quidam filio filiaq́ ſuperſtitibus diem functus eſt, filiam dotauit, ad filium autem vi legis municipalis cætera bona deferuntur, mater filiam, quià impubes eſſet, ſecum habuit, & aluit, vtrum à fratre poſsit alimenta repetere, quæſtionis eſt, Cynus repetere poſſe ait, quià filius paterna bona habet, ergò alere ſororem debet, quam pater alere tenebatur, quià cum ſentiat commodum bonorum, ſentire debet onus. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Item bona patris aſtricta ſunt onere alendi liberos, ergò præſtanda ſunt alimenta ex bonis, ex quibus debentur, q̃uis ad filium ſint deuoluta. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. vnde defluit, ꝙ præſtita filiæ alimenta mater à filio repetet, qui patri hæres extitit, ita conſultus reſpondit Cynus, ſequitur Bald. in. l. alimenta. C. de nego. geſtis. nume. 3. & ibi Paulus Caſtrenſsis. nume. 5. qui pro hac ſententia adducit. l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat: vbi generaliter definitur, quòd frater hæres patris alat ſororem, ſequitur Ancharr. in. c. cum haberet. nume. 11. de eo qui duxit in matrimonium. hanc ſententiam perpetuò eſſe memoriæ cõmendandam ſcripſit Euerardus loco ab alimentis ad dotem. nume. 7. huic opinioni accedit Ioann. Imola in. l. Titia. §. Imperator. ff. de legatis. 2. Nemauſenſsis in tractatu clauſularum pagi. 943. Ruinus conſilio. 94. nume. 10. lib. 5. Marcius deciſione. 323. nume. 4. Ioann. Luppus in. c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. not. 3. §. 20. nu. 4. Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ Rub. 7. §. 12. in verb. viuans. nume. 3. Baetius in tractatu de non meliorand. filiabus. c. 12. nu. 39.

33 Mihi in propoſita ſpecie cõtraria opinio verior videtur, vt mater à filio hærede patris repetere alimenta non poſsit, quæ filiæ dedit, quam opinionem aduerſus Cynum defendit Bart. in §. item reſcriptum. nu. 2. placuit hæc Ioanni Andreæ in Rub. de ſtatu mona. in fi. hæc eſt tenẽda teſte



teſte Alex. in. l. alimenta. nu. 11. neq́ huic ſententiæ obſtat. l. qui filium. ff. vbi pupillꝰ educari debeat. vbi frater cogitur alere ſororem, cui pater dotis nomine ſi in familia nubſiſſet, ducẽta legauerat, hoc propterea ſit, quià ſoror fructus rei legatæ nõ percipiebat, quià legatum dotis relictum eſt ſub conditione, ſi nuberet in familia, vt explicat Romanus conſilio. 134. ſequitur Coſta lib. 2. ſelect. inter. c. 22. nu. 3. vnde cum ſoror indigeat, cogitur frater alere iure ſanguinis. l. 1. §. ſed non nullos. ſſ. de tullis & rationibus diſtrahendis. Item partes Cyni nõ fulcit. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. vbi conſtituitur, quòd hæredes filij non cogantur patrem teſtatoris alere, hanc concluſionem contrahit lex, ſi pater demortui teſtatoris in ſummam egeſtatem deductus ſit, quamuis is qui filium habet, à quo alatur, inopia laborare dicatur, auth. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi mulier dicitur inopia laborare, quæ diuites habet filios, at ſumma inopia dicitur maxima egeſtas, qua nõ maior ſit, quæ neceſſariò requiritur, vt alendi onere hæredes aſtringantur, dicto. §. item reſcriptum. vbi Bart. notat nume. 2. illa tamen mulier quæ dotem habet, non poteſt exiſtimari ſumma egeſtate premi: ergò in perſona mulieris dotatæ locum non habet deciſio. §. item reſcriptum. ſi frater patris hæres dotem habentem ſororem alere non cogitur, quià eam ob cauſam ꝙ hæres ſit, non teneatur: iure autem ſanguinis non tenetur, cum ſoror non ſit egena, conſequens eſt, vt ſi mater filiam aluerit à fratre repetere non poſsit. Ratio legis.

34 Quæ opinio depromitur ex l. fin. in princi. ff. de doli except. vbi pater qui filiam exhibuit, non cogitur præſtare vſuras dotis promiſſæ non numeratæ, tradit Bald. conſilio. 474. incipi. poſt biennium. lib. 3. hinc dicit Craueta conſilio. 189.

35 Quòd frater qui domi aluit ſororem patre mortuo poteſt fructus legitimæ retinere, & cum alimentis compenſare, ſequitur Thomas Gramm. conſilio. 146. in ciuilibus. Cephalius conſilio. 85. nu. 1. & 2. huic opinioni fauet. l. ſi inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimonio. l. ſi quis pro vxore. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.

36 Si autẽ filia laboraret inopia patre diem functo ſuperſtite matre auoq́ paterno, quis alere teneatur mater filiam an auus nepotem, quæſtionis eſt, & matrẽ teneri depromitur ex. l. ſi quis à liberis. §. 1. quæ ait, rem hanc deſcendere ex æquitate charitateq́ ſanguinis, ergò alet mater, quæ filiæ eſt proximior ſanguinis coniunctione.

37 Contrariam ſententiam quæ habet, quòd auus paternus alere teneatur nopotem non mater,

ter, defendit Ruinus conſil. 94. nu. 10. lib. 5. quæ ſententia ex eo oſtenditur, quòd paternus auus dotare neptem teneatur. l. dedit dotem. ff. de collat. dotis. l. ſi pater. C. de euictio. l. fi. C. de dotis promi. mater autem non tenetur dotare filiam, niſi in ſubſidium. l. neq; mater. C. de iure dot. ergò auus paternus onere dotādi neptes aſtrictus eſt prius q̃ mater, tradit Baetius de non meliorandis filiabus. c. 7. nu. 16. ſi prior cauſa eſt aui paterni in dotāda nepte, pari ratione erit prior in alenda, cum de dotis cauſa ad cauſam alimentorum liceat procedere, vt alibi poſuimus.

38 Tertiò hanc opinionem fulcit. l. pe. ff. de liber. agnos. vbi pater cogitur filios alere, non mater, quamuis vterq; æquali gradu filio coniungatur, qua lege oſtenditur alendi onus non defluere ex iure ſuccedendi, cum pater & mater æquè filio ſuccedant, alere autem pater teneatur non mater.

39 Ego huic ſententiæ accedo, ꝙ ſciam onus alēdi liberos quāuis à iure naturæ ſit, quo iure potior eſt cauſa matris in alendo filio, q̃ aui paterni in alendo nepote, in hoc tamen articulo ius naturale contrahitur ratione à natura ducta, conſtitutumq; eſt iure ciuili ne matri oneri ſit filius, ſed auo paterno iure patriæ

Quæſtio frequens

poteſtatis, cum nepos in aui ſit poteſtate. l. liberum. ff. de adoptionibus. §. 1. inſti. quibus modis ius patriæ poteſta. ſoluitur. l. 1. titulo. 18. part. 4. vſusfructus autem eorum, quæ filius quærit, ſi caſtrenſsia non ſint, auo quæritur iure patriæ poteſtatis. l. cū oportet. l. fin. in principio. C. de bonis quæ liber. tex. in principio inſti. per quas perſonas nobis acquir. vbi notat Riminaldus nu. 1. vnde ſecundum naturæ regulas auus qui ſentit commodum, quià ei nepos quærit, ſentiet incommodum, vt alat, nec cogetur mater alere, cui filius non quærit. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.

40 Hæc autem ſententia locum non habet iure Regio, quo iure filius qui matrimonium contraxit eccleſiæq; benedictionibus decoratus eſt, patris liberatur poteſtate. l. 47. Tauri. vnde filij ab eo progeniti in aui non ſunt poteſtate, mortuoq; patre liberi ſunt in. §. 1. inſt. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. l. 1. titulo. 18. part. 4. cum nepotes auo non quærant vſumfructum, ceſſat cauſa, obquam auus alere cogebatur: ergò ceſſabit & ipſa alimentorum præſtatio, aletq; mater, cuius cauſa præcipua eſt in ſucceſsione filij. auth. defuncto. C. ad Tertyllia. Item alet mater, quæ arctiori ſanguinis nexu filio cohæret, quam auus. l. ſi quis à liberis in principio.

41 Sed in propoſito quæri ſolet, )( ſi filius in primogenium ſuccedat à maioribus relictum, eiusq; fructus percipiat, quos pater percipiebat, ſuperſtitesq; ſint mater diues & filius inops, quis nam alere teneatur mater an frater. hæc quæſtio dirimenda eſt ex ijs, quæ tradidit Cynus in dicta. l. alimenta. q. final. C. nego. geſtis. qui ait fratrem in hac ſpecie alimenta præſtare debere, non matrem. hanc ſententiam ſeruari in Regia chancellaria atteſtatur Xuarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſta. limitatione. 2. legis Regiæ. nu. 9. & 10. quem pro hac parte adduxit Anton. Gomez in. l. 40. Tauri. nu. 75. qui incautè ſanè, (ſua pace dixerim), retulit Xuarez cum de propoſita quæſtione ille non agat, ſed id tractat, an frater, qui in maiorum primogenium ſucceſſit, cogi poſsit fratribus alimenta præſtare, & ſorores dotare, & cogi poſſe neruoſè defendit, & praxi hoc receptum eſſe atteſtatur, ita declarant dominus Ludouico Molina de Hiſpa. primogen. lib. 2. c. 15. num. 58. quæ longè diſtant ab illa quæſtione, de qua Cynus egit.

42 Vnde ſententiam opinioni Cyni aduerſantem, vt in propoſito mater diues alendi filij onere aſtricta ſit, non frater, defendit Bart. in. §. item reſcriptum. nu. 2. cui accedit Anto. Gomez. l. 40. Tauri. nu. 75. multiq; approbant ſupra poſiti. ipſe tamen Antonius Gomeſsius vir ingenioſus ſed minus diligens pro hac ſententia adducit futiles, inanesq; rationes, malèq; pro contraria ſententia aduocauit Cynum, qui loquitur in fratre hærede patris, qui eam ob cauſam quòd in bona patris ſucceſſerit, cogitur fratres alere, ſororesq; dotare. ſed Antonius agit de fratre, qui in maiorum primogenium ſucceſsit, non autem in libera patris bona nullo fideicōmiſsi onere aſtricta, hinc apparet quanto interuallo diſtet quæſtio ea, de qua Cynus agit, ab illa de qua Antonius, cum filium in maiorum primogeniū non ſuccedat iure hæreditario, id eſt tamq̃ hæres patris.

43 Ego quæſtionem hanc diſtinctione enodādam eſſe arbitror, quibuſdāq; concluſionibus propoſitis definiendam. Prima concluſio: frater patris hæres non cogitur eam ob cauſam quòd ſit hæres, fratrem alere, cui mater diues eſt. hæc eſt ſententia Bart. §. item reſcriptum. nu. 2. quæ opinioni Cyni oppoſita eſt. argumento. §. item reſcriptum. vbi apparet actionem nutriendi ſubſidiariam eſſe, & tum demū aduerſus hæredes dari quādo ille, qui ali debet, in ſumma eſt egeſtate, non aliter, in ſumma autem egeſtate eo tempore quis eſſe dicitur, quo hominem non habet, qui ei alimēta ſubminiſtrare teneatur, vti Bart. ibi ſcripſit. quià ea eſt ſumma egeſtas, quæ maxima eſt, id eſt qua

Noua reſolutio.



nulla

nulla eſt maior. Paulus decitadinis de iure pat. 6. parte. q. 2. articulo. 4. ſequitur Lambert. de iure pat. lib. 3. q. 3. principali articulo. 3. nu. 1. ſed in propoſita ſpecie mater tenetur filio egeno cōſulere, alimentaq; præſtare. l. ſi quis à liberis. §. Vtrum: ergò frater qui à fratre hærede alimenta poſcit, non eſt in ſumma egeſtate, cum matrem habeat diuitem: vnde fit vt frater patris hæres alere non teneatur, quamuis Cynus eiusq; aſſeclæ contrariam ſententiam defendant.

44 Secunda concluſio, frater cui mater diues eſt, non poteſt alimenta à fratre petere iure ſanguinis, quià exhibendi filij onus ad matrem ſpectat, hæc concluſio fulcitur ex ſententia Vlpiani in. l. ſi quis à liberis. §. vtrum vbi ait matrem cogendam eſſe filiū exhibere, ſi pater auus pro auusq; paternus ſuperſtites nō ſint, vel alimenta liberis ſuppeditare non valeant. de fratre autem non agit ibi Vlpianus, quaſi matris cauſa in hac ſpecie præcipua ſit.

45 Secundò hæc concluſio ea ratione commendatur, ꝙ fortiori iure mater alēdi onere aſtringatur, quam frater, quæ ſententia inde deducitur, ꝙ mater naturali inſtigatione filium educat. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. l. fin. §. filijs. C. de bonis quæ liber. legem illam pro hac parte notat Bald. in dicta. l. fin. §. ipſum. idem Bald. in. l. Nēſennius. nu. 2. ff. de negotijs geſtis. Iaſ. in auth. quod locum. nu. 8. C. decollatio. Oroſcius in. l. ſi arrogator. nume. 41. ff. de adoptio. eſt enim iuris naturalis liberorum educatio, vt ſcripſimus in. §. parens: frater autem alit fratrem non naturæ inſtinctu, ſed vi & præcepto legis ciuilis. l. qui filium. ff. vbi pupi. educa. debe. l. cum plures. §. fin. ff. de adminiſt. tuto. notat Bald. in. l. filiæ cuius. nume. 3. C. fami. hæ[r]cis. harum legum argumento hæc opinio communiter approbata eſt, vt atteſtatur Oroſcius in. l. 1. §. ius naturale. nu. 22. ff. de iuſt. & iure. obligatio autem naturalis ciuili obligatione fortior eſt. l. eas obligationes ff. de capi. dimi. §. ſed naturalia. inſti. de iure. ergò vinculo fortiori alendi filij mater aſtringitur q̄ frater.

46 Tertiò hanc opinionem fulcit ratio amoris materni, quo mater filium proſequitur, eoq; nullus ardentior. l. final. C. de curat. furi. l. iſtiquidem. ff. quod metus cauſa. inibiq; interpretes annotarunt. quæ leges cum in patre loquantur ad matrem trahi debent, quæ vehementius filios amat, quam pater: tradunt Marcus Mantua ſing. 419. Hieroni. Gratus conſilio. 83. nume. 12. lib. 2. quamuis patris & matris impar ſit in liberos poteſtas, æqualis tamen pietas eſt. l. furioſæ. ff. decurat. furi. cuius legis argumento in hac ſententia



tentia fuit Ioannes Oroſcius in l. vt vim. nume. 9. ff. de iuſti. & iure. frater autem frigidius fratrem amat quam mater, quim imo & odit ſæpè vt Romuli Remiq; exemplo apparet. Lucan9 Pharſaliæ lib. 1.

*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Ouidius. lib. 1. Metamorpho.

*Quim lanient mundum, tanta eſt diſcordia fratrum.*

Subditq; idem Naſo.

*Viuitur èrapto non hoſpes ab hoſpite tutus:*
*Nec ſocer à genero: fratrum quoq; gratia rara eſt.*

Tradit Tiraquel. tractatu de pænis temper. cauſa. 22. num. 3. vbi multis exemplis oſtendit rarò ſe inuicem fratres amaſſe, vt iure noſtro affirmemus ardentius matrem amare filium, quam amet frater fratrem, quod multæ leges clamant, vt tradidit Pariſius conſilio. 22. nu. 63. lib. 3. nimirum ergò ſi in propoſito affirmemus matrem alere filium debere, nō fratrem, præcipuamq; matris eſſe cauſam.

47 Quartò hanc ſententiā fulcit. auth. ceſſante. C. delegiti. hæred. vbi ad ſucceſsionē agnatorum cognatorumq; vocantur fratres ceſſante linea deſcendentis gradus & aſcendentis: ergò in ſucceſsione filij præcipua eſt cauſa matris, quæ fratris cauſæ præfertur, vnde conſequens eſt, vt in alēdo filio prior ſit cauſa matris quam fratris: mater enim quæ commodum hæreditatis filij conſequitur, ſentire incommodum alendi filij debet. argumento. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. hac ratione innitens Ioannes de ligniano in hac fuit ſententia intractatu de amicitia. verſ. hic inſurgit. fo. 14. nu. 2.

48 Quintò huic opinioni fauet. l. iuris conſultus in principio. ff. de gradibus. & in. §. primo gradu. iuncto textu in. §. ſecūdo gradu. inſti. de gradibus: vbi oſtēditur arctiori vinculo neceſsitudinis ſecundum naturā matrem filio coniungi, quam frater fratri coniūgatur: quià diſpari gradu ſunt coniuncti, mater enim filio primo gradu proxima eſt, frater ſecundo gradu fratri proximus. quæ Paulus docet in. l. iuris conſultus. illis verbis (idem faciendum eſt in tranſuerſis gradibus. ſic frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris vel matris perſona per quos coniungitur, prior numeratur:) hinc colligitur matrem iure ſanguinis primo loco teneri filium exhibere, fratrem autem ſecundo. Hæc fuit ſententia Alexan. in. l. alimenta. nu. 11. C. de nego. geſt. cui accedit Ludoui. de Sardis. tracta. de legitimatiōe. §. de obligatione inter patrem & filium. nu. 4. quam opinionem, vt mater alere filium teneatur, nō frater, crebrius receptam eſſe atteſtatur Ioan. Coraſius in. l. qui liberos. nu. 114. ff. de ritu nupt.

49 Tertia concluſio: frater qui poſt patris mortem in primogenium maiorum ſucceſsit, nõ cogitur inopi fratri, cui mater diues eſt, alimenta præſtare, quæ ſentẽtia ſecura eſt, ac certa, cum in hac ſpecie frater à fratre alimenta petat iure ſanguinis, nõ autem à fratre tamq; hærede patris: vnde prior eſt cauſa matris, quæ alere debet filium.

50 Sed in primogenium maiorũ ſuccedũt poſteri iure ſanguinis, non iure hæreditario vt iure cõſultus conſtituit. in l. vnum ex familia in princ. & in. §. ſi de falcidia & in. §. ſed ſi fundum. in fine ff. de legat. 2. vbi teſtator ab hærede fideicõmiſſum reliquit vni ex familia, quem hæres eligeret, ille cui fideicommiſſum reſtitutum eſt, nõ habet cauſam ab eo, qui reſtituit, ſed ab eo qui reliquit: vnde fit, vt ille qui reſtituit onus fideicommiſſo imponere non poſsit argumento. l. 3. ff. de interdictis. l. ab eo. C. de fideicõmiſsis. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari. quæ iura pro hac parte adducit Peralta in Rub. ff. de
51 hæredi. inſtitue. nu. 103. ea enim quæ de fideicommiſsis leges cõſtituunt, ad primogeniorum ſeu maioratuũ cauſam doctores noſtri trahunt. dominus Couarru. in practicis quæſtio. c. 37. poſt Oldradum conſilio. 94. nu. 7. ſequitur Bart. conſilio. 11. num. 2. Præpo. in. c. ius naturale. 1. diſtinctione. Ioan. Cerier. de primoge. lib. 1. q. 2. Pariſius conſilio. 72. nu. 80. lib. 4. Tiraquellus de iure primoge. q. 1. nu. 14. idem dominus Couarru. lib. 1. varia. reſolut. c. 15. nu. 14. Oroſcius in. l. de quibus. ff. de legibus. nu. 69. Gregorius ſcholio. 1. in. l. 2. titulo. 15. part. 2. ſed maioratum nõ idem eſſe quod primogenium in multis q; differre docet dominus Iacobus Septimancenſis in inſtitutio. catholicis. c. 9. nu. 125. dominus Ludo. Molina lib. 1. c. 1. nu. 16. & c. 14. nu. 15. & c. 15. nu. 8 c. 12. nu. 12. noſtri tamen de primogeniorum cauſa ad maioratus cauſam procedunt, ijdem pari ratione de fideicõmiſſo ad maioratum procedere fas eſſe putãt, vnde in maioratum auitum ſuccedere nepotes iure ſanguinis, non autem iure hæreditario exiſtimant, vt ſcripſit Antonius in. l. 40. Tauri. num. 72. qui pro hac ſententia adduxit Bart. Alber. aliosq; exteros doctores: qui nihil minus tractant q̃ hoc de quo agit Antonius. ſed ante Antonium ſcripſerat illuſtriſsimus dominus Couarru. in Rub. de teſtamentis. 3. parte. nu. 26. idem dominus Couarru. in practicis quæſtio. c. 13. nu. 6. & c. 38. nu. 2. in fine. & in nu. 4. verſ. ſecundò contra gloſſam. Gregorius ſcholio. ſus deudas. in. l. 4. titulo. 15. part. 2. dominus Antonius Padilla. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. nu. 17. ff. de lagat. 2. Peralta in Rub. ff. de hæred. inſti. nu. 115. hanc ſententiam cõmunem eſſe apparet ex ijs, quæ ſcripſit ipſe Peralta. l. 3. §. qui fideicommiſſum nu. 100. ff. de hæred. inſti.



52 Sed frater non cogitur alimẽta fratri præſtare iure ſanguinis, ſi mater diues ſuperſit, vt ſupra ſcripſimus: ergò apertè conſequitur, ꝙ frater qui in maioratum auitum ſucceſsit, non compelletur alere fratrem, qui diuitem matrem habet. hanc ſententiam in propoſita ſpecie ſequtus eſt dominus Ludouicus Molina de primogenijs Hiſpaniæ. lib. 2. c. 15. nu. 68. & Gregorius in. l. 36. titulo. 12. part. 5. qui in hac ſpecie exiſtimat obtinere opinionem Bart. in. §. item reſcriptum nu. 2. poſt Ioã. And. quem refert Alexan. in. l. alimenta. C. de nego. geſtis.

53 Ex hac cõcluſione deducitur ꝙ mortuo fratre qui in auitum maioratum ſucceſsit, filius non cogetur alere patruum, cum frater fratrem alat iure ſanguinis, ergò obligatio qua frater aſtringitur perſonam non eggredietur, de qua re multa ſcripſimus. §. idem reſcripſit. Quæ contrahi limitariq; debent, ſi auitus maioratus ſit dignitas, vt ducatus, marchia, comitatus, quo caſu ſobrinus fortè cogetur alere patruũ, ne mẽdicet in opprobriũ paternæ dignitatis, vt tradidit Fabianus in auth. nouiſsima. nu. 73. C. de inofficio. teſta. cuius ſententiæ non accedo, quià non debet quiſpiam cogi alimẽta præſtare, qui præſtandorum onere non eſt vllo iure aſtrictus, vt in propoſito: ne autem patruis implacabilis eſſe videar, in hac Fabiani opinione quid definiendum ſit, alijs dijudicandum relinquo.

54 Quarta concluſio. Frater ſuccedens in primogenium recens conditum, quod authoritate legis conſtituere cuilibet permiſſum eſt ex quinta tertiaq; patrimonij parte. l. 27. Tauri. vbi annotat Ioann. Luppus nu. 77. qui ait legem illam menti eſſe tenendam, adducit eam pro hac parte Segura in. l. vnum ex familia. ff. de legat. 2. col. 14. idem receptum erat. l. 9. titulo. 5. lib. 3. fori. annotat Xuarez. l. quoniam in prioribus. 2. præmiſſo illius legis Regiæ. nu. 5. verſ. & nota primò. frater nõ tenetur fratres alere, quibus legitima relicta eſt, propterea frater alendi onere liber eſt.

55 Si primogenium fiat principis indulgẽtia ac beneficio, per eumq; liceat patri vniuerſas facultates ſuas vinculo primogenij aſtringere, non aliter primogenium componet, q̃ ſi reliquerit cæteris filijs alimẽta, quibus nec pater nec princeps ipſe priuare eos poteſt, cum ſint iure naturæ debita. l. 1. ff. de iuſt. & iure. hoc argumento adductus in hac ſententia fuit Ioann. And. in. c. ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus. ſequitur Abb. in c. licet. de voto. nu. 10. Ripa. in. l. in quartã. ff. ad legẽ falci. nu. 133.

Qui

56 Qui ait condito primogenio
patrem reliquis filijs aliquid de-
bere relinquere, quod in locum
legitimæ ſubſtituatur, quod Ga
lico ſermone vocatur apanagiũ
à pane. idem ait ipſe Ripa lib. 1.
Reſpõſorum. c. 1. nu. 13. & nu. 17.
multi hanc ſententiam ſequntur
quos aggregat Tiraquell. in tra
ctatu primogeniorum. q. 4. nu.
33. & in. q. 5. nu. 4. Molinæus in
conſuetudinibus Pariſienſibus
titulo. 15. §. 8. gloſa. 3. nu. 14. An
tonius in. l. 40. Tauri. nu. 57. qui
plura congerit. Cum princeps
quantitatem alimentorum, quæ
filijs præſtanda ſunt, ſtatuat, ac
moderetur, ea q; pater relin-
quat, non cogetur frater cui pri
mogenium pater dedit, alimen-
ta ſubminiſtrare.

57 Ea autem quãtitas, quam ali-
mentorum nomine filijs relin-
quere pater debet, minor erit q;
legitima Mencha. de vltimis vo
lunta. lib. 3. de ſucceſsio. creatio-
ne. c. 21. nu. 136. quam ſentẽtiam
eſſe veram puto iure Regio, quo
aucta eſt filiorum legitima. iure
autem communi ſi tres erant li-
beri aut pauciores, triẽs ſubſtan
tiæ paternæ debebatur, ſi plu-
res ſemis. auth. nouiſsima. C. de
inoffici. teſta. quo iure ipſe exiſti
marem non minorem portionẽ
ipſa legitima eſſe relinquẽdam
filijs in alimenta: vt tradidit De
cius conſilio. 180. idem Decius
conſilio. 181. nu. 5.

58 Quòd ſi pater cæteris filijs ali
menta non reliquerit, nec reſcri
pto principis, quo data eſt patri
poteſtas primogenij condendi,
quantitas alimentorum quæ fi-
lijs relinqui debent, ſtatuta ſit,
Hiſpani Regij ſenatores ex vni
uerſo patrimonio tertiam quin-
tamq; depromunt, primogeni-
toq; tradunt iure primogenij,
quod reliquum eſt nomine legi-
timæ filijs condonant, cuius q;
tamen partis legitimæ detrahi-
tur tertia pars, quam ad primo
genitum deferunt iure primoge
nij, ſecundum antiquum curiæ
ſtillum, qui vſu forenſi iam diu
receptus eſt.

59 Apud italos autem frater ad
quem iure primogenituræ bo-
na patris deuoluuntur, cogitur
reliquis fratribus vitam & mili-
tiam præſtare, vitam illi dicunt
alimenta. Decius. l. de alimentis
nu. 4. C. de tranſactio. militiam
autem dicunt alimenta milite di
gna, quaſi alimenta larga & no-
bilia, quæ vt decernantur pater
nam ſubſtantiam hoc modo di-
uidunt: ſemis primogenito de-
fertur, reliquum in tres partes
ſcinditur: duas primogenitus ca
pit, tertiã fratres, quæ pars dici
tur vita & militia teſte Mathæo
de aflictis in. c. imperialis. §. præ
terea ducatus. nu. 60. de prohi-
bita feudi aliena. per Federi.
quòd ſi pater alimenta filijs non
relinquat, nec principis reſcri-
pto certa quantitas cõtineatur,
quæ alimentorum nomine præ-
ſtanda eſt, frater cogetur alere
fratres, quià ſuccedit in obliga-
tionem



tionem patris, vt plures ſupra-
poſiti tradidere, & Martin9 lau
denſsis in tractatu de primoge-
nitura col. 7. verſ. vltimò quæro
ſequitur And. Tiraquel. in tra-
ctatu de iure primogeniorum.
q. 4. nu. 35. Grego. ſcholio. muer
te de ſu padre. in. l. 36. titulo. 12.
part. 5. qui hoc modo declarat
ea, quæ ſcripſere de hac quæſtio
ne Cynus Paulus Caſtren. & alij
in. l. alimenta. C. de nego. geſtis.

60 Vltimò huius textus ſenten-
tia locum nõ habet, ſi mater ali-
quid materno affectu erogaſſet
in filiam, quod ſanè repetere nõ
poteſt, vti Vlpianus hic docet.
annotat Accurſius ſcholio ma-
terno. argumento. l. is qui. ff. de
nego. geſtis. approbant Bart. &
Alber. hic. in dubio autem præ-
ſumitur mater alimẽta filio præ
ſtitiſſe materno affectu. l. Nẽſen
nius. ff. de nego. geſtis. cuius le-
gis argumento in hac ſententia
fuit Abb. in. c. 1. nu. 3. de infanti.
expo. quià coniunctus quod dat
coniuncto, cenſetur donare, vt
poſuimus in. §. ſi mater. quæ ob-
tinent in cauſa alimentorũ, cum
fauorabilis ſit hæc cauſa & pia,
vt ſcripſimus in. §. vtrum. vnde
ſi præſtita ſint alimenta à cõiun
cto, non repetentur, exemplo
dotis. l. cum poſt. ff. de adminis.
tuto. l. cum ijs. §. ſi mulier. ff. de
condi. indeb. qua de re multa
ſcripſim9 in. §. vtrum. ex quibus
apparet perperam opinionem
oppoſitam defendiſſe Iacobum
Mandelinum conſilio. 12. nu. 8.

61 Vtrum autem hæc ſententia *Quæſtio frequens*
locum habeat in vitrico, qui pa
terno affectu alit priuignos, vt
ea quæ in alimenta erogauit re-
petere poſsit, quæri ſolet, pro-
pterea dubitatur, quià de fructi
bus dotis quã mater vitrico de-
dit, ali nõ debent, vt ſcripſimus
in. §. ſi quis ex his. de hac re eſt
textus in. l. ſi paterno affectu. C.
de nego. geſtis. qua lege oſtendi
tur vitricum non poſſe à priui-
gnis repetere quod paterno af-
fectu in eorum alimoniam ero-
gauit. vbi Accurſius ſcholio fin.
verſ. ſed poſſet. ſcripſit vitricum
poſſe repetere quod expenſum
eſt in alimenta priuignorum, ſi
non appareat paterno affectu
expendiſſe: in dubio autem ani-
mo donandi expendiſſe vitricus
cenſetur, niſi apparuerit animo
repetendi prodegiſſe, ſic inten-
tionẽ Accurſij interpretati ſunt
Petrus & Cynus in. l. ſi paterno
nu. 1. ſequitur Franciſc. Areti. in
ibi. & Thomas grammaticus de
ciſione. 103. nu. 27. Eguinarius
Varo. in. l. Nenſennius. ff. de
nego. geſtis.

62 Bart. autẽ in. l. ſi paterno. vide
tur ſentire, Accurſij intentionẽ
eſſe, vt in propoſito vitricus ſi
dubium ſit, quo animo expende
rit, q; repetendi animo prode-
giſſe intelligatur, non autem ani
mo donandi, quod apprimè de-
ducitur ex Accurſio: quià diſtin
guit an vitricus priuignorum ſit
vſus miniſterio, an minus ſecun
dum deciſionem. l. ſed ſi vir ex
lana.

lana.verſ.fin. ff. de donat. inter
vir.& vxor.vbi Pomponius ait,
virũ cibaria condicere nõ poſſe
quæ vxoris familiæ iumentis vè
præſtitit, quæ in vſu communi
erant: quod autem maritus im-
pendit in cibarijs familiæ dome
ſticæ aut venalitiæ vxoris, con-
dicere poterit, ex ijs apertè colli
gitur eum qui alimoniam præ-
bet illi, cuius vtitur miniſterijs,
eius intentionis eſſe, vt nolit re
petere: contra ſi eius miniſterijs
non vtatur: vnde Accurſij intẽ
tionem eam eſſe, vt in dubio vi-
tricus, qui priuignos pauit do-
nare non cenſeatur, quæ in ali-
monia impendit, interpretatus
eſt Bald.l.ſi paterno.nu.3. C. de
nego.geſt.Paul. Caſtr. nu.1.Cor
neus. nu.1. Salice. in principio.
hanc interpretationem commu
niter doctores ſequuti ſunt teſte
Alexand. ibi nu.2.Fulgoſio. nu.
2. ſequuntur Corneus conſilio.
265.nu.18.lib.1. Ruinus cõſilio.
94.nu.7.lib.5.

63 Hanc interpretationẽ ait Ale
xander deduci ex.l. ſi paterno
illis verbis (paterno affectu) af-
fectus enim ſignificat idẽ quod
affectio. Cicero.lib.1. de inuen-
tione, & iterum lib.2. eſt enim,
ait, animi, aut corporis ex tem
pore aliqua de cauſa commuta-
tio. tradit Valla elegantiarum
lib.4.c.78. propterea Areopa-
gitæ negabant licere oratoribꝰ
affectus mouere, quibus iudicũ
animi à veritatis luce ſæpe nu-
mero abducerẽtur: vt ex Plinio
tradidit Budæus in.l.fin.ff.de ſe
natoribus. pagin. 280. ſumitur
enim hæc dictio (affectus) pro
amore ac dilectione.l. precia re
rum. ff. ad leg. fal. deduciturqꝫ
ex Plinio Iuniore.lib.3.epiſtola
10. hoc ſenſu accipi hæc dictio
debet in.l. ſi paterno affectu im
pendit.ex quibus apparet affe-
ctum paternum efficere ne con
dicere poſsit quod priuignis in
alimoniam erogauit, cum affe-
ctus hic ſit quædam qualitas, vi-
trici enim rarò amãt priuignos,
ſicut & nouercæ.l.non eſt.ff. de
inofficio. teſta. qualitas autem,
quæ vt actꝰ valeat, deſideratur,
non præſumitur, ſed probari
debet.l.prætor ait.§. docere. ff.
vi bonorum rapto. cuius legis
argumento tradidit Cagnolus
in. l. ſi quis maior. nu. 50. C. de
tranſactio.Corſetus in ſingulari
incipiẽti.qualitas, affectꝰ igitur
paternus probari debet, quòd
ſi nec probetur, quod impẽſum
ſit condici poterit.

64 Affectus autem cum in animo
conſiſtat, approbabitur iure iu-
rando eius, qui affectum dicitur
habuiſſe, ſecundum theoricam
Ioannis in. c. qui & diuinis. 12.
q.2. ſequitur Iaſſ. l. admonendi.
nu.255.ff.de iure iur. Abb.c.bo
næ. 2.nu. 31. de poſtula. prælat.
idem Abb. in. c. cum veniſſent.
nu.7.de inſtitu.Felinus. c.ſignifi
caſti.2.nu.13.de homicidio.idem
Feli.c.2.nu.11.de conſtitu. Iaſſ. l.
cum quædam puella nu.12.ff.de
iuris omni.iud.Hippo.Rub.C.
de pro-



de probatio.nu.122.idẽ Hippo.
in practica.§.diligenter.nu.44.
& iterum nu.109.in hac ſentẽtia
fuit idem Ioannes ſcholio non
probatur in. c. propoſuiſti. 82.
diſtinctione.idem Ioannes ſcho
lio.2. in. c. intellectum. 34. q. 2.
hæc opinio crebriꝰ recepta eſt,
vt ſcripſit Alfonſus Caſtro de
lege pænali lib.2. c.14. fol. 252.
colu.2.

65 Quæ ſententia locum non ha
bet, ſi contra eum qui iurare de
bet, ſit iuris præſumptio. Bart.
l. inter omnes. §. rectè. nu.4. ff.
de furtis. ſequitur Felinus in.c.2.
de conſtitutio. nu.13. verſ. fallit
primò.Ioan.Imola, Antonius &
Felinus nu.16. in.c.1.de præſum
ptio.idem Felinus in.c.ſignifica
ſti.nu.3.de homicidio.Decius in
c. paſtoralis. nu.7. de exceptio.
Tiraquell.in.l.ſi vnquam. C. de
reuo. donat. in præfatione nu.
39.hanc opinionem fulcit.c. vi-
dua.de regularibus.

66 In propoſita ſpecie præſum-
ptio vitrico fauet, qui naturali-
ter paterno affectu non diligit
priuignos, vnde ipſe vitricus de
clarabit qua intẽtione pauit pri
uignos, vtrum donandi, an re-
petendi, niſi ex factis verbis vè
vitrici donandi animo præſti-
tiſſe probare priuigni poſsint,
ſecundum theoricam Accurſij
ſcholio.1.in.l.mutũ.ff.de acquir.
hæred.eiuſdem Accurſij ſcholio
nuda.in.§. item extraneus. inſt.
de hæred.quali.& diffe.

Hinc apparet Cynum & do-
ctores in. l. ſi paterno.non aptè
ſcripſiſſe vitricum, qui inter ra-
tiones ſuas retulit priuignos de
bitores eſſe certæ quantitatis in
alimenta erogatæ, intelligi ani-
mo repetendi erogaſſe: nõ enim
hoc ſat eſt, vt probaſſe vitricus
videatur animo repetendi im-
pendiſſe.argumento.l.exemplo
C. de probatio. ſed priuigni ex
verbis factis vè probare debẽt
vitricum animo donandi alimẽ
ta præſtitiſſe, quæ priuigni ſi nõ
approbauerint, condicet vitri-
cus, quod erogauit in alimenta
priuignorum. quæ opinio iure
cõmuni vera eſt, vt Gregoriꝰ an
notat ſcholio.1.in.l.fi.tit.12. p.5.

67 Iure autem Regio affectu pa
terno intelligitur vitricus alimẽ
ta præſtitiſſe, niſi ipſe probaue-
rit repetendi animo impendiſſe
l.fin.titulo.12. part.5. propterea
autem, quando paterno affectu
vitricus præſtat alimenta priui-
gnis, intelligitur animo donan-
di præſtitiſſe, quià eo caſu cum
dilectionis amoriſqꝫ cauſa præ-
ſtet, non poteſt ſumi alia conie-
ctura quam donationis, vti Cu-
manus ait conſilio. 87. in fine.
quòd ſi dubium ſit, an affectu pa
terno erogauerit vitricus, intelli
gitur repetendi, non verò donã
di intẽtione præſtitiſſe, quià do-
nare eſt perdere.l.filius familias
ff.de donatio. nemo autem præ
ſumitur difundere bona ſua. l.
cum de indebito. ff. probatio.
quam legem pro hac parte ad-
ducit Deciꝰ in.l.cuius per erro-
rem.

*Aduerſus Cynũ & reliquos doctores.*

rem.ff.de reg.iur.Iaſſ.l.1.not.1.
ff.de condi.indebi.ꝙ in dubio
non præſumatur donatio, no-
tat Alciat. in tracta. præſump-
tio. regula.1. præſumptione.32.
Caſſane.conſuetud.Burg. Rub.
11.nu.24.Hippo.ſing.57. domi-
nus Couarru.lib.1. variarum. c.
7. nu. 4. vnde poſt Accurſium
ſcholio eam, & Cynum ait Bal.
in.l generaliter.nu.5. C. de non
nume. pecu. ꝙ in dubio potius
præſumitur fatuitas, quam do-
natio. ſequitur Ioann. Oroſcius
in.l.iuris gentium.§.ſed cum nul
la.nu.6.ff.de pactis.hanc doctri
nam quotidie verſari in palatijs
atteſtatur Iaſſ.l. cum quid lectu-
ra.1.nu.19.ff. ſi cert pet. vitricus
autem non cogitur vllo iure ale
re priuignos, ergò in dubio nō
intelligitur donare alimenta,
quæ priuignis præſtitit.huic ſen
tentiæ hanc rationem reddidit
Corneus cōſilio.257. nu.2. lib.1.
Bart.Soci.conſilio.161.nu.3. lib.
2.qui nullum huius ſentētiæ au-
torem retulit.

69 Id autē prætermittendum nō
eſt: quòd licet vitricus condice-
re poſsit, quod impendit in ci-
barijs priuignorum, miniſterijs
tamen corū quibus vitricus vſus
eſt, debent alimenta compenſa-
ri ex ſententia Accurſij. l. ſi pa-
terno. ſequuntur Cynus, Bart.
Bald.nu.3. Paul. nu.2. Salice. in
princ.Fulgoſius.nu.1. Corneus,
Alexand.nu.2.ibi, Speculat. ti-
tulo qui filij ſint legit. nume.28.
Aret.in.l. ſi negocium. nu.2. C.
de nego. geſtis. Corneus cōſilio
265.nu.18.hanc opinionem ful-
cit.l.in rebus.§.poſſunt.ff. com-
moda.quam legem pro hac par
te adducunt Alber. Bart. Paul.
& Fulgoſius ibi. hanc ſententiā
ſequitur idem Alber.in.l. Nen-
ſennius.nu.4.ff. de nego.geſtis.
Faber & Angel.nu.3.in. §. pen.
inſti. de hæred. quæ ab inteſta.
deffer. Bart. in.l.cum fundus.§.
ſeruum tuum imprudens.nu.4.
& ibi Purpu.nu.32.ff.ſi cert.pet.
Angel.in.§.fin.nu.16.inſt.de ſo-
cietate. Bald.l.fin. in fine. C. de
collatio.idem Bald.in.l.filiæ cu-
ius.nu.3.C.fami. hercis.Ang. in
§.actionum.nu.28.inſt.de actio.
Natta cōſilio.264. nu.4. Perez
ſcholio.1. verſ. regulariter tamē
in.l.1.titul.2.lib.1.ordi.huic opi-
nioni fauet.l.ſed ſi vir ex lana.
verſ.fin.ff.de donat.inter vir.&
vxor. vbi alimenta miniſterijs
compenſantur.idem conſtitutū
eſt.l.cæterum.&.l.quod ſi artifi-
cem. ff.de rei vend.quæ ſenten-
tia iure Regio comprobata eſt.
l.fin.titulo.12.part.5. illis verbis
(Pero ſi el moço fueſſe tā grāde
que ſe ſiruieſſe del maguer que
faga afrentas aſsi como ſobre-
dicho es non deue cobrar las
deſpenſas que fiziere en gouer-
nallo: ca guiſada coſa es que el
ſeruicio del moço ſe deſcuente
en las deſpenſas que ſon fechas
en razon de ſu perſona.)

70 Hæc ſentencia obtinet in per
ſona tutoris & curatoris, qui ali
mēta quæ pupillis, aut adoleſcē
tibus



tibus præbuerint, repetere poſ-
ſunt, quià tutorio nomine tene-
tur alimenta præſtare.l.cumplu
res.§.cū tutor. ff. de adminiſt.tu
to.l.3.§. tutor. ff. de ſuſpect.tut.
l.2.tit.7.lib.3.fori.l.16. tit.6. p.6.
vnde hoc repetet, quià officium
ſuum nemini debet eſſe damno
ſum.l.ſi quis ex aſsignatis.ff.quē
admodum teſta. aperi. hinc di-
cit.l.fin.C.de alimē. pupi. præs.
quòd cautè tutor ſe habebit in-
gerenda re pupilli, ſi curauerit,
vt prætor alimētorum modum
ſtatuat, indeq; fiet, vt euitet om-
nem cōtrouerſiam, quòd ſi præ-
tor non ſtatuat, boni viri arbi-
tratu alimenta decernentur ar-
gumento. l.2. in principio & in
§.1.ff.vbi pupi.educa. debet.tra
dit Cumanus conſilio. 87. verſ.
circa ſecundum. pupilli autem
vel adoleſcentis miniſterijs ali-
menta compenſabūtur, hoc de
promitur ex intentione docto-
rum in.l.ſi paterno. Cumanꝰ cō
ſilio.265.num.18. lib.1. Socy. in
præcitato conſilio. 161. Carolus
Ruinus conſilio.94.nu.7. lib.5.
Perez.l.1.titulo.2.lib.1.ordi. hāc
opinionem fulcit.l.item ſi ſerui.
verſ.fin.ff.de ædili.edicto.l.in re
bus.§.poſſunt. ff. commoda.cu-
ius argumento in hac opinione
fuit Bart. in.l.cum fundus.§. ſer
uum tuum.nu.3.ff.ſi cert.pet.cui
accedit Purpur.ibi.nu.32.ſequi-
tur Marcus Anto. Natta conſi
lio.264. nu.4. Bald. l. ſi conſtat
nu.4.C.de compenſa.Emilianꝰ
conſilio.146.nu.18. hæc ſentētia
iure Regio approbata eſt.l. fin.
in fine.titulo.12.part.5. *illis* ver-
bis. (è lo que diximos en eſta ley
del padraſtro entiendeſe tābien
de todos los otros omes que go-
uernaren ò que penſaren de los
moços eſtraños è que recauda-
ren ſus coſas) vbi Gregoriꝰ ſcho
lio fin. ait eam conſtitutionem
loqui de extraneo qui paterno
affectu res pupilli gerebat, ali-
mentaq; ſubminiſtrabat, quòd
amiciſsimus eſſet patris pupilli,
qui eodem affectu eſt, quo eſt *vi*
tricus.argumento. l. is qui.ff. de
nego.geſtis.

71 Ipſe autem ſcio legis verba Aduerſus Gregor.
non tam latè patere, vt Grego-
rius ait, quià verba illa aplicari
non debēt ad uerba in legis prin
cipio poſita, quæ conſtituunt vi
tricum intelligi ea alimēta, quæ
priuigno præſtitit, affectu ac pie
tate paterna præſtitiſſe: homo
autem extraneus qui alimenta
alicui ſubminiſtrat, repetendi
intētione præſtare intelligitur,
non donandi, niſi donandi ani-
mo præſtitiſſe apertè probatum
ſit, qua de re actum fuit.l.35.titu
lo.12.part.5.neq; erat, quare res
eadem iterū tractaretur, quòdq;
hæc Gregorij ſententia depro-
mi non poſsit ex illa lege fin. do
cent verba legis (que gouerna-
ren ò que penſaren de los mo-
ços) dictio hæc que gouernaren
ad tutores pertinet, tutores au-
tem repetunt alimenta, quæ pu
pillis præſtiterunt: cum nomine
tutorio hæc præſtare intelligan
tur,

tur, vt ſuprapoſuimus: ergò de
illis lex non agit. Mihi. l. fi. loqui
videtur de perſona pupilli, cu-
ius miniſterijs vtitur, cōſtituitq;
lex adoleſcentis miniſterijs ali-
menta debere compenſari, ſiue
præbeat vitricus, ſiue quiſpiam
alius.
72 Dubitandi in hoc articulo ea
ratio eſt, quià alimentarius ope
ras debet altori Accurſius in. l.
ſicut. ff. de operis libert. quià nō
debet ſtare in domo tanquam
corpus mortuum vt ſcripſit Bal.
l. 1. C. de legatis. quæ maximè ob
tinent in perſona priuigni, qui
vitricum tanquam patrem de-
bet venerari. Sali. in. l. iniquum.
nu. 4. C. qui accuſa. non poſſunt.
ex quibus apparet adoleſcentis
miniſterijs vel operis non debe
re compenſari alimēta. Hæc au-
tem licet ſic ſe habeant, iure ta-
men noſtro ſtatutum eſt mini-
ſterijs cōpenſari debere alimen
ta. l. fin. titulo. 12. part. 5. quod iu
re cōſulti antea reſpōderāt, quià
naturali ratione tenetur quiſq;
exhibere eum, cuius vtitur mini
ſterio. l. ſicut. ff. de operis libert.
l. in rebus. ff. commodati. tradit
73 Thomas Gram. deciſione. 103.
nu. 27. vnde fit, vt alimenta pri-
uigno pupillo vè præſtita com-
pēſentur miniſterijs: erat etenim
in hoc articulo vehemens vrgēs
q; dubitādi ratio in perſona tu-
toris, cui iure communi pro tu-
tellæ miniſterio ſalariū non præ
ſtabatur, ſed tutoris munus gra
tuitū erat Accurſius in. l. 1. & in
l. in eos. ff. de tutellis. cui acceſ-
ſere interpretes. quòd ſi pecu-
niam accipiebat pro tutellæ mi
niſterio extra ordinem punie-
batur. §. ſed ſi quis præſens inſt.
de ſuſpectis tutor. licet ex cauſa
tutori ſalarium iudex conſtitue
ret Bart. l. 1. ff. māda. tradit Bae
tius tractatu de decima tutoris.
c. 1. vnde defluit, quòd cū tutor
tuendi pupilli perſonæ rebusq;
gerendis operas ſuas impendiſ
ſet, ipſius pupilli miniſterijs vti
poſſet, quibus alimenta compē-
ſari non debent ratione natura
li. argumento. l. nam hoc natura
ff. de condi. indebi. ſi enim tutor
operas ſuas impendit rebus pu
pilli, quo pacto pupilli operis vi
ce verſa non vtetur, cum pupil-
lus ad antidora obligatiōe aſtri
ctus ſit, vnde operarum æſtima-
tionem repetere nō poteſt, quià
in hac ſpecie ceſſat operarum re
petitio. l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de
fideiuſſor. l. ſi nō ſortem. §. liber
tus. ff. de condi. indebi. tradit
Iaſſ. in. l. ex hoc iure. nu. 74. verſ.
tertiò fallit. ff. de iuſti. & iure. ſe
quitur Oroſcius ibi. nu. 51. Ioan.
Coraſius. l. frater à fratre. nu. 20.
ff. de condi. indebi. Vnde ipſe
exiſtimo in ea prouincia in qua
pro tutellæ miniſterio ſalarium
conſtitutum nō eſt, pupilli ope-
ras cōpenſari tutoris ipſius ope
ris debere, at vbi ſalarium con-
ſtitutum eſt, tutor vè tutellæ no
mine de bonis pupilli aliquid
percepturus eſſet ex prouinciæ
conſuetudine, alimenta pupillo
præſtita



præſtita compenſari pupilli mi
niſterijs debent, in Italia tutor
nobilis rerum mobilium fructꝰ
ſibi quærit. Paul. Caſt. conſi. 373.
lib. 2. hinc deducitur, quod cum
iure noſtro pro tutellæ miniſte-
rio decimam fructuū rerum pu
pilli tutor percipiat. l. 2. titul. 7.
lib. 3. fori. ꝙ operis pupilli eſſent
alimenta cōpenſanda, vt conſti
tutum eſt. l. fi. titu. 12. part. 5.
74 Quæ hoc ſtatuit ſi eius ætatis
ſit puer vt eiꝰ operæ aliquæ ſint,
quià hoc caſu quamuis vitricus
proteſtatus ſit ſe priuignū alere:
vt ipſum conueniat, alimentaq;
reputet, pueri miniſterijs cōpen
ſari alimenta debēt, quam legē
pro hac parte notat Gregorius
75 ſcholio. 1. Nec ſolū pueri operis
alimenta compenſantur, ſed &
ipſi puero ſalarium præſtatur
Bal. conſi. 257. lib. 3. quæ opinio
defluxit ex ſententia Speculat.
titu. qui filij ſint legit. nu. 45. di-
centis ſalariū præſtandum eſſe
alimentario, qui altorem altoris
vè filios artem aliquam edocuit.
76 Sed in propoſito quæri ſolet,
quæ ætas in puero deſideretur,
vt eius operæ æſtimationē acci-
piant. quæ res diſtinctione pro-
poſita definienda eſt, an agatur
ꝙ alimēta miniſterijs pupilli cō
)( penſentur, an verò quòd & ſala
rium conſtituatur, in quo diſtin
guendum eſt, artifex ſit puer, an
verò miniſter, ſi artifex ſit, ſala-
rium decernetur, quāuis impu-
bes ſit, argumento. l. vt iuris iurā
di. §. dabitur. ff. de operis libert.
ſi verò miniſter, operæ pupilli
æſtimationem nō recipient, ſed
operis tantum cōpenſabuntur
alimēta. l. fi. §. in eum. ff. de liber.
cauſa. quam legē eruditè inter-
pretatꝰ eſt Antoniꝰ Auguſtinꝰ
libro ſingulari ad Modeſtinum
pag. 289. & Forcatulus dialogo
53. vbi operarū nomine nō da-
tur actio, niſi impubes artifex ſit.
77 Hinc apparet impuberis ope
ras æſtimationem nō recipere,
quod ratione fit, quià miniſteria
minoris æſtimari ſolent quàm
operæ artificis. l. fi. ff. de operis
ſeruorū illis verbis (cum de ope
ris ſerui artificis agitur, pro mo-
do reſtituēdæ ſunt, ſed mediaſti
ni, ſecundum miniſteriū.) erant
mediaſtini ſerui infimæ claſſis. l.
item apud labeonem. §. prætor
ait ſi quid factum. ff. de iniurijs.
qui viliſsima & ſordidiſsima mi
niſteria domi obibant, domum
verrebant, purgamenta effere-
bant, congerebant ligna, & hu-
iuſmodi alia faciebant. teſte Bu
dæo in. l. 1. ff. nautæ caupo. ſtabu.
ex eo mediaſtini dicti, ꝙ in me-
dia domo morentur omniū obſe
quijs obnoxij, dictio ex græca &
latina voce compoſita, vt tradit
Alcia. lib. 1. prætermiſſorū pag.
666. dicuntur enim & ij focarij, Diſtinctio.
propterea ꝙ focū curent Alex.
78 ab Alexād. lib. 3. genialium die-
rum. c. 25. ex quo colligitur vis
ac intentio. l. ſi ea cōditione. C.
de condi. inſert. vbi focaria pro
ancilla quæ foccum curat, & mi
niſteria domus obijt, accipi de-

bet; quæ mediaſtina ancilla eſt.
in quo ſenſu accipitur hæc di-
ctio ab Vlpiano in.l.quæſitũ.ff.
de fundo inſtructo.nec eſt quòd
interpretes anxiè laborẽt in ex
plicãda lege illa,exiſtimantes di
ctionem(foccaria)alio ſenſu ac
cipi nõ poſſe quàm pro cõcubi-
na: vt in.l.2. C. de donat. inter
vir.& vxor.ſic interpretati ſunt
Accurſiꝰ,Bal.Fulgoſiꝰ,Corneꝰ.
nu.2.in.l.ſi ea cõditione.C.de cõ
di.inſert.Coſta in.l.cum tale.§.ſi
arbitratu in ampliatiõe.3.nu.5.
ff.de condi.& demons.

79 Sed dictionem focariam pro
vxore accipi in.l.ſi ea cõditione
ſcribit Tiraque.in.l.10.cõnubia
li gloſſæ primæ parte.10. nu. 31.
nulla autẽ alia ratione ait foca-
riã vxorẽ dici, quã quòd ea pri-
uatim focũ viri ſeruare debeat.

Sed hanc interpretationẽ ne
mo ſanus non refellet: nullibi
enim vſurpatur focaria pro vxo
re Vlpianus.l.1.§.qui ſint.ff.nau
tæ caupo. illis verbis (cæterum
ſi quis opera mediaſtini fungi-
tur,non cõtinetur,vt puta atria
rij,& focarij, & his ſimiles)pue
ro artifici & mediaſtino ſalariũ
præſtatur,quòd viliſsima mini-
ſteria exequatur;reliquis impu-
beribus ſalariũ non decernetur,

*Aduerſus And. Tiraquell.*

80 artificis verò, & mediaſtini ope
ræ poſt quintum ætatis annum
æſtimationẽ accipiunt.l.fi. verſ.
ſi minor. ff. de operis ſeruorum
ſed vtrum eæ operæ alimenta
æquent, boni viri arbitrio æſti-
mandum eſt ſecũdum Accurſij
doctrinam ſcholio.pro modo in
l.fin.ff. de operis ſeruorũ.quam
ſententiam approbat Corneus
conſil.265. nu.28. lib.1. ea enim
quæ à iure definita nõ ſunt, iudi
cis arbitrio decidi debent.l.1.ff.
de iure liber.tradit Bal. l.certũ.
nu.11. C.fami.hercis.hãc opinio
nẽ fulcit.l.ſtichus.§. ſed prætor.
ff.de legat.3.iure Regio poſt de-
cimum annum pueri operæ æſti
mationẽ accipiunt.l.2.titulo.23.
lib.4.fori. Perez.l.1.titu.2.lib.1.
ordi. ſcholio.1. verſ. regulariter
tamẽ.quæ lex cum Regij fori ſit,
nõ obtinet,niſi vtẽtium moribꝰ
receptam eſſe approbatum ſit,
vt poſt Rodericũ Suarez tradi-
dere Ioã.Oroſciꝰ in.l.de quibus
ff.de legibus.nu.40.& in nu.97.
Auiles in.c.19.correctorũ. ſcho
lio.guardar.nu.1.& nu.2. Perez
in proœmio ordinamẽti.q.7.idẽ
Perez in.l.4.titu.4.lib.1. ordi.

81 Si impubes de cuius operis
tractatur,pupillus ſit, ſiue priui
gnus,operæ non æſtimabuntur
quãti locari potuiſſent: ſed pro
emolumento,quod ex operis tu
tor aut vitricus habuere,æſtima
tio fiet argumento.l.ſi nõ fortẽ.
§.libertus.ff.de cõd. indebi. vbi
operarum æſtimatio fit pẽſatis
robore,ac ætate famuli, multis
ꝙ alijs: propterea nõ æſtimãtur
in hac ſpecie operæ quanti loca
ri potuiſſent,quià in tutoris, pa
trui aut vitrici obſequio impu-
bes honeſtè eſſe poteſt,nõ ita in
exteri hominis.l.pe.ff.vbi pupi.
educari debe.hæc fuit ſententia
Cumani



Cumani conſilio.87.in fine. nec
huic opinioni obſtat.l.2.titu.23.
lib.4.fori.quæ ait patrem,qui fi
liũ reuocat ab altore,eã ob cauſã
ꝙ patre inſcio expoſitus ſit,red
diturum altori quod impẽdit in
cibarijs pueri vſq; ad decimum
annum.Hinc apparet ante eam
ætatẽ pueri operas æſtimationẽ
nõ capere:hoc enim introductũ
eſt fauore altoris,qui expoſitum
infantem piè educauit, & odio
patris qui tãto tẽpore filium nõ
quæſierit,cum veriſimile non ſit
tam diu patrẽ ignoraſſe propriũ
filium expoſitum fuiſſe.glo.in.c.
quod dictis. 16. diſtinct. qua de
cauſa lex fori cõſtituit, vt pater
qui reuocat filiũ, altori reddat,
quod in alimenta erogauit vſq;
ad decẽnium. ſic ſuppleri debẽt
verba.l.4.titul.20. p.4. quæ ait,
patrem expoſiti redditurũ alto
ri quod impẽdit in cibarijs:red-
det enim quod impenſum eſt in
cibarijs integro decennio, niſi
propter Deum expoſitũ infan-
tem educauerit,vt illa lege cautũ
eſt, hoc tamen animo educaſſe
in dubio nõ intelligitur,vt anno
tat Gregorius in.l.35.tit.12. p.5.

82 Item huic ſententiæ nõ obſtat.
)( l.2.titulo.11.lib.8.ordi. quæ cõſti
tuit pueros duodecim annis mi
nores plectendos nõ eſſe,ſi vagi
viuãt,ergò puerorum operæ an
te duodecimũ annũ nullæ ſunt,
ſed lex Regia pænã irrogat mẽ
dicantibꝰ validis: qua nõ aſtrin
guntur pueri ante duodecimum
annũ,quià ante eam ætatem ſuæ
ipſorũ operæ *vix illis* ſufficiũt:
qua de cauſa cõſtitutũ eſt ne an
te vigeſsimũ annũ quiſquã ea pæ
na plectatur.l.6.tit.11.lib.8.ordi.

83 Supra ſcriptum axioma, quod
habet,quòd pueri artificis ope-
ræ eſtimationẽ accipiunt,locum
nõ habet, ſi operarũ æſtimatio
ab illo exigatur, qui artem edo-
cuit, præbuitq; alimenta, dum
edoctus eſt,vel petatur ab eo cu
ius expenſis edoctus eſt. l.cæte-
rum.ff.de rei.vendi.

84 Hoc loco id annotare licet, ꝙ
in quo caſu poteſt quis repetere,
quod in alimenta erogauit,repe
tẽdi ius ad eius hæredes deuolui
tur, quià ad eos actiuæ paſsiuæ
q; actiones trãſeunt.l.1.C.ſi cert.
pet.l.pacto ſucceſſoris.C.de pa-
ctis.quarum legũ argumento in
hac opinione ac ſententia ſtat
Bar.Soci.conſi.161.nu.3.lib.2.

85 Supra ſcriptum eſt tutorem
teneri pupillum exhibere de fru
ctibus rerũ pupilli. Quæri tamẽ
ſolet,an domi alere teneatur,an
verò ſat ſit, quòd alat extra do-
mum ſuã,nec poſsit eam ob cau
ſam decima priuari: & priuari
decima non debere, propterea
quòd dominõ alat pupillum,de
promitur ex Paulo Caſtrẽſsi cõ
ſili.374.nu.2.lib.2.ſequitur Caſ-
ſaneus in cõſuetud.Burg. titulo
des enfans.§. veſtir & habiller.
nu.8. Baetius de decima tutoris
c.2.nu.84. atq; iterum. c.13.nu.
35. qui ait lege non caueri quòd
tutor in domo ſua teneatur edu
care pupillũ.quæſtio hæc ex his,

*Declaratur lex Regia.*

quæ ſcribit Paul9 dirimēda eſt, aut enim tutor denegat alimēta pupillo, nec illi conſulit, & hac de cauſa decima, quam propter tutoriū munus cōſequitur ex bonis pupilli, priuari debet, quià negando alimenta cēſetur necare, vt Paulus ait. argumēto. l. necare. ff. de liber. agnos. quæ lex nihil huic opinioni fauet.

*Fulcitur ſententia Paul. Caſtrenſ.*

Ipſa tamen ſententia Pauli vera eſt, quæ iure optimo defendi poteſt, quā fulcit elegans textus in. l. tutor quoq3. §. tutor. ff. de ſuſpectis tutor. vbi tutor punitur, qui denegat alimenta pupillo, quæ ſententia ſic accipiēda eſt, ſi per tutorem actum ſit, ne pupillus alatur, quòd ſi per tutorē actum nō ſit, quominus pupillo alimenta præſtentur, non poterit decima priuari. argumēto. c. imputari. de reg. iuris. lib. 6.

86 Sed ſi tutor alimenta pupillo ſubminiſtrauit, ſed nō in domo tutoris, an ob hanc cauſam priuetur decima, quæri ſolet, & æſtimationi in hac facti ſpecie locū eſſe ſcripſit Paulus. Ipſe autem in propoſita ſpecie exiſtimo tutorem, qui in domo non aluit pupillū ſed extra domum, priuari non poſſe decima, argumento. l. 1. ff. vbi pupi. educari debeat: vbi ſtatuitur, ꝙ prætor decernat quo in loco pupill9 ſit educandus: igitur domi alere tutor nō tenetur, cum hoc pēdeat ex prætoris cognitiōe. huic opinioni fauet. l. 1. C. vbi pupi. educa. debe. vbi inter pupilli matrē & tutorem lis erat vbi pupillus educand9 eſſet. item iure Regio ea quæ ad tutoris pertinent munus, annumerantur in. l. 16. titul. 16. part. 6. vbi non eſt conſtitutū quòd tutor in domo ſua pupillum exhibeat, quinimo ipſo iure Regio definitum eſt, vt iudex ſtatuat quo in loco alēdus ſit pupill9. l. 19. titulo. 16. part. 6. ergò apparet tutorem non aſtringi onere alēdi pupilli in domo ſua.

87 Sed ſi teſtator legatum tutori reliquiſſet, vt domi pupillū educaret, legatum tutor perderet, ſi domi non aluiſſet. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ff. de excuſatio. tuto. idem conſtituendum eſt, ſi teſtator tutori ita legaſſet, vt pupillum haberet in filium, quià domi alere tenetur, quòd ſi extra domum alat, legatum perdet. l. quidam cum filium in principio. ff. de verb. obligat. quam legem pro hac parte adducit Iacobus de Arenis ibi. & Bar. nu. 9. ſequuntur Angel. Ioan. Imola & Fran. Aret. nu. fi. ibi. Carolus Ruinus conſilio. 45. nu. 6. & nu. 8. lib. 2. idem Carolus Ruinus conſilio. 81. nu. 1. lib. 2. qui in hoc caſu locum habere ait. l. 3. ff. de alimen. & cibar. legat.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR,

## in. §. parens.


*EDVCATIO liberorū an iuris ſit naturæ vel cujus iuris ſit traditur à nu. 1. vſq; ad nu. 14.*

*Parētum educatio anſit iuris naturalis traditur à nu. 14. vſq; ad nu. 19.*

*Legitima filiorum anſit iuris naturalis, & legitima parentum vt lege ciuili tolli nō poßit, nu. 19. & 20.*

*Legitima filijs fortiori cauſa debetur à parentibus, quàm parentibus à filijs, ſed piè conſtitutum eſt, vt par ſit in iure ſucceßionis parentum & liberorum conditio, nu. 21.*

*Legitima parentum & legitima filiorum æquiparantur, ita vt conſtitutum in legitima liberorum videatum conſtitutum in legitima parentum, nu. 22.*

*Legitima filiorum & legitima parentum æquiparantur in quantitate iure cōmuni, ſed non iure Regio, nu. 23.*

*Patri permiſſum eſt iure Regio vt extra quintam poßit meliorare vnum ex deſcendentibus in tertia, eodem modo filijs permiſſum eſſe videtur vt extra tertiam poßint vnum ex auis aut maioribus meliorare in altera tertia, latè quæſtio hæc diſputatur à nu. 24. vſq; ad nu. 42. & 45.*

*Vnico filio non poteſt pater meliorationem facere: quià à ſemetipſo nemini legari poteſt, nu. 43.*

*Vnicum filium ſi quis habeat & ex eo nepotes, melioratio valebit, nu. 44.*

*Pactum ne liceat parentes alere, ſeruari nō debet propter reuerentiam, quæ parentibus eſt exhibenda, nu. 46.*

*Alimentarius an inconſulto prætore paciſci poßit de alimentis, nu. 47. 48. 49.*

*Compromiſſum in arbitratorē rem fieri non poteſt ſuper alimentis inconſulto prætore, nu. 50. 51.*

*Tranſactio inconſulto prætore facta ſuper futuris alimētis non valet niſi adſit cauſa, nu. 52. 53.*

*Tranſactum ſi ſit iam ſunt anni decem ſuper futuris alimentis an præſumatur interfuiſſe cauſa tranſigendi, traditur numero. 54.*

*Alimentarij plures inter ſe tranſigere non poſſunt inconſulto prætore, nu. 55.*

*Alimentarius cui ſunt alimēta relicta non poteſt incōſulto prætore eligere fundum ex quo alimenta capiat, nu. 56.*

*Tranſigere non licet inconſulto prætore ſuper legato annuo relicto in dotem, nu. 57.*

*Seruus ſine domini authoritate tranſigere non poteſt de alimētis, etiam ſi adſit prætoris authoritas, nu. 58.*

*Alimentorum iuri inconſulto prætore renuntiare non licet aut ius iſtud vendere aut cedere, nu. 59.*

*Vſufructuarius an poßit ius vſusfructus vendere aut cedere ita quòd ſi cedat ad emptorem pertineat; nec deuoluatur ad dominum proprietatis; traditur latè à nu. 60. vſq; ad. 72.*

*Alimentorum legatum cedi in alium non poteſt; commoditas autem legati vendi poteſt prætore authore, nu. 73.*

*Tranſigere licet de alimentis præteritis inconſulto*

*conſulto prætore non autem de præſentibus aut futuris, nu.74.75.*
*Alimenta ſi debeantur ex contractu alimẽtarius ſuper eis poteſt tranſigere inconſulto prætore, nu.76.77.78.*
*Alimenta ſi minima ſunt poterit alimentarius ſuper eis tranſigere inconſulto prætore, nu.79.*
*Tranſactio ſuper futuris alimentis incõſulto prætore facta an valeat ſi iurata ſit, nu.80.82.111.116. quià iuramento contractus firmatur de quo agitur, nume.80.vſq; ad finem.*
*Renuntiare non poteſt filius etiam cum iuramento iuri alimentorum futurorum, nume.81.*
*Alimenta futura ſi non ſint debita ex contractu ſed ex teſtamento aut legis præcepto non poteſt quis renunciare etiam cum iuramento, nu.83.*
*Iuramentum poſitum ſuper contractu eſt acceſſorium, contractus verò eſt quid principale, nu.84.*
*Iuramentum ſortitur naturam contractus cui accedit: & an ſortiatur naturam primæuam contractus an verò accidentalem, nu.85.86.87.88.*
*Contractus in validus non firmatur iuramento vt crebrius receptum eſt, nu.89.*
*Mandatum procuratoris quod dominus iurauit non reuocare poteſt reuocari, numero.90.vſq; ad.94.*
*Teſtamentum quod non reuocare teſtator iurauit poteſt reuocari, nu.95.&.98.*
*Sepulturam qui elegit, & iurat ſe non variare aliam eligendo, aliam eligere non poteſt contra emiſſum ius iurandum, nec in electa ſepeliri poteſt, nu.96.97.*
*Mandatum procuratori datum, aut teſtamentum quod iurauit quis non reuocare, ſi reuocet, an ſit periurus traditur, numero.99.100.101.102.*
*Dotalem fundum ſi quis iuret ſe non alienaturum ſi interpoſito iuramento alienet, an valeat alienatio traditur, num.103.vſq; ad nu.110.*
*Noua interpretatio.c.ſicut ex literis de ſpõſalibus traditur, nu.110.*
*Noua interpretatio.c.quamuis pactum de pact.lib.6.traditum, nu,118.*
*Iuramentum eſt perſonale & ad hæredes non tranſit obligatio, nu.119.*
*Iuramentum qui emiſit poſt quam ſeruauerit ius iurandum, poterit repetere quod ſoluit per conditionẽ ſine cauſa, nu.120.*



# PARENS QVAMVIS ALI A FILIO RATIONE NATVRALI DEBEAT: TAMEN ÆS ALIENUM EIUS NON ESSE COGẼDUM FILIUM EXOLUERE, REſCRIPTUM EST.

1 EX HOC.§. collegere Dynꝰ, Bar.& Alber.ꝙ educatio parentum eſt iuris naturalis, hoc axioma ex textu de promunt ſupponentes educationẽ liberorũ, ad cuius exẽplar parentum educatio inſtituta eſt, iuris eſſe naturalis, hac de cauſa primò examinabimꝰ quo iure liberorũ procreatio ſit introducta: & iure naturæ parentes teneri liberos exhibere crebriori doctorũ ſuffragio receptũ eſt, argumento.l.1.§. ius naturale.ff.de iuſt.& iure.§.1. inſti.de iure natu.c.ius naturale.1. diſtinctione. in hac ſentẽtia fuere primi nominis interpretes, quam neruoſè defendit anteceſſor ille venerandus Dynus in regula ingnorantia de reg.iuris.li.6.huic ſententiæ acceſsit Cynus in.l.ſancimus.C.de nuptijs.Bar.hic in principio.Bal.l.1.§. ius naturale.ff.de iuſt.& iure.n.3.Paulus Caſt. nu.12. Fortunius nu.8. nu.10.& nu.105.Bellamera in.c.ius autẽ nu.1.diſtinctione.1. Præpo.& reliqui doctores in.c.cum haberet. de eo qui duxit in matrimoniũ. Bar.in.l.non quemadmodum.nu.2.ff.de liber. agnos. Loriotus tractatu de regulis iuris axiomate.84.Caſſaneus conſuet.Burg.titu.des enfans Rub.6.§.& alimẽter nu.6.Abb. in.c.fi.de cõſuetudine nu. 22. Antonius in.l.9.Tauri.nu.37.hãc opinionem cõmuniter approbatã eſſe atteſtatur illuſtriſsimus dñs Couar.de matrimonio.2.parte.c.8.§.6.nu.4.quæ ſentẽtia fulcitur.l.2.titulo.19.part.4.huic opinioni acceſsit ipſe Cicero qui in libro.1. officiorum in principio hæc ſcripſit. (principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ ei nocitura videantur, quæq; ſint ad viuendum neceſſaria, inquirat, & paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. commune autem animantium omnium eſt coniunctionis appetitus procreandi cauſa, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt.) huius ſententiæ meminit Ioachimus in.§. ius naturale, inſt. de iure natur.& ibi Silueſter Aldobrandinus numer. 5. retulit in hanc ſententiam Quintilianum lib. 2. inſtitu. c. 17. in fine illis verbis, (nam & moliri cubilia, & nidos texere, educare fætus & excludere, quim etiam repo-

nere in hiemem alimenta.)

2 Hinc dixit Bald. in. l. fin. §. ipſum nume. 1. C. de bonis quæ liber. alimenta filijs deberi iure naturali & formali, quia ea debent præſtari, quæ vitæ tuendæ ſunt neceſſaria. ſequitur Ioã. Oroſcius. l. ſi arrogator nu. 41. ff. de adopt. hoc videtur approbaſſe Suarez in. l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regiæ limitatione. 2. C. de inofficioſo teſta.

3 Contrariam ſententiam, vt educatio ipſa liberorum non ſit iuris naturæ, ſed tantum ipſe inſtinctus alendi liberos ac impulſus, neceſſitas autem alendi iuris ciuilis ſit, defendit ille iuris noſtri veriſſimus explanator Accurſius ſcholio educatio in princi. inſtitu. de iure natur. qui ait parentes natura ipſa impelli ad liberos educandos, non ita ad extraneos. idem Accurſius in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. argumento. l. ſcripto. in fine. ff. vnde liber. quæ ſententia ea ratione cõmendatur, ꝙ parentes alendi liberos onere liberentur, ſi inopes ſint. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ergò educatio liberorum iuris naturalis non eſt, ꝙ ſi eſſet nulla ratione ciuili corrumpi poſſet. l. eas obligationes. ff. de capit. dimi. §. ſed naturalia inſtitutis. de iure naturali. huic opinioni acceſſere Bart. nume. 1. in fine. & ibi Claudius in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. Zazius ibi in lectura num. 14. & in repetitione nume. 21. qui huic ſententiæ accedere Baldum inibi ſcripſit, cum Baldus contrariæ acceſſerit, qui apertè ore rotundo fateturliberorum educationem iuris eſſe naturalis, de neceſſitate educandi nihil agens, vt falſò credidit Zazius. ſed Accurſij ſententiam approbat Ioannes Faber. in. §. ius naturale inſti. de iuſti. & iure. inibiq; Angel. nu. 5. Silueſter Aldobrandinus nume. 5. qui ait neceſſitatẽ educandi liberos introductam eſſe à iure ciuili ratione naturali propterea, ꝙ pater deprauata voluntate nõ vult liberos alere, deſſerit ꝙ officium paternum. ſequitur Ioachimus ibi numero. 16. Suarez in limitatione. 2. numero. 4. Ioannes Oroſcius. l. 1. §. ius naturale. nu. 14. ff. de iuſt. & iure. qui ait eſſe plures caſus, in quibus non cogitur pater exhibere filium, ſi fili⁹ diues ſit, ſi pater pauper, huic opinioni aſtipulatur Antonius in. l. 10. Tauri. nume. 37. Dicens alimenta debita eſſe filijs iure naturæ, vt ex hoc. §. parens depromitur. quod ſic accipiendum eſſe ait, vt iure naturæ non ſit introducta obligatio compulſiua, ſed ipſo inſtinctu naturæ parentes impellantur ad liberos educandos, quinimò ipſa animalia bruta ipſo modo & ingenio quo poſſunt: ſed iam reducta ſunt alimenta in neceſſitatem, vt lege teneantur alimenta præſtare, hoc modo intelligenda eſſe iura ciuilia ait, vt colligitur ex intentione Bar. hic. eiuſdem Bart. l. 1. §. ius naturale. Alberici, & cæterorum ibi. ſed Albericus in diuerſa fuit ſententia, vt infra trademus. ſententiam Antonij ſequitur Tellius in. l. 10. Tauri. nume. 4. Menchaca de ſucceſsionũ creatione lib. 2. §. 20. numero. 311. Ex ijs defluxit ſententia Beroij in. c. in præſentia. nume. 213. deprobat. dicentis alimenta deberi filijs magis iure naturali quam ciuili. hæc Accurſij & comitum ſententia aptè depromitur ex. l. fin. §. ipſum. C. de bonis quæ liber. cui conueniunt. l. 2. titulo. 19. & . l. 1. titulo. 20. part. 4.

Aduerſus Zazius.

4

5 Longè diuerſa fuit ſententia Alberici in. l. 1. §. ius naturale nu. 2. ff. de iuſti. & iure. dicentis educationem liberorum hodie eſſe iuris ciuilis, affectum autem educandi liberos, ipſamq; educationem voluntariam ab inſtinctu naturæ defluere, propterea ꝙ dici iuris naturæ, & ꝙ hæc eſt mens iuriſconſulti in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. textus in princi. inſti. de iure natura. Educatio ſanè quæ iure natura erat voluntaria, quia ex ſolo naturæ impulſu defluebat, effecta eſt iam neceſſaria iure ciuili, & prodita obligatio & actio. l. ſi quis à liberis. §. ſi filius. vnde liberorum educatio dicitur eſſe iuris ciuilis argumento. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. qua docemur, ꝙ cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi ius ciuile efficimus. ſed iuri communi, id eſt, naturali affectui alendi liberos neceſsitas addita eſt iure ciuili, igitur educatio liberorum iam nunc eſt iuris ciuilis, vt tradidit Albericus.

6 Nec tantum huic affectui naturali educandi liberos ius ciuile addit neceſsitatem, vt ſcripſit Albericus, ſed in multis detrahit iuri naturæ, vt in ſpurijs filijs auth. ex complexu. C. de inceſtis nuptijs. item in ingratis liberis Accurſius ſcholio detulerat in. l. 1. §. idem iudex. ff. de liber. agnos. tradunt Zazius & Ioann. Oroſcius. l. ius autem ciuile. nu. 13. ff. de iuſti. & iure. vnde fit vt cum iuri naturæ quo parentes impelluntur ad educandos liberos, addat aliquid ius ciuile, & detrahat, non eſt mirum, ſi dixerit Albericus educationem liberorum eſſe & iuris ciuilis.

7 In hac controuerſa quæſtione eorum opinionem ſequor, qui affirmarunt educationem liberorum iuris eſſe naturæ, tum alendi impulſu, tum etiam neceſsitate, huius ſentẽtiæ author eſt Ioannes Andre. in additio. Speculat. titulo qui filij ſint legitimi. num. 13. hanc ſententiam approbat Fulgoſius. l. 1. §. huius. nume. 7. ff. de iuſti. & iure. qui reprehendit Accurſium ſcholio educatio. propterea ꝙ dixerit inſtinctũ ſiue impulſum educãdi liberos

liberos à iure naturæ defluere, actionem autẽ vel potius officiũ iudicis quo pater educare compellitur, ab ipſo iure ciuili: cum verius ſit vtrunq; à iure naturæ deduci & inſtinctũ educandi liberos, & actionem. quam ſententiam ipſe Fulgoſi9 depromit ex l.1.§.ius naturale.ff.de iuſtitia & iure. illis verbis (hinc liberorum procreatio, hinc educatio) vbi Vlpianus liberorũ procreationem iuris eſſe naturæ ait, igitur eiuſdẽ iuris erit educatio, quæ ſequella eſt procreationis, ex qua educatio deriuatur, ſed quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.l. manumiſsiones.ff.de iuſti.& iure. vbi manumiſsio dicitur eſſe iuris gentiũ, ex eo ꝙ ſeruitus cõtra quam eſt introducta manumiſsio, iuris gẽtium ſit, vnde cũ tex.in.§. ius naturale.dicat liberorũ procreationẽ eſſe iuris naturæ, ex procreationeq; educatio deſcendat, cõſequens eſt, vt eiuſdem iuris naturalis ſit ipſa educatio.

8 Hoc ita demum verum eſſe Fulgoſius ait, ſi agatur de educatione filiorum vſq; ad eam ætatẽ in qua ſibi poſsint cõſulere. in eſt ſanè homini natura ipſa quædam educandi liberos inclinatio, in qua cõmunionem habet cum cæteris animantibus, quià ipſum ius naturale quod æterna ratione cõſtat, ineſt brutis, inſtigatione quadam ad id impellente, hominibus verò ineſt ratione ſuadente ad obtemperandũ iuris præceptis, vti Fortuni9 ait in.l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iure. ius hoc naturale eſt quædã ſenſualitas, ſiue naturalis appetitus de quo agunt iure cõſulti, cũ dicunt ius naturale eſſe, quod natura omnia animalia docuit, ita tradidit Archidia.in.c. ius autẽ.1.diſtin.nu.6.ſequitur Dominicus.nu.fi.idem Dominicus in.c. ius naturale in prin.1. diſtinctione qui ait, ius hoc ex eo dici naturale, quòd inſtinctu naturæ id eſt Dei, nõ cõſtitutione aliqua hominũ habeatur. ſequitur Cardinalis de Turre cremata in.c.ius autem.1.diſtinctione. nu.12. qui ea ratiõe innititur, ꝙ maris & fæminæ cõiunctio iuris naturalis ſit, natura autẽ non ſolum generationi intẽdit, ſed etiã promotioni eius vſq; ad perfectum eſſe, ergò liberorũ educatio eiuſdẽ iuris erit, argumento. l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iure. hinc dixit Ariſtoteles ꝙ liberorũ procreatio animalibus cõmunis eſt, quamuis natura non impellat eodẽ modo omnia animalia ad generationem, ſunt enim animalia, quorum filij ſibi poſſunt victum quærere, vt corui, quædam verò ſunt, quorum filij auxilio materno tantum indigeant, vt alantur, veluti equi, Tauri, & his ſimilia, quædam verò ſunt, quorum filij vtriuſq; parentis auxilio indigeant, ſed hoc ad modicum tempus veluti aues, quædam verò quæ ad non modicum tempus veluti homo,



homo, id etenim, quod naturale eſt, quamuis idẽ ſit apud omnes, non tamẽ eodem modo aut forma, vnde licet homines non ſic alãtur vt cætera animalia, eorũ tamen educatio ab ipſo iure naturæ defluit, ſicuti cæterorum, hanc ſententiã ſequutus eſt Soto in lib.4.ſentẽtiarum.diſtinctione.29.q.1.articulo.1.

9 Qui liberorũ procreationem iuris eſſe naturæ hoc argumẽto cõuincit, ꝙ finis procreationis filij ſit, vt debita nutritione ad perfectũ ſecundũ corpus & animam perducatur, quod ſine educatione fieri nõ poteſt: ergò educatio eiuſdem iuris erit, quaſi ſequella procreationis. Hanc opinionẽ quæ habet, ꝙ liberorum procreatio iuris ſit naturalis, obtinere Mẽchaca ait, quãdo filij in ea ætate ſunt, vt ſibi ſufficere nõ poſsint, quod ipſe nouiſsimè & præter omniũ opinionẽ ſcripſiſſe affirmat, huius tamen opinionis author fuit Fulgoſius in l.1.§.huius.nu.7. apertius ꝙ hoc tradidit idem Fulgoſius in.l. ex hoc iure.nu.14.ff.de iuſt.& iure. ſequitur Conãnus lib.1.cõmentariorũ iuris ciuilis.c.6.nu.7.argumento.c.ius naturale.1.diſtinction. poſt eam. autẽ ætatem iure ciuili pater alere cogetur, vt in hac lege probatur.

10 Secundum hanc regulã interpretari debemus deciſionẽ.l.fi. §.ipſum autẽ.C.de bonis quæ liber.quæ ait parẽtes, teneri filios exhibere ſecundũ ipſam naturã & legem, quæ & à parẽtibus alẽdos eſſe liberos imperarũt, & ab ipſis liberis parẽtes, ſi inopia ex vtraq; parte vertatur, hæc interpretatio ex ipſius legis intentione deducitur, quæ ait filios alendos eſſe à parentibus propter leges, quæ hoc imperant, & cõſtituũt, vt à parẽtibus filij exhibeãtur, ſi inopes ſint, filium autẽ inops intelligetur, ſi maior factus ſibi ſufficere nõ poſsit, in quo caſu à patre filiũ exhiberi leges decernũt, ſimiliq; modo patrẽ à filijs.l.ſi quis à liberis.§.1. intra pueriles annos filius à patre alitur ſecundum naturam donec ad plenam pubertatem deducatur.

11 Hæc autem interpretatio nõ defluit ex benefundata iuriſprudẽtia, quià pater ipſo iure naturæ filios tenetur exhibere vt ſupra ſcripſim9, quæ obligatio durat dum vita patris & filij manet l.1.§.huius.ff.de iuſt.& iure. illis verbis (hinc educatio) quæ dictio lõgius protrahitur, vt alibi tradidim9. Item nemo probare poterit educationẽ liberorũ ex iure ciuili deſcẽdere, propterea ꝙ alendi neceſsitas ab ipſo iure ciuili addita ſit iuri naturæ, quo pater filiũ tenetur educare, vti Albericus falsò exiſtimauit, nõ enim ex eo ꝙ officio iudicis pater cogatur filiũ exhibere, ſequitur ꝙ educatio liberorum à iure ciuili defluat, obligationis ſanè origo qua pater aſtringitur filiũ alere, perpendi debet, & ex quo iure obligatio deſcẽderit, ex eodem

Aduerſus Albericũ

eodẽ neceſsitas alẽdi deſcẽdere
intelligetur. argumento. l. iuris
gentiũ.in princ.ff.de pactis.vbi
exẽpto, locato, cõducto & alijs
ſimilibus cõtractibꝰdatur actio
ab ipſo iure ciuili,& tamen con
tractus ipſi iurisgentiũ ſunt.hãc
ſententiã fulciũt. l. lutius. ff. qui
potio. in pignore habe. hoc idẽ
cõſtituẽdum eſt in obligatione,
qua pater aſtringitur filios ale-
re,quæ cum à iure naturæ deſcẽ
dat,eiuſdẽ iuris eſſe actio intelli
getur.Nec refert ꝙ actio ſiue iu
dicis officiũ quo filius in iudicio
aduerſus patrẽ experitur, & ali
menta poſcit, à iure ciuili pro-
fluat, quià principale ſubiectũ,
ideſt debitũ ànatura deſcẽdens,
perpendi ac cõſiderari debet,cu
ius cauſa inſtituta eſt actio,quæ
eſt quaſi ſequella naturalis obli-
gationis, nata quippè obligatio
ne oritur actio, niſi ius ciuile
iuſta decauſa impediat,argumẽ.
l.2. ff. deiuris. omni. iudi. actio
enim neceſſaria eſt, vt naturalis
obligatio executionis nanciſca-
tur effectum.l.2.ff.de orig.iur.§.
de inde ex his legibus &. §.poſt
originẽ. c. exhibita de iudicijs.
hæc Ioã.And.quæ ſentẽtia ellici
tur ex.l.3.§.ſcio.ff.deminoribus
l.Luciꝰ.ff.qui potiores in pigno
12 re habeãt. Cuius.l. deciſio cele-
bris eſt in cõtractibus annui re-
ditus,conſtituit enim,vt ille qui
prior emit annuũ reditum, præ
feratur illi,qui poſtea emit,non
tantũ nomine ſortis,verum etiã
nomine redituũ, qui acceſſerũt,
anteꝗ poſterior emeret,& eorũ
qui acceſſeruntpoſtea quã emit.
13 Ex quo reſponſo ſatis proba
tur inſpici initium principalis
actus, vt ab eo tẽpore conſtitua
mus de eo,quod ex cõtractu de-
riuatur,ac deſcendit,Ioãnis An
dreæ ſententiæ accedit Quema
da in quæſtione fiſcali.24.
14 Hoc ſuppoſito agendũ eſt de
educatiõe parentẽ, eamꝗ iuris
naturalis nõ eſſe Bartolꝰ hic tra
dit, ſed naturali ratione intro-
ductã eſſe ait, quià benefacienti
benefacere tenemur.l.ſed & ſi le
ge.§.conſuluit.ff.de peti.hæred.
inibiꝗ annotauit Accurſiꝰſcho
lio obligauerunt, qui ait omnẽ
hominem inſtinctu naturæ im-
pelli,vt beneficienti beneficiat,
atꝗ plures effectus adantidoræ
obligationis aggregarunt Iaſſ.l.
ex hoc iure nu.50.ff. de iuſti. &
iure,idem Iaſſ.l.ſi non ſortem.§.
libertus.nu.8.ff.de cond.indeb.
Tiraque.l. ſi vnquam. verb.do-
natione largitꝰ.nu.11.C.de reuo.
donat.idem Tiraque.in legibus
cõnub.gl.5.nu.56.Coraſiꝰ. l.fra
ter à fratre.nu.20.ff.de cond. in
debi. illuſtriſsimus dñs Couarr.
in.c.cum inofficijs.nu.10. de te-
ſtamentis. Hippo.Rimi.in prin
cipio inſtit. de donat. nu. 91. &
nu.121.Petrꝰ Dueñas regul.224.
Pinelus.l.1.C. de bonis mater.3.
parte.nu.60. dñs Antonius Pa-
dilla.l.cum quis. C.de iuris & fa
cti igno.nu.20.
15 Hinc dicit Bartolꝰ natura ipſa fi
liũ impelli vt egentẽ patrem ex
hibeat,



hibeat, nõ autem obligationem
alendi patris à iure naturæ de-
fluere,ſed iure gẽtium introdu-
ctã eſſe,quod probari ait,in hoc
§.parẽs. quo oſtẽditur naturali
ratiõe alendũ eſſe patrem, ergò
de iure gẽtium loquitur,cum de
ratione agat,quæ inter homines
conſiſtit, nõ inter feras rationis
expertes.argumẽto.l.omnes po
puli.ff.de iuſt.& iure,vbi Accur
ſius explicat illa verba naturali
ratiõe,ideſt,de iure gentiũ.huic
opinioni accedit Bartolꝰ ex iſti
mans educationẽ parentũ à iu-
re gentium defluere, eãdem opi
nionẽ ſequitur ipſe Bar.l.1.§.ius
naturale.nu.6.ff.de iuſt.& iure,
ſequũtur Paul.nu.12.poſt Baldũ
dicit receptã eſſe hanc opinionẽ
Oroſcius inibi nu.20. & Fortu-
nius in.l.veluti.nu.10. ff. de iuſt.
& iure, Antonius Rubeus in.l.
pater filiũ.nu.40.ff.de inofficio
ſo teſtamẽto.Felinus in.c.ſi dili-
genti.nu.5.de foro cõpetẽti,Be-
rengarius Fernãdus in.l.in quar
tam.ff.ad legem Fal.nu.103.Sua
rez.l.quoniã in prioribus limita
16 tione.2. Contrariam ſententiã
ſunt qui magis probẽt.Specula.
titulo qui filij ſint legitimi.nu.12
eam neruoſè defendit Fortuniꝰ.
l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt. & iu
re.nu.105.Gregor.ſcholio ſi.l.2.
titu.19.p.4.Alfonſꝰ Caſtro. lib.
2.de iuſta hæreticorum puni. c.
ſi.fol.3. qui miratur Bar.tam mi
ſerè lapſum, cuius ſententiã vali
dioribus argumentis refutat, ſe
quitur dñs Couarr. in epitome
de ſponſalibus.2.parte.c.8. §.6.
nu.4.qui parentum educationẽ
iuris eſſe naturæ cõtendũt, quià
ſicut iure naturæ pater educat fi
lium ea de cauſa, ꝙ filius ſit, eo-
dem iure alet filius patrem eam
ob cauſam, quià pater ſit, argu-
mẽto.c.ius.naturale.1.diſtinctio
ne;eſt enim eadẽ ratio in vtroꝗ
quo iure quãuis gentes humanæ
vſæ nõ fuiſſent, ratione tamẽ &
natura ipſa impellerẽtur ad alẽ
dos parẽtes exemplo Ciconiæ,
quæ parentes ſenio cõfectos ci-
bo fouet, vnde prouerbiũ apud
Græcos Antipelargim, ſignat
gratiam in tempore refferre: de
quo Eraſmus Chiliadis primæ
centuria.10.in paræmia.1.tradit
doctè Budæus in.l.1.§. ius natu-
rale.ff.de iuſtitia & iure pag.50.
huc pertinet quod in principio
Æconomicæ in hæc verba ſcri-
pſit Ariſtoteles, parentes filios
procreãt, non ſolũ vt id naturæ
tributũ ferant, verũ etiam vt cõ
moda exinde ſuſcipiãt: valentes
enim filios imbecilles ſuo labo-
re tuentur, mox imbecilles ob ſe
nium facti, à valentibus eadẽ re
portãt: & ſimul natura per hũc
circuitũ adimplet ſempiternita
tẽ, quæ Ariſtotelis verba propo
ſito caſui aptè applicuit Fortuniꝰ
in.d.§.ius naturale.nu.105.qui re
fert Pliniũ dicẽtẽ in lib.10.de ani
malibus. mures egregia pietate
alere parẽtes ſenes, eadem ferè
ſcripſit Xenophõ in æconomico
mihi profectò, ait, dij videntur
omnia quidẽ ſapientiſsimè feciſ
ſe,ſed

ſe,ſed hoc præſertim cõiugium,
quod mas & fæmina vocatur.
Primũ quidem ne animantium
genera deficerent: deinde vt ha
beremus à quibꝰ noſtra ſenectꝰ
aleretur,tradit Tiraque.in.l.10.
connubiali glo.1. parte.10. nu.1.
huic opinionilegum noſtrarum
cõditores magis acceſſere.l.2. ti
tulo.19. p.4. quæ oſtẽdit eodem
modo filium aſtringionere alen
di patrẽ, quo aſtringitur pater
ad educandum filiũ.Item ꝙiure
naturæ filius patrem alere te-
neatur,ex eo apparet,quod dici
tur in.4.præcepto decalogi, de
honore parẽtibusexhibẽdo,qui
præcipuè ſtat in alẽdo patre egẽ
te ex Hieronimi interpretatiõe
&habetur Mathæi.c.15.quæ do
17 ctè cõſiderat Caſtro.Hinc appa
ret erraſſe Accurſiũ ſcholio na-
*Aduerſus Accurſiũ*
turali,in hoc.§.parẽs.dum expli
cat illa verba ratione naturali,
nõ directa ſed turbata vt in ſuc
ceſsione argumẽ.l.nam & ſi pa-
rẽtibꝰ in princ.ff.de inoffi.teſta.
l.ſcripto.ff.vnde liberi.eandem
ſententiã approbat Bal.l.1.§.ius
naturale.ff.de iuſt.& iure.ſequi-
tur Antonius Rubeus.l.pater ſi
liũ.nu.40. ff. de inoffi. teſta.ſed
eſt lõgè diuerſa ratio in alimẽtis
ꝗ ſit in ſucceſsiõe, cum ſecundũ
naturã ſit, vt pater præmoria-
tur filio, turbatoq; naturæ ordi
ne pater ſuperſtes eſt filio, ſed
hoc locũ non habet in alimẽtis,
quæ debet filius præſtare patri
graui ſenectute confecto, quod
natura ipſa facit,quæ nosgignit,
ac per ætatesperducit,vt tandẽ
abrũpat,nam vt Flaccus ait,pri
musq; dies dedit extremum.
18 Id tamẽ in hac quæſtione non
prætermittã, Laurẽtiũ Vallam
politioris literaturæ virũ peritũ,
ſed ſupra vires ſuas audax,iure
cõſultos increpaſſe,ꝙiuris natu
ralis effectũ cõfuſè, ac magis in
cõcinnè, ne ineptè dixerit, tra-
ctauerint,ac definierint,is eſt in
lib.4.elegã.c.48.qui ait iusnatu
rale dicere quod natura omnia
animalia docuit,ridiculũ eſt.ſed
falli in hoc Laurentiũ Budeꝰ af
firmat,qui nullo eum argumẽto
refutat, vnde magis illi videtur
cõſentire:ſed iure cõſultorũ ma
geſtati cedere nomini ſuo cõſu-
lẽs tutius eſſe exiſtimauit, quam
cum diuinis illishominibꝰ manũ
conferre. Ipſe rerũ antiquarũ le
ctiõe didici iuris ciuilis ſcientiã
veteres tãti feciſſe, vt eam quaſi
è cælo miſſam ſuſceperint,ac ve
nerati ſunt.ꝗuis Cicero in ora-
tione pro Muræna iure cõſultos
rideat, ſed hæc hominis facetijs
cõdonemꝰ.At negari nõ poteſt
ꝗ in hoc tractatu iuris naturalis
minus dexterè ſe habuerint pri
ſci illi viri, vt non inſolẽtia, ſed
magis veri amore ductus ſit Lau
rẽtius,qui dixerit iꝰ naturale nõ
dici, quod natura omnia anima
lia docuit, quæ ſentẽtia rationẽ
habet,quià ſi ius eſt,huiꝰ nõ ſunt
feræ participes,cũ ius ſit ars bo
ni & æqui, ſed quomodo artem
boni & æqui in belluis cõſtitue
mus? potuit res hæc à iure con-
ſultis



ſultis clarius explicari, ne iuris
ciuilis ſtudioſos per labyrinti
ambages errãtes ſine filo deſti-
tuiſſent,vnde ius naturale in ho
minibus tantum ſtare credo,
quod & ius gentium dicitur pri
mæuũ,ius autem naturale quod
in brutis eſſe dicitur,ius propriè
nõ eſt, ſed inſtinctus quidam ac
inſtigatio naturæ,qua impellun
tur ad liberos procreandos ac
educandos, ne animantium ge-
nera deficiant, qua ratione lato
vocabulo iureconſulti ius appel
lauerunt.propriè autem ius na-
turale eſt in hominibus, quod
ius gentium primæuum dicitur,
atq; hoc ſenſu iure cõſultorum
reſponſa cenſeo accipienda eſſe
nec ſine duce, apertè declarauit
Suarez in.l. quoniam in priori-
bus in declaratione legis Regiæ
limitatione.2.nu.4.verſ.& con
ſidera.idem placuit Alfonſo Ca
ſtren.de iuſta hæreti.puni.lib.2.
c.fi.pag.5.
19 Hæc quæ de educatione filio
rum & parentum dicta ſunt, vt
à iure naturæ deſcendat libero-
rum educatio, item & paretum
vel ſaltem ex iure gentium ſit,vt
cũ Bartolo crebrius doctores cõ
cludunt,inferuntur ad quæſtio-
nem,ſolet enim quæri, quo iure
ſit inſtituta legitima filiorum,ar
ticulꝰ eſt cõtrouerſus,ſcindũtur
iuris interpretes in ſtudia cõtra
ria. & iuris eſſe naturæ probat
c. ius naturale. 1. diſtinctione.
l.ſcripto.ff. vnde liber.l.nam &
ſi parentibus in principio,ff.de
in officioſo teſta.auth.de triente
& ſemi.§.1. tradidi latè alibi. In
hoc articulo cõcludunt ij docto
res,qui verũ amarunt,legitimã,
quum in alimẽtorum locum ſub
ſtituatur, iuris eſſe naturæ,cuius
ſunt alimẽta,quod obtinet in ea
ſumma, quæ alimentorũ quanti
tati reſpõdet:eadem ratione pa
rẽtibꝰ debita legitima iuris erit
naturalis, cum in vicẽ alimento
rum ſubrogetur: vt aduerſus re
ceptã ſentẽtiam ſcripſit illuſtriſ
ſimus dñs Couarr.in.4.2.parte.
c.8.§.6.nu.5.cuius opinio defen
di nõ poteſt,quià licet alimenta,
quæ à filijs præſtãda ſunt parẽti
bus iure naturali debeãtur,vt ſu
pra poſuimus,nõ inde fit,vt eo-
dẽ iure debeatur legitima, quæ
in locũ alimẽtorun nõ ſubſtitui
tur. Hæc opinio ex eo vera ap-
paret, quià naturaliter euenire
ſolet, vt parentes ſenectute gra
ues filiorũ indigeãt auxilio,filijs
autẽ ſuperſtites nõ ſint, niſi tur-
bato ordine mortalitatis, vnde
piè cõſtitutum eſt,vt filiorũ hæ-
reditas luctuoſa parẽtibꝰ debea
tur, quæ ex naturæ inſtinctu nõ
debebatur.l. nam & ſi parẽtibꝰ
in princ.ff.de inoffi. teſtamẽto.
ex quo apparet veriꝰ eſſe,vt parẽ
tũ legitima tolli poſsit lege ciui
li,quod crebrius receptũ eſt, vt
tradit Ripa.lib.1.reſpõſorũ.c.7.
20 Hinc etiam liquidò conſtat,
in ſucceſsione verum non eſſe
*Aduerſus Alfon.de Caſtro.*
quod ſcripſit Alfonſus Caſtro
de iuſta hæret. puni. c.fi.pag.4.
dicens ꝙ ad rem illam non eſt
quis

quis magis òbligatus, ad quam natura impellitur, hoc enim locum non habet in ſucceſsione, quæ validiore ratione cenſetur debita, ſi naturæ inſtigatione is qui relinquit, impellatur. l. nam & ſi parentibus in principio. ff. de in offici. teſta.

*Quæſtio à nullo diſputata.*

mentis relictis non poſſe incon
ſulto prætore tranſigere, atq;
pauperem:cum ſuper alimentis
vtriuſq; vita pendeat,pauperis
quidem quià fame periret,diui-
tis autem quià inconſtantia for
tunæ in inopiam deuenire poſ-
ſet: quo tempore qui famem le
uaret,non reperiret,nam vt Na
ſo ait.

*Cū fueris fælix multos numerabis amicos,*
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*
*Horrea formicæ tendunt ad inania nūquā,*
*Nullus ad amiſſas tendit amicus opes,*

76 Secundò huic ſententiæ locus
non eſt, ſi alimenta non ſint reli
cta; ſed alimentarius ſibi caue-
rit,atq; aliquemvt nutriret eum
obligatione, pactioneq; deuin-
xerit: quià hoc caſu ſuper alimē
tis inconſulto prætore tranſige
re poteſt. Accurſius ſcholio ali-
mentorum.l.cum ij in principio
per textum illum verſ. planè. ff.
de tranſactio.notat ex illo verſi
culo planè Bart. ibidem nu. 4.
Alber.& Bald.Paulus nu.8. Ful
goſius nu.2.Iaſſ.nu.9. idem Iaſſ.
l.de alimētis.nu.1.inibiq; Corne9
nu.1.Salic.nu.2.Curt.Iuni.nu.8.
C. de tranſactio. Alciat. pag. 3.
qui ait dubium non eſſe, quòd
tranſigi poſsit ſuper alimentis,
quæ ex contractu debētur. Oro
ſcius.l.cum ij.§.ſolet.nu.9. Con-
nanus lib.5.commenta. c. 7. nu
mero.5.

*Aduerſus Ioā. Oroſcium.*

77 Huius ſententiæ rationem ad
ducit Bart. tracta. de alimentis.
nu.19. quià qui contrahendo ſi-
bi acquirit, cum induſtrius ſit,
veriſimiliter cautè tranſiget:vn-
de authoritate prætoris non in

diget, vt tranſigat: quod ratio-
ne fit, quià vbi res lautior obti
git, lautius incipit quis viuere,
pluribusq; indiget, quàm ſole-
bat: quià iuxta veterem paræ-
miam diues factus faſtidit len-
tem: atq; hinc fit vt quæſita ali-
menta cautè tueatur, nec niſi ex
euidenti vtilitate remittat, hinc
fit vt Bartoli rationem crebrio-
ri conſenſu doctores appro-
bent.

78 Hinc etiam apparet futilem
huius rei rationē adduxiſſe Dua
renum. lib. 1. diſputationum. c.
44. cui accedit Oroſcius. l. cum
ij. §. solet. nu. 9. ff. de tranſactio.
dum aſſerit, vt voluntas teſta-
toris ſeruaretur, conſtitutum
eſſe ne quis ſuper alimentis reli-
ctis tranſigeret inconſulto præ-
tore; non ſic ſuper alimentis de
bitis ex cōtractu; in quibus hæc
ratio ceſſat, quæ ratio in omni
legato locum habet, conſerua-
retur teſtatoris voluntas, ſi rem
legatam ſemper haberet legata
rius, nam licet in hoc vertatur
fauor vltimæ voluntatis, vt quæ
teſtator conſtituit valeant. auth.
de nuptijs. §. diſponat. l. in con-
ditionibus. ff. de condi. & de-
monſt. voluntas defuncti non
cenſetur in hoc abrumpi, ꝙ le-
gatarius, qui ex legato emolu-
mentum capit, non capiat eo
modo, quo teſtator dixit. l. Ti-
tio centum in principio. 1. reſpō
ſo. ff. de cond. & demonſt. vnde
licet doctores dicant duplici fa-
uore alimentorum & vltimæ vo
luntatis conſtitutum eſſe, ne quis
ſuper alimentis relictis tranſi-
gere poſsit, mihi alimentorum
ſimplici fabore introductum
hoc eſſe videtur, in quo Reip.
vtilitas conſiſtit, vt ſupra ſcrip-
ſimus: cum Reipublicæ interſit
homines diuites eſſe, qui fauor
non tam conſiſtit in alimentis,
quæ quiſpiam quæſiuit ex con-
tractu, propterea quòd ille qui
quæſiuit, ſibi cautè conſulere in
omnibus cenſeatur.

*Aduerſus Duarenũ & Ioan. Oroſciũ.*

79 Tertiò huic ſententiæ locus
non eſt in alimentis minimis. l.
cum ij. §. fin. ff. de tranſactio. tra
dit Tiraquellus tracta. de iudi-
cio in rebus minimis ferendo.
verſ. trigeſsimò ſecundò.

80 Quartò hæc ſententia locum
non habet ſi cum iuramenti re-
ligione pactum tranſactum vè
ſit, quià iuris iurandi acceſsio-
ne contractus firmabitur, quod
axioma quomodo accipi debeat
agendum eſt neceſſariò, quam-
uis res hæc integrū tractatū de-
ſideret. Primò itaq; in ſpecie de
qua Bartolus hic agit, an pater
paſciſci poſsit ſuper alimentis,
pactumq; firmum ſit, ſi iuris iu-
randi religio acceſſerit, non fir-
mari pactum iuramento ſatis vi
detur depromi ex. l. alia. §. ele-
ganter. ff. ſoluto matrimonio,
qua lege oſtenditur pactum cō-
uentum contra reuerentiã, quæ
exhibenda eſt, eſſe contra bo-
nos mores: ergò ius iurandum
quod in hoc pacto interponi-
tur, vt pote cōtra bonos mores

firmum



firmum non erit, argumento. c.
non eſt obligatorium de regu.
iur. lib. 6. c. ſi verò. c. cum qui-
dam. §. final. c. ſicut. de iure iur.
c. in malis. c. qui ſacramentum.
22. q. 4. iuri enim reuerentiæ de
bitæ renuntiare quis non poteſt
l. final. C. de bonis liber. l. liber-
tus qui operarum. ff. de operis
libert. quod obtinet in propo-
ſito, quià iuramentum eſſet con
tra ius Diuinum, quo tenemur
patrem & matrem honorare,
qui honor conſiſtit in eo, vt egē
tibus alimenta præbeamus: vti
Diuus Heronimus interpreta-
tur, quem refert Alfonſus Ca-
ſtro. de iuſta hæreti. puni. lib. 2.
c. fin. vnde iuri reuerentiæ non
poterit pater renuntiare nec iu
risiurandi acceſsione pactum
firmare: quod ab omnibus eſt
receptum, vt ex Alexan. & Iaſſ.
apparet. l. final. C. de pactis. ſcri
bit latè dominus Couuarruuias
in. c. quamuis pactum. de pactis.
lib. 6. in initio. 2. partis. nu. 8.

81 Filius eodem modo iuri ali-
mentorum renuntiare non po-
teſt, cum liberorum educatio iu
ris ſit naturalis: vnde ſi eam par
tem filius perceperit de bonis vi
ui patris, quæ ei lege obuenire
deberet patre mortuo, eamq;
dilapidauerit, ſi egeat, ali à pa-
tre debet, vt abundè tradidi-
mus. huicq; alimentorum iuri
non poterit filius renuntiare in
terpoſito iuramento, quià iuri
naturali aduerſatur, propterea
ſeruandum non eſt. c. cum qui-
dam. §. illi verò. de iure iur. no-
tat Speculat. titulo qui filij ſint
legit. nu. 12. ſequitur Felinus. c.
ſi diligenti. nu. 6. de foro comp.
Iaſſ. auth. quod locum. nu. 8. C.
de collatio. Felinus. c. ex reſcrip
to. nu. 12. de iure iuran. dominus
Couarruuias in epito. de ſpon-
ſali. 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 3. Ioann.
And. in additione. quamuis. ſu
per Speculat. titulo de pactis.
§. 1. nu. 2.

82 In alijs perſonis quæſtio hæc
dubitationem habet, an fauore
alimētorum ſicuti introductum
eſt ne inconſulto prætore tran-
ſactio valeat, eodem modo iu-
ris iurandi acceſsione non fir-
metur. & non firmari ſcripſit
Bart. l. cum ij. §. ſolet. num. final.
ff. de tranſactio. vbi ponitur ſo
lennitas formalis, quæ iuramen
to non tollitur, vti conſidera-
uit Ancharr. conſilio. 375. nu-
mer. 5. qui ſequitur Bartoli opi
nionem.

83 Item ſi alimenta futura non
ſint debita ex contractu, ſed ex
teſtamento, aut legis præcepto
eadem ratione non firmari ſcri
pſit Bald. in. l. pactum. nu. 17. C.
de collatio. ſequūtur pluresquos
aggregat illuſtriſsimus dominus
Couarruuias dicto. §. 6. num. 3.
idem dominus Couarruuias in
c. quamuis pactum. de pactis.
lib. 6. 2. parte. §. 6. nu. 4. Fulgo-
ſius. l. cum ij. §. ſolet. nume. 5. &
Gregorius ſcholio. meneſter. in
l. 8. titulo. 13. part. 6. hæc ſenten
tentia fulcitur rationibus mul-

 tis,

tis, quarum præcipua eſt, quæ
habet, quòd ius iurandum tres
commites ſequi debent veritas,
judicium & iuſtitia.c.& ſi Chri-
ſtus de iure iur. ſed iuramento
præſtito in tranſactione de fu-
turis alimentis non ineſt iudi-
cium, nec diſcretio aut pruden-
tia, cum quiſpiam modico præ
ſenti contentus renuntiet iuri
alimentorum: quam ob cauſam
tranſactio vetita eſt ſuper alimē
tis, ne quis fame pereat, vt na-
turaliter euenire poteſt. hæc eſt
ratio deciſionis. l. cum ij. ff. de
tranſactio. nemini autem in cor
pus ſuum conceſſa eſt poteſtas.
l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui
li. c. contingit. de ſententia ex-
com. ergò nemini licet fame ſe
ipſum necare, & hac de cauſa
non licet futuris alimentis re-
nuntiare.

84 Secundò fulcitur hæc ſenten
tia huiuſmodi argumento, tran
ſactio de alimentis eſt quid prin
cipale, ſuper quo iuramentum
interponitur, ergò ius iurãdum
eſt quid acceſſorium. l. non du-
bium. C. de legibus. acceſſorium
autem naturam ſequitur rei, cui
accedit. c. acceſſorium. de reg.
iur. lib. 6. igitur ſi id quod prin-
cipale eſt, vt tranſactio non va
let, nec valebit id, quod tranſa-
ctioni accedit, ſcilicet iuramen
tum. quod annotauit in ſimili
ſpecie Coraſius in .l. admonen
di. ff. de iure iur. in præludijs.
nume. 25.

85 Quartò hæc ſententia proba
tur ex. l. fin. C. de non numera.
pecu. qua apparet, iuramentum
contractus cui accedit naturam
aſſumere, quam legem pro hac
ſententia adducunt Bart. Bald.
Sali. Paul. Caſt. & reliqui docto
res ibi. quæ concluſio crebrius
ab omnibus approbatur, vt cō
ſtat ex ijs, quæ aggregat Ioann.
Luppus in. c. per veſtras. de do
nat. inter vir. & vxor. §. fi. nu. 32.
quam legem dicit ad hanc ſen-
tentiam quotidie allegari Tira
quell. tractatu de iure conſtitu.
3. parte. limitatione. 7. nu. 34. ad
ducit Suarez in. l. poſt rem iudi
catam. in declaratione legis Re
gni. §. ſed pro euidētia in nu. 22.
ff. de re iudi. Purpur. l. 2. §. cre-
ditum nu. 111. ff. ſi cert. pet. Mar
cus Mantua conſilio. 75. nu. 16.
Bernar. Diaz regula. 390. Mar
cus Anto. Natta conſilio. 426.
nu. 18. Anton. Gomez de con-
tractibus. c. 14. num. 19. qui ait
hunc eſſe verum ſenſum illius
legis, idem tradit Peralta. l. cum
pater. §. à filia. nu. 48. ff. de legat.
2. tranſactio de alimentis futu-
ris incōſulto prætore facta non
valet, ergò nec iuramentū, quod
tranſactioni accedit, vt docet. l.
fin. C. de non nume. pecu.

86 Quæ lex hoc conſtituit, ſi na-
turam primæuã contractus con
ſideremus, non autem acciden-
talem. ſcripſit Aret. conſilio. 24.
col. 2. ſequitur Iaſſ. l. ſi conuene-
rit. nu. 17. ff. de iur. omni. ind. ar
gumento. l. item veniunt. §. peti
tam. ff. de peti. hæred. quod de-
claratur exemplo, de quo agitur
in. c. licet mulieres. de iure iur.
lib. 6. vbi tractatur de contractu
alienationis rei dotalis, qui con
tractus natura ipſa efficax eſt,
ſed quià lege prohibetur, non
valet: huic contractui alienatio-
nis rei dotalis ſi ius iurãdum ac
cedat, firmum erit: quià iuramē
tum primæuam naturam cōtra
ctus ſequitur, non accidentalē.

87 Hæc tamen interpretatio de
fendi non poteſt, cum ei aduer-
ſetur. l. non dubium. C. de legi-
bus. quæ agit de contractu, qui
valebat ſuapte natura, ſed ex ac
cidenti inefficax eſt, quià lex
inutilem reddit, ius iurandum
quod ei acceſſerat, non valet:
ex quo apparet, quòd acciden-
talem naturam ſequitur, nō pri
mæuam: nec contractum ipſum
confirmat, qua lege oſtenditur
contractum à lege vetitum non
confirmari iuramēto. idem pro
batur in. l. ſi quis inquilinos. §. fi.
ff. de legat. 1. vnde in definitum
thema quod contractus inuali-
dus non firmetur iuramēto, ap-
probat Accurſius ſcholio alie-
nare. l. vni. §. & cum lex. C. de rei
vxo. actione. idē Accurſius ſcho
lio improbatur verſ. ſed tudic
contra. in. l. pactum dotali. C.
de collatio.

88 Quem interpretes falſò exiſti
marunt dixiſſe pactum de futu-
ra ſucceſsione non confirmari
iuramento: vnde eum crebrius
reprehendunt teſte Decio. l. pa
ctum dotali nu. 5. argumento.
textus aperti. in. c. quãuis pactū
de pactis. lib. 6. Sed lōgè ab hac
opinione alienã fuiſſe intētionē — Defenditur Accurſius.
Accurſij ex eo apparet, ꝙ cum
l. pactum. dixerit pactum nō va
lere, rationem deciſionis ſubie-
cit Accurſius dicens, propterea
pactum non valere in ſpecie. l.
pactum. quià eſt futuræ ſucceſio
nis. quærit Accurſius, an efficax
ſit, ſi iuramētum acceſſerit: ipſe
Accurſius ait Petrum dixiſſe ef-
ficax eſſe, ſed ipſe in contraria
ſententia ſtat, vnde Accurſius
de vi pacti agebat, nō autem de
robore iuramēti, vtrum efficax
eſſet pactum contendebat, non
autem an firmum eſſet iuramen
tum: & mentem Accurſij hanc
fuiſſe docet Ioann. And. ſcholio
ſeruari in. c. quamuis pactum.
de pactis. lib. 6.

89 Vnde hãc ſententiã ſequutus
eſt Bart. l. qui ſuperſtitis. nu. 4.
ff. de acquir. hæred. Cuman. l. ſi
quis pro eo. nu. 21. ff. de fideiuſ-
ſor. ſequuntur plures, quos in
vnum contulit Hippo. Riminal.
in. §. 1. inſt. de donatio. nu. 257.
Ioan. Igne. auth. ſacramenta pu
berū. nu. 5. C. ſi aduer. vend. Ioã.
Coraſi. l. qui liberos. nu. 100. ff.
de ritu nup. aggregat plures Al
ciat. c. cum cōtingat. de iure iur.
nu. 132. qui ait contrariam opi-
nionem, quæ habet, ꝙ contra-
ctus inualidus firmetur iuramē
to, nō eſſe communem: cum ipſe
met Alcia. in nu. 131. teſtatus fuiſ
ſet eam receptam eſſe.

90 Quintò hanc opinionem ful-

cit id, quod ſcripſit Ioan. Andr.
ſcholio reuocatus in.c.fi. de pro
curat lib.6. dicens quod ſi is qui
procuratorem conſtituit, iureiu
rando affirmet mãdatum ſe nun
quam reuocaturum, poterit re-
uocare ſi voluerit. ſententiam
hanc ſequitur Abb. in.c. cum ac
ceſsiſſent. nu.    .de conſti & ibi
Feli.nu.12. Decius nu.7. commu-
niterqꝫ approbari tradidit Ale
xãd. conſilio.16.nu.6.&.7. lib.3.
pluresqꝫ ſequuntur, quos aggre
gat illuſtriſsimus dominus Co-
uarru. in.c. quamuis pactum. de
pactis. lib.6.2. parte. §.2. num.3.
idem dominus Couarru. in epi-
me de ſponſal. 2. parte. c. 4. in
princi.nu.10. idem dominus Co
uarru. in rub. de teſtamentis. 2.
parte. nu.15. hanc ſequitur Feli-
nus in.c. cum. m. nu.72. de con-
ſtitu. Marcus Anto. Natta. con
ſilio.426. nume.2. dixit appro-
batam ſententiam Gomeſsius
in. §. item ſi quis poſtulante. nu.
36. inſt. de actio. Ioan. Oroſcius.
l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu-
re. nu.114.

91 Rationem huius ſentẽtiæ red
didit nũcupatim Bar. l. cum pre
cario. num.1. ff. de precario. qui
ait, ꝙ conuentio de non reuo-
cando procuratore eſt cõtra na
turam actus qui agitur, vnde nõ
valet. argumento. l. cum preca-
rio. ff. de precario. qua lege oſtẽ
ditur nullam eſſe vim conuentio
nis, ne liceat domino datã rem
precario recipere, cum ſibi li-
buerit, quam legem pro hac par
te adducit Ang. ibi. & rationem
à Bartolo traditã approbarunt
Anto. & Imola in. c. cum. m. de
cõſtitutio. vbi Feli. nu.72. plures
aggregat. ex quo apparet hanc
rationem eſſe crebrius receptã.

92 Rationem aliam reddit Bal.
in rub. de procurat. nu.30. qui
ait ꝙ, in propoſito reuocat do-
minus procuratori conceſſum
mandatũ, quod nunquam reuo
caturum ſe iuriſiurandi religio
ne pollicitus eſt: quià ex hoc iu-
ramento nata non eſt obligatio,
cum ſit iuramentum ſimplex, ſe
cus ſi fauore aduerſarij iuraſſet
ſe non reuocaturum, quià reuo-
care non poſſet, cum ex tali con
uentione iurata naſcatur obliga
tio: ne aduerſarius circumduca
tur. argumẽto. l. ſi quis maior. C.
de tranſactio. qua conſtitutione
generaliter conſtitutum eſt, vt
obligatio naſcatur ex iuramẽto
licito.

93 Ergò in propoſito idem erit,
vti Baldus notat: qui ex hoc di
cit, ꝙ ſi notarius qui datum pro
curatori mandatum ſcribit, reci
piat iuramentũ nomine omniũ
cuia intereſt, non poterit mãda
tum hoc reuocari, in quo caſu lo
cum non habet opinio Ioannis
And. in.c.fi. de procur. lib.6. hãc
opinionem ac limitationem ſen
tentiæ Ioannis Andreæ dixit eſ-
ſe arduam Iaſſ. in. l. ſi nõ ſortem
§. ſi cẽtum. nu.7. in fine. ff. de con
di. indeb. vbi inuehitur in ſentẽ
tiam Ioãnis Andreæ, adducitqꝫ
leges quibus cõtraria ſententia
oſtendi-



oſtenditur, quæ adamuſsim pẽſi
tatæ non contradicunt. ſenten-
tiam Ioannis confirmat. c. ſi in-
ter. in fine. de ſpõſal. cui non ob
ſtat. c. ſicut ex literis in fine. eod.
titulo, vbi facti ſpecies oſtendit
iuraſſe quendam ſe ducturũ Ma
riam in vxorẽ, qui aliam duxit,
ait Summus Pontifex matrimo
niũ valere, ſed fractæ fidei reum
eſſe, ac pœna afficiendum, cum
matrimonium valeat in ſpecie
illa. Ioãnis ſententiam compro-
bat ille textus, qui in hoc conue
nit cum. c. ſi inter. in fine. vnde
meritò illa capita adducit Ioan.
Andreas. vt ſuam ſentẽtiam ful
ciat. id autem quod in.c. ſicut in
fine. dicitur, nec ſententiæ Ioan
nis aduerſatur, nec fauet, cum di
cat ſponſalia iurata non abrum
pi contractis ſecundis ſponſali-
bus, quià hac de re non agit Ioã
nes Aandreas, qui ad hoc ſolum
adduxit. c. ſicut. ꝙ quando con-
tractus, qui agitur, talis eſt cõdi
cio ac natura, vt agens pro arbi
trio poſſet eum reuocare, ſi reuo
cet, reuocatio valet, quãuis per-
iurus maneat, qui reuocat. quod
apertè ſupra poſita iura dicunt,
quæ cum non conſideraſſet Iaſ-
ſon, dixit aduerſari quaſdã con
ſtitutiones ſententiæ Ioãnis An
dreæ. in.c.fi. de proncur. li.6.

94 Sed ratio hæc, quam Baldus
)( reddit, defendi non poteſt, vt
pote quæ Celſi reſponſo aduer-
ſetur in. l. cum precario. ff. de
precario. qua lege docemur nul
lam eſſe vim conuentionis, quæ
eſt cõtra naturã contractus: vn
de nihil intereſt, quòd profera
tur iuramentum in fauorem ali
cuius, an abſolutè, vt ſeruari de
beat, cum in. l. cum precario. pa
ctum conuentum fuit in fauo-
rem precario poſsidentis, qui
præſens erat & approbans: at
Celſus ait vim nullam eſſe con-
uentionis, quæ eſt contra natu-
ram cõtractus precarij, qui ſua
apte natura reuocari poteſt pro
domini arbitrio: ergò nihil re-
fert iuramentum de non reuo-
cando procuratore proferatur
ſimpliciter & abſolutè, an in fa
uorem alicuius, quià cum ſit cõ
tra naturam actus, vt in ſpecie.
c. fin. de procurat lib.6. ſemper
poterit reuocari.

95 Sextò hanc ſententiam ful-
cit id, quod ſcripſit Ioannes. c.
vltima voluntas. 13. q.2. dicens
quòd qui iurauit non reuoca-
turum ſe teſtamentum quod fe
cerat, reuocare poteſt: quod
multis probat. Primò quià vlti
ma voluntas ambulatoria eſt
vſque ad uitæ ſupremum exitũ.
l. 4. ff. de adimendis legat. c.
cum Marthæ de celebra. miſſa.

Secundò quià nemo eam le-
gem ſibi dicere poteſt, ne liceat
à priore voluntate recedere. l.
ſi quis in principio teſtamenti.
ff. de legat.3. vbi Bart. nume.14.
accedit ſententiæ Ioãnis, quem Aduerſus Bald.
ſequitur Imola in.c. cũ cõtingat.
col.26. membro.1. nu.37. de iure
iur. Gregoriꝰ Natan. in.c. q̃uis
pactum. de pactis. lib.6. colu.19.
dicit

dicit opinionem communem eſ
ſe Iaſſ.l.ſi conuenerit.nu.5.ff. de
iuris.omni.iud.illuſtriſsimus do
minus Couarruuias Rub.de te-
ſtame. 2.parte. nu. 15. Oroſcius
l.omnes populi.nu.115.ff.de iuſt.
& iure. hanc opinionem dicit
eſſe tritam & tenere eam vtrius
q; iuris doctores communiter
Peralta.l.ſi quis in principio te-
ſtamenti in principio. nu. 226.
ff.de leg.3.

96 Contrariam ſententiam de-
fendit Tancredus in compen-
dioſa. q.4. argumento.c.1.de ſe
*Aduerſus Petrum Peraltam* pulturis.lib.6.vbi elegit quidam
ſepulturam, & iuris iurandi re-
ligione pollicitus eſt ſe nũquam
variare aliam eligendo, dicit Põ
tifex Maximus, ꝙ aliam nõ eli-
get, ſed nec in electa ſepelietur,
rationem ſubijcit Summus Pon
tifex, ne cauſam habeat eligen-
di contra præſtitum iuramen-
tum, vnde vult Papa ne is poſsit
aliam eligere ſupulturam cõtra
emiſſum iuſiurandum, ex quo
apparet non poſſe aliam elige-
re propter præſtitum iuramen
tum. quod ex dicto. c. 1. in hunc
*Noua ratio.* ſenſum colligit Ioann. Andreas
ibi ſcholio veniendi. ſub oſcurè
tamen, dum dicit ꝙ in. c.1.de ſe
pult. lib. 6. quamuis principale
firmum non maneat, id eſt ele-
ctio ſepulturæ, valet tamen ac-
ceſſorium ideſt iuramẽtum, nec
hoc ex omni parte, ſed in eo
quod aliam eligere ſepulturam
non poſsit, non tamen in eo vt
in electa ſepultura ſepeliatur,
quód clarẽ apparet ex.c.debito
res. de iure iur. quem textũ pro
hac ſententia adducit: vnde id
colligitur, vt actus quiſuapte na
tura poteſt reuocari, ſi iuratꝰſit,
reuocari non poteſt. Hunc no-
dum diluere voluit Peralta, qui
ait, quòd ratio illius textus quã
ad caſum noſtrũ voluit adapta-
re Tancredus, non facit ad rem
noſtram: quià iuramentum de
quo in dicto. c. 1. fuit præſtitum
per ſuaſiones, & ideo declaratur
irritum ſimul cum ipſa electio-
ne ſepulturæ, & ait hoc eſſe ex
intentione Ioannis Andreæ ibi.
quæ immaturè ac ſine delectu )(
ſcripſit Peralta. cum in dicto.c.
1.de ſepult.lib.6.iuramentũ non
declaretur irritũ, quinimmo fir
mum manet vt ex illa conſtitu-
tione apparet, quæ adimit facul
tatem eligendi ſepulturam, ne is
qui iurauit contra iuramentum
faciat, nec ea fuit Ioannis An-
dreæ intentio, quam errore lap
ſus Peralta credidit, ſed quam
nos ex Ioanne de prompſimus
ſcholio veniendi.

97 Huius tamẽ quæſtionis nodus
verſatur in cauſa, propter quã )(
in electa ſepultura nõ ei licet ſe
pelliri: eam fuiſſe rationẽ exiſti
mo, quòd qui ſepulturam elegit,
ipſo eligẽdi actu delictũ cõtraxe
rit, cum legis præceptũ cõtẽpſe
rit, vnde id peccatũ lege vindi-
catur, puniturq; in eo in quo de
liquit, ne eligere ſecũdò poſsit ſe
pulturã, itẽ ne ſepeliri poſsit in
electa, vti annotauit Ioãn. And.
in ſcho-



in ſcholio eligere, atq; hac ratio
ne ſpecialiꝰ, vt puniatur ille le-
gum contemptor in eo, in quo
deliquit, conſtitutum eſt vt pri-
mus actus liber iuratus non re-
uocetur ſecundo actu contra-
rio.

98 Rationem autem quare po-
teſt quis reuocare teſtamentum
quod nunquam ſe reuocaturum
iuramento promiſsit, reddit
Bal.in.l.1.nu.69. C.de ſacro ſan
ctis eccle. quià interpoſitum iu-
ramentum ſuper actu libero nõ
facit actum neceſſarium. argu-
mento. l.final. C. de non nume.
pecu. iuncta. l. qui pecuniam.
ff. ſi cert. pet. quæ ait, quòd ſi
quis mutuam pecuniam accep-
turus ſpondeat creditori futu-
ro, in poteſtate habet ne acci-
piendo ſe ei obſtringat, vnde
ſi cum pecuniam nondum rece
perit, eius quidem ſolutioni ſe
obſtringat interpoſito iuramen
to, poterit non recipere, atq;
ita ſe non obligare, cum actus
ipſe obligandi ſuapte natura ſit
liber, qui iuramenti acceſsione
non fiet neceſſarius, vt conſti-
tuitur. l. final. C. de non nume.
pecun.

99 Id tamen in hac controuerſia
annotari oportet, quòd ſi man-
datum procuratori datum, aut
teſtamentũ reuocet, qui ſe non
reuocaturum iurauerit, periu-
rus erit. Ioann. And. ſcholio re-
uocatus.c.fin.de procurat.lib.6.
gl.c. vltima voluntas.13. q.2. ſe-
quitur Coraſius in.l. admonẽdi
in præludijs.nu.32. ff. de iure iu
ran. hæc eſt recepta ſententia vt
Francus ait in dicto.c. fin. col.2.
& Alciat. in. c. cum contingat.
nu.77.de iure iur. dominus Co-
uarru.c.quamuis pactum. 2.par
te. §. 2. nu.3. Ananias in.c. dile-
cto.de præben. Oroſcius.l.om-
nes populi.nu.116. ff. de iuſti. &
iure. Gomeſsius in.§.item ſi quis
poſtulante. nu.36. inſt. de actio.
Maynerius. l. quamdiu. nu.117.
ff. de reg. iur. idem Maynerius
in.l. ꝙ ab initio.nu.12. & in. l.ne
mo poteſt.nu.93. ff.eod.titulo.

100 Contrariam ſententiam, quæ
habet, quòd reuocans non ſit
periurus, defendit Accurſius,
ſcholio ſuper contractibus in.c.
vni. §. item ſacramenta de pace
tenenda.argumento.l.fin. ff.qui
ſatis dare cog. vbi apparet cum
periurum non eſſe, cui lege per-
miſſum eſt deſerere quod iura-
to promiſsit. quod Pauli reſpon
ſum pro hac ſententia adducit
Probus.c.licet mulieres.nu.1.de
iure. lib.6. Accurſij opinionem
approbat Bart.l.ſi quis in prin-
cipio teſtamenti.nu.14.ff.de leg.
3. quæ crebrius recepta eſt à le-
giſtis vt ſcripſit Alexan. l. ſtipu
latio hoc modo concepta.nu.5.
ff. de verb. oblig. vbi additio
quædã idem affirmat. eandẽq;
opinionem communiter recipi
affirmat Cattelianus Cotta me-
morabili incipi. teſtatorẽ indu-
cere. Ratio huiꝰ ſẽtẽtiæ eſt: quià
lex in propoſito vim habet Apo
ſtolici, vt ait Accurſius in.l. fin.
ff.qui

ff. qui ſatis dare. cog. idem Accurſius in. l. adigere. §. quamuis ff. de iure pat. idem in. §. ſed iſtæ quidem ſcholio. dicit. inſt. de actio. quod plures recipiunt vt ex Oroſcio apparet in. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar num. 7. ff. de pactis. Sed in hac controuerſia cum tractetur de periurio, canoniſtarum opinioni accedere magis ſecurum eſt: vt ait Alexã. l. ſtipulatio hoc modo concepta. nume. 5. ſequitur Oroſcius. l. omnes populi. nu. 117. ff. de iuſti. & iure. Peralta. l. ſi quis in principio teſtamenti. num. 227. ff. de legat. 3.

101 Qui ait ſemper ſeputaſſe opinionem Bartoli eſſe veriorem in puncto iuris vrgenti ratione, & vtriq; iuri concina: quià cum quis ſibi adimit liberam teſtamenti factionem, videtur velle verſari contra bonos mores, vt pote cõtra liberum arbitriũ, quod eſt natura homini inſitum, ſed iuramentum conceptum contra ius naturale non obſtringit eum, qui iurauit, cum ſit temerarium. c. non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. 6. igitur in propoſito iuramentum, quo pollicetur quis, non reuocaturum ſe teſtamentum non obſtringit eum, qui pollicitus eſt. aitq; hoc voluiſſe Bald. l. final. nu. 15. C. de pactis. qui tradit iuramentum eſſe cõtra bonos mores, quo quis pollicetur ſe non reuocaturum teſtamentum. hãc ſententiam approbat Ruinus conſilio. 187. nu. 2. lib. 2.

102 Quæ ratio infirma eſt: eamq; improbat Imola. c. cum contingat. de iure iur. nu. 35. quià non facit contra bonos mores, qui iurat non reuocare teſtamentum, hanc obcauſam, quòd liberam poteſtatem ſibi adimat teſtamenti condendi. Fortunius de vltimo fine. illatione. 20. ſequitur illuſtriſsim9 dominus Couarruuias rub. de teſtamen. 2. parte. nu. 5. & . 6. cum eadem ratione qui contrahit cum aliquo videatur contra bonos mores facere, cum ſibi adimat facultatem faciendi id quod voluerit, & ſe aſtringat onere ſeruandæ pactionis. in principio, inſt. de oblig. ſed contractum facere, atq; ſeruandi contractus vinculo ſe aſtringere permiſſum eſt, nec qui contrahit, facit contra bonos mores. l. ſicut. C. de actio. & oblig. l. 29. titulo. 4. par. 3. ergò liquidò apparet non facere contra bonos mores qui iuratò promiſsit, ſe non reuocaturum teſtamentum, eam ob cauſam quod ſibi auferat facultatem reuocandi teſtamentum.

103 His tamen quæ in hac quæſtione tradidimus, obſtant ea, quæ ſcripſit Ioann. Andr. ſcholio final. c. licet mulieres de iure iur. lib. 6. dicens quòd ſi quis iuratò promiſſerit non alienaturum ſe fundum dotalem, ſi interpoſito iuramento alienet inefficax eſt alienatio. hæc opinio recepta eſt argumento. c. intellecto. de iure iur. ſanctionem effert adſydera Gomeſsius. §. item ſi quis poſtulante. num. 4. inſti. de actio. & hanc Ioannis Andreæ ſententiam approbauerunt Hoſtienſis & Archidi. in dicto. c. licet mulieres, ſequitur Bart. l. ſi quis pro eo. nu. 9. ff. de fideiuſſo. quam ſentẽtiam communiter recipi atteſtatur Alex. l. duobus. §. fin. ff. de iure iur. & multi ſcriptores, quos in vnum contulit dominus Couarru. c. quamuis pactum, li. 6. 2. parte. §. 2. nu. 1. Hippo. Riminal. in principio inſtitu. quibus aliena non licet. nu. 228. Marcus Anto. tracta. de viribus iuramẽti, effectu 32. nu. 48. Selua tracta. de iure iurãdo. 3. parte. nu. 43. Silueſter verbo. iuramentum. 4. q. 12. Alciat. l. pacta nouiſsima. pag. 5. C. de pactis. Coraſius. l. admonẽdi. ff. de iure iur. in præludijs. nu. 28 & Ioan. de Neuizanis conſilio. 12. num. 153. inter conſilia feudalia.

104 Ex quibus apparet erraſſe
)( Iaſſ. §. item ſi quis poſtulante. nu. 2. inſt. de actio. qui ait ſententiã Ioannis Andreæ, quamuis reputetur ab aliquibus ſingularis, cõmuniter reprobari. ſed Iaſſonẽ negligentiæ arguit Bernardus Diaz regula. 479. incipienti mulier, vbi Ioãnis Andreæ opinionem dixit communiter approbatam, eamq; tres captiones habere oſtendit, ſuæ ſententiæ rationem ſubijcit ipſe Ioãnes Andreas, qui ait propterea ſecundun iuramentum efficax non eſſe, quià primo loco conceptum iuramentum licitum eſt, ſecundo vero loco emiſſum illicitum, ſequitur Abb. c. intellecto. de iure iur. huic ſententiæ hanc rationem reddidit ſibi eam abſcribens Selua tractat. de iure iur. 3. parte. quæſtione. 1. nu. 43. idẽ Selua tractatu de beneficio. 3. parte. q. 27. nu. 8. ſequitur Riminaldus in prin. inſt. quibus aliena non licet. nu. 230.

105 Hanc rationem generaliter obtinere ait Baldus cõſilio. 133. lib. 1. niſi ex primo iuramento quæſitum eſſet ius tertio, quià quamuis illicitum ſit, efficax eſt, nec illud invtile reddit ſecundo loco conceptum iuramentum licitum, ſequitur Decius conſilio. 533. nu. 13. Sed hæc ſententia vera non eſt, quià iuramentum illicitum ſeruandum non eſt. c. non eſt obligatorium de reg. iur. li. 6. c. intellecto. de iure iur. vergit enim in interitum ſalutis æternæ, vnde ſeruari non debet. c. quamuis pactum de pactis. lib. 6. c. cum contingat de iure iur. quæ ſententia obtinet, etiam ſi ex huiuſmodi iuramento quæſitum ſit ius tertio, vt probatur aperta conſtitutione. c. tua nos. de iure iurando. hinc defluit, vt reuocatio teſtamẽti non valeat, cum iuramentum emiſſum de non reuocando licitum honeſtumq; ſit. Aduerſus Iaſſ.

106 Diuerſas Ioannis opiniones in vnam

in vnam quaſi conſonantiam iũ
gere,ac alteram alteri concilia-
re voluit Gomeſsius in.§.item ſi
quis poſtulante.num.36.inſt.de
actio.qui ait quòd ſi actus ſuper
quo iuramentum interpoſitum
eſt,pendeat ex voluntate vnius,
vt teſtamentum , & mandatum
quod procuratori datur, quam
uis iuratus ſit,reuocatur actu cõ
trario,in qua ſpecie obtinet ſen
tentia Ioannis. c. vltima volun-
tas.& Ioannis Andreæ in.c.fin.
de procurat.lib.6.ſed ſi actus pẽ
deat ex voluntate duorũ vti alie
natio fundi dotalis , primus ille
actus iuratus non infringitur ſe
cundo actu contrario.
106 Sed hæc defendi nõ poſſunt,
argumento.c.ſignificãte depig-
nor. vbi actus ſuper quo inter-
poſitum eſt iuramentum , pen-
det à voluntate & cõſenſu duo-
rum,tamen quià actus ipſe,ideſt
pactum legis commiſſoriæ in pi
gnoribus reprobatur. l.fi. C.de
pact.pigno. quamuis iuratus ſit
actu contrario reuocatur , quæ
ſententia in alienatione fundi
dotalis pari ratione obtinebit.
108 Secundò cõciliat Bar.l.ſi quis
pro eo. nu.9. ff. de fideiuſſo. di-
cẽs quòd ſi quis iuratò pollicea-
tur , non facturum ſe quod iure
facere nõ licet,huiuſmodi actus,
contrario actu non reuocatur,
& in hac ſpecie obtinet ſenten-
Interpretatio noua — tia Ioãnis Andreæ in.c.licet mu
lieres.ſed ſi quis iuret non factu
rum ſe quod facere poterat le-
gis permiſsione , actus primus
iuratus contrario actu reuoca-
tur,in prima ſpecie obtinet ſen
tentia Ioannis Andreæ in. c.li-
cet mulieres.in ſecunda obtinet
ſententia ipſius met Ioannis in.
c.fin.de procurat.lib.6.& Ioan-
nis in.c.vltima voluntas.Barto-
lo accedit Philip. Francus in. c.
licet mulieres.& hanc ſententiã
dicit cõmuniter eſſe receptam
Alexan. conſilio.16.lib.3.domi-
nus Couar. c. quamuis pactum
2.parte.§.2. num.4. Bernardus
Diaz regula.476.limitatione.1.
109 Hanc receptam opinionem
refutat Coraſi.l.admonendi. ff.
de iure iur. in præludijs. nu. 28.
illuſtriſsim9 dominus Couarru.
c.quamuis pactum. 2.parte.§.2.
nu.4.de pactis.lib.6.argumẽto.
c. ſicut ex literis de ſponſal.vbi
qui iurauerat ſe Iſabellam ductu
rum vxorem, fracta iurisiurãdi
religione cum Maria matrimo-
nium contraxit,inquit Summus
Põtifex, matrimonio infirmari
ſpõſalia iurata atq; ita cõtract9
ſponſaliorum qui à lege appro-
batur, etiam iuratus ab rumpi-
tur actu contrario à lege impro
bato:id eſt matrimonio contra-
cto cum alia,q̃ cum ſponſa. hu-
ius cõſtitutionis authoritate in-
nitens à communi conciliatio-
ne diceſsit dominus Couarru-
uias cuius ſententiæ non fauet.
c.ſicut.
110 Quinimo receptam ſenten-
tiam fulcit , quià ea eſt natura
ſponſaliorũ, vt infringãtur ma-
trimonio vt pote actu validiori
c.fi.



c.fi.de ſponſal.c.1. de ſpõſa duo
rum. vnde quamuis iurata ſint
ſponſalia, reuocantur,vt conſti
tuit.c.ſicut. quià iuramentũ non
mutat naturam actus.l.fin. C.de
non nume.pecu.& hoc eſt quod
cauetur illa cõſtitutione. c. ſicut
ex literis. quod ex eo apparet,
quià ſponſalia non infringũtur
ſecundis ſponſalibus iuratis, vt
pote actu pari , nec fortiori. c.
pe. de ſponſal. c. ſicut ex literis.
in fine.ex quo depromitur iura
mentũ nõ impedire quim actus
primus , qui ſua te natura erat
reuocabilis , reuocetur contra-
rio actu fortiori:vti explicat Ioã
nes Imola. c. cum contingat. de
iure iur. nu.84. ſequitur Natta
conſilio.426.nu.7. lib.2. at quæ
Bartolus dicit conciliãs has opi
niones,obtinent in actibus,qui
æquales ſunt,nec alter altero re
uocari poteſt : vt ſit in ſpecie. c.
licet mulieres.
111 Contrariam ſententiam , vt
inconſulto prætore poſsit ali-
mentarius iuratò renuntiare iu
ri alimentorum, defendit Bart.
l.ſi quis pro eo. nu.17. ff. de fide
iuſſo. ſequitur Alex. & eius ad-
ditio.nu.2. l. de alimentis. C.de
tranſactio.vbi Corneus num.3.
Iaſſ.nu.4.Decius nu.12.Curt.Iu-
ni.nu.6. qui in repetitione nu.3.
ait quæſtionem eſſe pro amico.
hanc ſententiam ſequitur idem
Iaſſ. l. cum ij in principio nu.11.
ff.de trãſactio.hanc teſtatur cre
brius receptã eſſe Alciat.reſpõ-
ſo.267.nu.3. Tiraque. l.ſi vnquã
in præfatione. nu.141. C. de re-
uo. donat. & Oroſcius dicta. l.
cum ij.§.ſolet.nu.12. dñs Couar-
ruuias.c.quamuis pactum.2.par
te.§.6.nu.4. de pactis.lib.6. mo-
uit Bartolum vt hanc opinionẽ
defenderet, ꝙ tranſactio de ali
mentis futuris non fit incõſulto
prætore,ne modico præſenti re
nuntiet quis alimentis futuris,
non autem vetat lex alimenta-
rium trãſigere, propterea quòd
tranſactio de alimentis ſit cõtra
bonos mores.l.cum ij.ff.de tran
ſactio.vnde cum priuatorũ emo
lumento præcipuè lex conſulat,
ne tranſigi poſsit de alimentis
futuris conſtituit,ſecundariò au
tẽ Reipublicæ fauore hoc intro
ductum,quià publicè intereſt ci
ue eſſe locupletes. auth. vt iudi-
ces ſi ne quoquo ſuffragio.§.cõ-
ſiderauimus. ſemper autẽ ſequi
mur quod principaliter agitur.
l.ſemper in ſtipulationib9.ff. de
reg.iur.cumq; tranſactio de ali-
mentis futuris principaliter pri
uatorũ fauore prohibita ſit, hoc
cõſiderari oportet, vt iudicem9
an renuntiari poſsit futuris ali
mẽtis, cum legi in priuatũ cuius
cumq; emolumentũ conditæ re
nuntiari poſsit.l.ſi quis incõſcri
bendo.C. de pactis. Item quòd
trãſactio ſit prohibita principa
liter priuatorũ fauore apparet,
quià qui cõtra legis præceptum
trãſigit, ſi poſt trãſactionẽ fame
laborauerit, ipſe maiori dãno
afficietur,quã Reſpublica.quod
autem trãſactio ſi principaliter
ſit

ſit prohibita fauore priuatorũ
firmetur iuramẽto docet Abb.
in.c.cum contingat.nu.5. de iu-
re iur.vbi Alcia.nu.95.

112 Hæc Bartoli recepta opinio,
quæ ait tranſactionem defutu-
ris alimentis iuramento firmari,
ex eo vera apparet, ꝙ contra-
ctus invalidus ſecundum iuris
regulas iuris iurandi acceſsione
firmetur.c. licet mulieres.de iu-
re iur. lib.6. his verbis proprio
iuramento firmãtes: quæ verba
pro hac ſententia penſitauere
Dominicꝰ Paul.& Anchar. ibi.
Bart.l.ſi quis pro eo.nu.8. ff. de
fide iuſſor. Bald. c. cum contin-
gat.nu.8.de iure iur.Ioann.Imo
la nu.16.Alciat.nu.115. hanc opi
nionẽ magis probat Ioan.And.
ſcholio ſeruari. c. quamuis pa-
ctum de pactis.lib.6. & Accur-
ſius ſcholio cõtractibus in auth.
ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uerſus vend. hanc dixit commu
niter receptam eſſe Bart. inibi.
nu.3.Corneus nu.22. Curt.Iuni.
nu.25.eamqꝫ vbiqꝫ ſeruari con-
ſuetudine affirmat Iaſſon nu.36.
& dixit communiter approbari
dominus Couarru. c. quamuis
pactum.depactis.lib.6.in.2.par
te.§.1.nu.7.Anton. Gomez tra-
cta.de contractibus. c.14. nu.2.
Gregorius ſcholio.deueſer.in l.
6.titulo fin. par.6. Hieronimus
ſchuph.conſili.129. nu.14. inter
conſilia feuda. Caſſaneus conſi-
lio.39. nu. 23. Siluanus conſilio.
40.nu.3.lib.1. hanc opinionem
dicit tenendam eſſe iudicando
ac conſulendo Hippo.Riminal.
in principio inſti. quibꝰ aliena.
licet vel non.nu.208.

113 Hæc recepta ſententia ratio-
nem habet, quià iuramentum
ſeruandum eſt, ſi ſeruari poteſt
abſqꝫ animæ reatu. c. quamuis
pactum. de pactis. lib.6. c. licet
mulieres. de iure iur.lib.6. ergò
& contractus ſeruãdus eſt, quià
ſi contractus nõ ſeruatur, quod
ſolutum eſt propter iuris iuran
di interpoſitam religionem, re-
peti poteſt. c. debitores de iure
iur.vnde vis & poteſtas iuramẽ
ti non ſeruatur, innaniſqꝫ & ſi-
ne effectu erit deciſio. c. quãuis
pactum.& auth.ſacramenta pu
berum. illis verbis.(inuiolabili
ter cuſtodiãtur), cum magis ver
bis q̃ꝫ rebus videatur lex impo-
ſita contra regulam.l.2.C. com-
mu.de legat. cumqꝫ iuramẽtum
ſeruandum ſit,& contractus ſer
uabitur, cui iuramentum acce-
dit : vti explicat Alciat. c. cum
contingat.nu.116.Secundò hæc
ſententia commendatur deciſio
ne.c.cum contingat.de iure iur.
vbi agitur de mulieribus, quæ
dum matrimonium cõcors eſt,
coguntur rerum dotalium alie-
nationem ſeruare, cui iuramen
to interpoſito conſenſere: ſolu-
to autem progreſſu tẽporis ma
trimonio alienationem contra
dicũt, an hoc permiſſum ſit quæ
ritur, reſpondet Summus Pon-
tifex mulieres ſeruare debere
emiſſum ius iurandum, vt reſpõ
ſio ſit qualis interrogatio, quod
ſemper



ſemper præſumitur. l. ſi defen-
ſor, §.qui interrogatus.ff.de in-
terrogat.actio. §.præterea.inſt.
de inutili. ſtipular.ſic eſt accipiẽ
da, vt mulieres iuramentum ſer
uent, ideſt alienationem nõ con
tradicant, quià iuramento polli
citæ ſunt non infringere aliena
tionẽ.Igitur ex his patet in. c.cũ
contingat.nedum agi de ſeruan
do iuramento ſed ipſo contra-
ctu ſeruando, qui iuriſiurandi
acceſsione confirmatus eſt. hæc
interpretatio depromitur ex in
tentione Ioannis Monachi in
c. licet mulieres. de iure iuran.
lib. 6.

114 Tertiò hæc opinio defendi-
tur validiori quodã propugna-
culo. c.quamuis pactum. de pa-
ctis,lib.6. vbi filia cum patre cõ
uenit vt contenta eo quod dotis
nomine ei pater dederat, nihil
amplius peteret de bonis pater
nis, quam pactionem licet im-
probet lex ciuilis, ſi tamen iuris
iurandi acceſsione confirmata
ſit, ſeruandam eſſe textus conſti
tuit, qui apertè agit de pacto ſer
uando. vnde apparet iuramẽto
pactionem confirmari, atqꝫ ita
explicat Ioannes Andreas ſcho
lio ſeruari. ſequuntur Ioannes
Monachus & reliqui doctores.
Iaſſ.auth.ſacramenta puberum.
nu.40. C. ſi aduer.vend.hoc eſt
receptum vt.c.quamuis pactum
in omni ſui parte agat de pacto,
quod iuramento confirmari de
cernit, vt tradidit Decius.l. pa-
ctum.col.2.C.de collatio. quam
uis aliter explicet Alciat. in. c.
cum contingat. qui de promp-
ſit ex Peruſino in.c. quamuis pa
ctum. not. 4. ſed argumentis à
iure ductis ſententiam Peruſini
& Alciati refutat Riminald. in
principio inſt, quibus aliena.li-
cet vel non.nu.209.

115 Quartò hanc opinionem ful
cit auth. ſacramenta puberum.
C. ſi aduerſus vendi. illis ver-
bis (inuiolabiliter cuſtodian-
tur) quibus apparet non poſſe
eum contradicere actum, qui iu
rauit non retractare, vti notat
Abb.c. cum contingat nume.8.
de iure iur. inibiqꝫ Alciatus nu.
116. facit. l. 16. titulo. 11. part. 3.
apertiuſqꝫ approbatur hæc opi
nio.l.56. titulo.5. part.5. l. 6. ti-
tulo. 19. part. 6. quæ aptius de
promuntur ex auth. ſacramen-
ta.ſi ſupponamus ꝙ contractus
præcedit iuramentum.l.non du
bium. C. de legibus. ſed tex. in
auth. ſacramenta puberum ait,
ꝙ iuramentum cuſtodiatur po-
ſitum ſuper contractibus rerum
ſuarum non retractandis; vn-
de ſi vult conſequens vt iura-
mentum ſeruetur, vult & ante-
cedens, vt contractus non irri-
tetur, ſed efficax ſit.argumento.
l. illud. ff. de acquir. hæred. ex-
quibus colligitur opinionẽ Bar
toli dicentis in. l. ſi quis pro eo.
quòd ſuper futuris alimentis trã
ſactio facta inconſulto præto-
re valeat, ſi iurata ſit, veram
eſſe.

117 Mihi autem ſuperior ſenten

tia verior videtur & tranſactio
nem de futuris alimentis factam,
quamuis iurata ſit, non valere,
quam opinionem dixit eſſe mul
tò probabiliorem Corraſi. in. l.
admonendi. in præludijs. nume.
56. ff. de iure iur. eamq; magis
probauerant Inno. Abb. Imola,
& Barb. c. cum contingat. de
iure iur. quam dixit communem
Alciatus in. c. cum contingat.
de iure iur. numer. 132. qui ait
quòd opinio contraria non eſt
communis, nec obtineret de fa
cili in practica, nec eſt lex ciui-
lis nec canonica, quæ conſtitue
rit contractum inefficacem con
firmari iuramento, quod neceſ-
ſariò requiritur, vt valeat, ac cō
firmetur. l. legitima. ff. de pactis.
ꝙ ipſa vis ac poteſtas iuramen
ti apertè demonſtrat: nam vt
ait vates ille Diuin9 ad Hebræos
6. omnis controuerſiæ homi-
num finis, ad confirmationem
eſt iuramentum. c. & ſi Chriſtus.
de iure iur. vbi ſcribitur iura-
menti definitio, & iuramentum
(inquit text9) eſt cōfirmatio: ve
ritas autem firma eſt, nec vllo
errore vitiatur. l. illicitas. §. veri
tas. ff. de offi. præſidis.

117 Ex hoc igitur quod iuramen
tum confirmet veritatem, ap-
paret iuramētum ad perſonam
iurantis ſpectare vt fidem ver-
borum eius confirmet, non ad
rem iuratam, itaq; iuramen-
tum non confirmat actum, vt
ei vires roburq; adijciat, ita vt
ſi inefficax ſit, efficacem red-

Interpretatio noua

dat: ſed fidem iurantis confir-
mat, vt ipſe qui iuratò promiſ-
ſit fidem non fallat, effectum ta
men actus ipſius non mutat iu-
ramentum, quod iure aperto
probatur. c. nouit. de iudicijs
vbi pacis fædera firmata fuere
iuramento, quæ Rex Franco-
rum non cogitur ſeruare, ſed
id tantum, vt ſolidam pacem re
formet, aut treguas ineat: cum
diſcrimen ſit inter hæc: fædus
enim perpetua pax eſt: treguæ
verò in taxatum definitumq; tē
pus fiunt: vti Abb. ſcriptum re-
liquit in dicto. c. nouit. notabi-
li pe. numer. 10. de iudicijs. qui
ait de tregua textum agere non
de fædere, cùm dicat tempus pa
cis taxatum fuiſſe. Sed Supre-
mus Pontifex cogit Frācorum
regem, vt ſolidam pacem refor
met, aut treguas ineat copeten
tes: nec cogit in ſpecie ſeruare
actum iuramento firmatū: ergò
iuramentum non firmat contra
ctum, vt ſeruari præciſè debeat,
ac ſi validus efficaxq; contra-
ctus initus eſſet. l. ſicut. C. de
actio. & oblig. ſed confirmat fi-
dem iurantis, vt eam non deſe-
rere cogatur, & iuramentum
ſeruare.

118 Atq; ita nouo ſenſu declarā-
dus eſt textus in. c. quamuis pa-
ctum. de pactis. lib. 6. qui vide
batur aduerſæ ſententiæ partes
defendere, ac vnicum eius eſſe
propugnaculum: vt qui pactus
eſt, promiſſam fidem iuramen-
to firmatam ſeruet, ſed pactum
ipſum



ipſum id eſt pactionis cōtractus
non firmatur, cum iuramentum
ad perſonam pertineat non ad
contractum, vnde fides contra-
hentis firmatur iuramento, non
autem ipſa pactio: hinc fiet ꝙ
iuramentum cum ad perſonam
iurantis tantum expectet, per-
ſonam nō eggredietur: quo ſen
ſu ſi accipiamus hac de re agen-
tes conſtitutiones, verè inter-
pretabimur. quamuis illuſtriſ-
ſimus dominus Couarruuias. c.
quamuis pactum. 2. parte. §. 1.
numer. 75. dixerit nullam pati
congruam reſpōſionem hæc iu-
ra. Hinc ceſſat illa pietas, qua
impellitur dominus Couarru-
uias in. c. quamuis pactum. de
pactis. lib. 6. 2. parte. §. 6. num. 4.
vt exiſtimet ſententiam hanc,
vt futurorum alimentorum trā
ſactio inconſulto prætore facta
ſeruanda ſit, non obtinere, ſi
ille qui trāſegit in ſummam per
uenerit egeſtatem, in quo caſu
relaxari iuramentum debet, ac
alimenta præſtari. hæc neceſſa-
ria non ſunt, cum iuramento
non confirmetur tranſactio.
Vnde ſiue fame laboret is, qui
tranſegit, ſiue non præmatur
egeſtate ſumma, iuramenti vin-
culo laxato alimenta petet ſuo
iure. Idem eſt in ſpecie de qua
agit Hippo. Riminald. in prin-
cipio inſt. quibus aliena. non li-
cet. nume. 268. qui ait fundi do-
talis alienationem iuratam non
cōfirmari iureiurādo, ſi quo tē-
pore alienatio fit, vir ad inopiā
vergeret, quià cum de filiorum
præiudicio agatur, ob pericu-
lum ne filij educari poſsint, ef-
ficax non erit alienatio.

119 Huius controuerſiæ effectus
ſunt non pauci. Primus ꝙ cum
iuramentum ſit perſonale. c. ve-
ritatis. de iureiurando. perſo-
nam non eggredietur, nec obli
gatio ad hæredes tranſibit, ſed
iurantis ipſe hæres poterit con-
trauenire, at ſi confirmaretur
contractus iuramento, non po
terit contrauenire per ſe, nec
per ſucceſſorem. Bart. l. ſi quis
pro eo nume. 9. ff. de fideiuſſ.
Abb. in. c. cum contingat. num.
8. de iure iur. tradit Coraſius in
l. admonendi. ff. de iure iur. in
præludijs. nu. 57. Anto. Gomez
in tracta. de cōtrac. c. 14. nu. 19.
plures, quos aggregat Alciatus
in dicto. c. cum contingat. num.
123. illuſtriſsimus dominus Co-
uarruuias in. c. quamuis pactū.
de pactis. lib. 6. 2. parte. §. 1. nu.
7. Sed quomodo hoc accipien-
dum ſit, latius explicat idem do
minus Couarruuias in. c. quam-
uis pactum. 1. parte. §. 5. num. 4.
vbi multis probat etiam in pro
poſito hæredes eius, qui iura-
uit, teneri ſeruare id, quod an-
teceſſor promiſsit: quod an ve
rum ſit, alij dijudicent, nō enim
ex re noſtra eſt, qui de alimentis
agimus, quæ ad hæredes non
transferuntur.

120 Secundus eſt effectus, ꝙ qui
iurauit, poſtquā ſeruauerit ius
iurandum, poterit repetere per


condi

condictionem ſine cauſa. c. debitores. de iure iur. notat Coraſius dicta. l. admonendi. nume. 57. Bart. l. ſi quis pro eo. nu. 6. ff. de fideiuſſ. Abb. in. c. cum contingat. de iure iur. nume. 8. & ibi Ioann. Imola numer. 66. ꝙ ſi contractus initus abſimilis ſit contractui vſurarum, laxato à Suppremo Pontifice iuris iurandi vinculo ille qui iuramentum emiſsit, contrauenire poterit. c. 1. de iure iur. tradit latè illuſtriſsimus dominus Couarruuias lib. 1. varia. reſolu. c. 4. numero. 6. plurima in huius articuli enodatione aggregant commentatores in. c. cum contingat. de iure iur. & alibi paſsim, quæ conſultò relinquo, ijs contentus quæ ad propoſitam rem pertinet.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. item reſcriptum.


*Haeredes filij coguntur alere patrem teſtatoris, qui in ſummam egeſtatem deductus eſt, nu. 1. 2.*

*Paragraphus iſte agit de filio emancipato, & de eo qui in patris eſt poteſtate, ſed caſtrenſia bona aut quaſi caſtrenſia habet, nume. 3.*

*Hæredes patris eius filios alere tenetur. numero. 4.*

*Frater patris hæres ſororem alere tenetur, dum nubit ſoror cui dos relicta eſt, nec alimenta reputabit frater, idem eſt ſi hæres ſit extraneus, nu. 5.*

*Hæres patris cogitur alere filium quamuis filius exhæredatus ſit. nu. 6.*

*Hæres filij an cogatur alere patrem teſtatoris, qui habet matrem aut fratrem diuites, nu. 7.*

*Hæres filij non cogitur alere teſtatoris patrem, qui auum maternum habet, nu. 8.*

*Hæres patris cogitur alere filium ſpurium teſtatoris, & hæres filij ſpurij cogitur patrem alere, nu. 9.*

*Subſtitutio pupillaris expreſſa quamuis repellat matrem à bonis filij, ſi mater egeſtate prematur, ali debet ab eo, qui pupillariter ſubſtitutus eſt, nu. 10.*

*Monaſterium tenetur alere filios monachi. nume. 11.*

*Pater qui egenos habens filios ingreditur monaſterium filiorum cura ſpreta mortaliter peccat, nu. 12.*

*Monaſterium quando tenetur alere filios monachi non minus alimentorum nomine præſtabit, quàm ſit vſusfructus legimæ filiorum, nu. 13.*

*Filius viuo patre monacho petere poteſt partem legitimam, quæ ad eum mortuo patre peruentura eſſet, nu. 14*

*Filius, ſi bona ſua dilapidet pater, poterit petere in iudicio vt pars bonorum patris in alimenta filij conſtituatur, nu. 15.*

*Legitimam nõ tenetur pater dum viuit aſſignare filio. nu. 16.*

*Arrogatus filius ſi moriatur viuo patre arrogatore an tranſmittat ad hæredes ius quartæ, nu. 17. vſq; ad. 20.*

*Pater meliorationem fecit tertiæ & quintæ filio, ſcripturam aut poſſeſsionem bonorum ei tradidit, aut ex contractu oneroſo cum tertio inito ſecũdum formã. l. 17. Tauri. quo caſu conditionẽ adiecit, vt ſi filius ſine liberis vita deceſſerit, melioratio in vim maioratus facta deuoluertur ad filium ſecundò genitum, & plures ſi ſecundò genitus ſine liberis moreretur ſubſtitutiones fecit, primogenitus, cui melioratio primo loco facta eſt, deceſsit viuo patre, qui meliorationem fecit, an pater reuocare meliorationem poſsit in præiudicium eius, qui eo ſine liberis mortuo, ſucceſſurus erat in meliorationem tertiæ & quintæ. diſputatur latè à nu. 21. vſq; ad. 60.*

*Pater qui plures habebat filios vni eorum tertiæ & quintæ meliorationem fecit hac conditione vt ſi ſine liberis decederet, fratribus reſtitueret, omnes ſine li-*

*beris mortui ſunt, & melioratio deuenit ad vltimum, qui vnicus eſt, qui meliorationi contradicit propterea, quod ſit vnicus, & filius vnicus meliorari nō poßit. traditur, nu. 61. 62. 63.*

*Alimenta ad hæredes alimentarij an tranſeant, nu. 64.*

*Alimenta qui capere debet ſi neget præſtita fuiſſe alimenta, & præterita alimenta petat, præſtitiſſe ſe alimenta probare tenetur, qui dare debet, & quomodo probari debeat, nu. 65. 66. 67.*

*Sumptus ſi ſint neceſſarij, vt aliquid fiat, ſi reperiatur factum, præſumitur factum ab eo, qui facere tenebatur, nu. 68. 69.*

*Alimenta minutatim dantur ideo perſpectis rationibus vnius menſis aut anni ſequentium annorum rationes ſimili modo expungi debent iure iurādo illius qui alimenta præbuit, nu. 70.*

*Alimenta qui præbuit, iurare tenetur quantum de ſuo in alimenta erogauit, nume. 71.*



# ITEM RESCRIPTVM

## EST HÆREDES FILII AD EA

præſtanda quæ viuus filius ex officio pietatis ſuæ dabat, inuitos cogi non oportere: niſi in ſummam egeſtatem pater deductus ſit.

1 EX HOC. §. colligunt interpretes heredes ſilij cogendos eſſe alimenta præſtare patri, qui in ſummam egeſtatē deductus eſt: vti Bart. poſt Accurſium deduxit ex hoc textu. quæ ſententia in extraneis hæredibus locum habet, quia ſi liberi eſſent, ipſi quidem iure ſanguinis alere cogerentur, vt conſtituitur in. §. vtrum ſupra, tradit Accurſius hic. ſcholio hæredes. ſequitur Bart.

2 Ipſe Accurſius huic concluſioni opponit. l. hæres liberti. ff. de obſequijs. vbi hæres liberti non cogitur alimenta præſtare patrono. huic dificultati ſatisfacit Bart. hic nume. 1. qui ait textum hunc de hærede filij agere. ſed. l. hæres liberti. de hærede liberti. nec ipſe Bartol9 huius diſcriminis, quod conſtituit inter hæredem filij, & hæredem liberti, rationem ſubijcit. Sed ea mihi videtur eſſe, quia libertus iure ciuili alere patronum tenetur, §. ſolent infra iſta lege. l. 10. titulo. 22. part. 4. & legitimam partem mortis tempore relinquere. l. 1. verſ. poſteriores. ff. de bonis libert. quæ pars Iuſtiniani cōſtitutione tertia eſſe debet. §. ſed noſtra inſti. de ſucceſſio. libert. debet enim libertus maior centenario patrono tertiam hæreditatis partem relinquere, vt tradit Iaſſon. l. reconiuncti. nume. 242. ff. de leg. 3. qui ait hanc partem non eſſe tertiam bonorum, vt ſcripſit Soci. l. 1. §. bonorum colu. 1. ff. ad Trebellia. dum interpretatur. §. ſi patronus. l. in conditionibus. ff. de cond. & demonſt. ſi vel moriens tertiam hæreditatis libertus patrono reliquerit, vel viuus obligatione operarum dimiſſus ſit, alendi onere liber ſit: niſi poſteriori hoc caſu per inuidiam, ideſt, per populi voces & clamores, alere cogatur: cum diues libertus ſit, patronus verò egenus. l. libertus qui. ff. de operis libert. quæ obligatio ceſſat mortuo liberto, cuius bonis nō cohæret. vnde eius hæres non tenetur teſtatoris patronum alere, cui nec reuerentiam debet. Non hæc locum habent in hærede filij, qui iure gentium pa-

rere patri tenetur.l. veluti.ff.de
iuſt. & iure. ipſoq; naturæ iure
alimēta ſubminiſtrare ciconia-
rum exemplo, vti ſcripſimus in
§.parens.vndelicet quartam bo
norum partem filius mortis tē-
pore reliquerit. l. nam & ſi pa-
rentibus in principio. ff. de in
offi.teſta. ſemper tamen illi con
ſulere debet, nec aliqua de cau-
ſa obligatio hæc alendi patris
egeni, qua filij bona aſtricta
ſunt, tolli poterit.argumento.l.
2.ff. de alim. & cibar.leg. ſcrip-
ſimus de hac obligatione in .§.
parens.tradit Bartolus hic nu.1.

3 Themati, quod ex lege dedu
ximus opponitur.l.2. ff.de caſt.
peculio. qua oſtenditur, filium
qui in patris eſt poteſtate non
poſſe teſtamentum cōdere, nec
hæredem habere. hunc nodum
diluit Bartolus, qui ait textum
hunc de filio agere emancipa-
to, vel de eo qui quamuis in pa-
tris ſit poteſtate, peculium ca-
ſtrenſe habet, de quo teſtamen
tum condere poteſt.l.2. l.propo
nebatur. ff. de caſtren. pecu.
quæ ſententia vera eſt.

4 Huius textus concluſionem
agentis de hærede extraneo fi-
lij dilatant interpretes, & ad
hæredes patris trahunt, qui fi-
lios teſtatoris alere tenentur:
quod huius.§. argumento. tra-
didere Ripa nume. 42. Ioann.
Crotus.nume.30. Ferdinandus
Loazes.nume.96. in.l. filius fa-
milias.§.diui. ff.de legat.1. Quæ
ſententia obtinet in eo, qui in
vtero eſt, & à patre ex hereda
tur, hūc cogetur hæres alere, ne
fame necetur is, qui poteſt ali-
quo caſu hæres eſſe: vnde æquiꝰ
eſt vt alatur. l.1. §.intereſſe. ff. ſi
mulier ventris nomi.l.1.§.ſed &
ſi incertum.&.§. ſatius. ff. de vē
tre in poſſe. mitt. tradit Specu-
lat.titulo qui filij ſint legiti. nu.
19. ſequitur Petrus Faber. in.l.
quoties. ff. de regu.iuris. exem-
plum poni poteſt in ſpecie.§.
ſed & ſi incertum. cum teſtator
dixerit, ſi filius mihi vnus naſce
tur exhæres eſto, quià filia naſci
poteſt, venter aletur, ac in poſ-
ſeſsionem mittetur: ex qua lege
colligitur, quòd odio exhære-
dationis maſculinum non con-
cipit fæmeninum. quæ opinio
cōmuniter recepta eſt teſte De-
cio.l. fæminæ. ff. de reg. iuris.
nume.103.qui tentauit, quòd in
§.ſed & ſi incertum maſculinum
fuit geminatum, quæ conſide-
ratio refellitur per.l. qui duos
ff.de legat.3. &.l. quiſquis. ff. de
verb. ſig. Sed hodie deciſio.§.
ſed & ſi in certum. non poteſt
ſtare, quià poſthumus ex hære-
dari non poteſt ſecundū ea quæ
doctores tradunt in auth. non
licet. C. de liber.præter. & in.l.
ſi quis in ſuo.§.legis. C.de inoffi
ci.teſta. vnde fit vt Speculato-
ris opinio nullo caſu locum ha
beat: cum poſthumus exhæ-
redari non poſsit, atq; ita ne-
ceſſariò ali debet, ac in poſſeſ-
ſionem mitti; huius.§. argumen
to defendi poteſt ſentētia Bart.
l.qui



l. qui filium. nume. 1. ff. vbi pu-
pil.edu. debeat. qui ait ꝙ ſi filio
hærede inſtituto pater filiæ do-
tem relinquat, dum filia non nu
bit ali debet à fratre de ſuo, nec
alimenta reputabit frater, aut
repetet à ſorore, cui integram
dotem ſeruare tenetur. tradunt
Cynus & reliqui interpretes in
l.alimenta. C.de nego. geſtis. q.
fin.ſequitur Bald. in dicta.l. qui
filium.& Alexand.conſilio.48.
lib.3.Pariſius conſilio.108.num.
47. lib.3. Ioannes Luppus in.c.
per veſtras. de donatio. inter
vir. & vxor.§.20.nume.4. &.§.
24. nume. 4. Caſſaneus & Be-
roius, quos refert Baecius tra-
cta.de non meliorandis filiabus
c.12. nume.39. qui in hærede ex
traneo locum habere hanc ſen-
tentiam exiſtimant, qui filiam
teſtatoris alere cogetur, dum
non nubſit, nec alimenta im-
putari debent in partem lega-
tæ dotis, quià pater alere tene-
batur filiam, dum non nube-
ret, ſic eius hæres, hoc placuit
Cyno. ſequntur doctores in. d.
l. alimenta. huic opinioni acce-
dit Salice. in. l. non omni in fi-
ne. C. de adminiſt. tuto. Angel.
de gambelionibus iu tractatu de
teſtamentis glo. 61. numero. 5.
hanc ſententiam dicit reponen
dam eſſe immis ſenſibus, quià
poteſt frequenter contingere
Euerardus loco ab alimentis ad
dotem. numer. 7. Sed licet ali-
menta in propoſito non debeāt
imputari in dotem, fructus ta-
mē rei in dotem relictæ ſibi quæ
ret ille, qui alit: vt ſcripſimus in
§.ſi mater.nu.35. ſupra iſta lege.

6 Item huius.§.ſententia locum
habet in hærede patris, qui fi-
lios alere compellitur, ſicut in
hærede filij, qui patrem cogitur
exhibere: ſed tum demum alit,
quando in ſummam egeſtatem
pater deductus eſt, eodem mo-
do filiū hæres patris alere coge-
tur, ſi in ſummam egeſtatem de
ductus ſit filius: tradit Marianus
Socinus cōſilio.134. nu.33.lib.1.
quæ opinio iure Regio appro-
bata eſt.l.6.titulo.19.par.4.quæ
hanc opinionem extendit, vt lo
cum habeat etiam ſi filius, qui
alimenta petit, ex hæredatus ſit:
quod lege illa nouè introduci
atteſtatur Gregorius ibi ſcho-
lio padre. idem ſi legitimam fi-
lius perdiderit, vti Matheſcla-
nus notat notab.148. cum hoc
caſu pater alere teneatur: vt ſu-
praſcripſimus. Quæ ſententia
vix in Hiſpania obtinebit, cum
bona patris extra quintam ce-
dant filio in legitimam: vnde ex
traneus in quintam ſuccedet tā
tum, de qua in funus teſtatoris
debet impendere, nec ſupereſſe
poterit, vnde teſtatoris filiū alat.
Item alendi patris onere aſtri
ctus eſt hæres filij, quamuis pa-
ter fratrem habeat, aut ma-
trē: quià hæres cogetur alere te-
ſtatoris patrem, & ſi mater aut
frater maneant, qui ſibi fratri
& filijs ſufficere poſsint, hæc
eſt ſententia Cyni in.l. alimen-
ta.in

ta.in fine. C. de nego. geſt. argu
mento huius.§.item reſcriptum
quià cum hæres habeat commo
dum bonorum patris, ad eum
debet ſpectare incommodum.
argumento.l. ſecundum natu-
ram. ff. de reg.iuris. filius enim
ſi viuus fuiſſet, alere tenebatur:
ergò & filij hæres, qui in eius
bona ſucceſsit. huic ſententiæ
acceſſere Ioann. Imola in.l. Ti-
tia.§. Imperator. ff. de legat. 3.
Marcius deciſione.324.num.4.
Contrariam ſententiam defen-
dit Bartolus hic nume.2. qui ait
alendi onus primo loco ad fra-
trem aut matrem ſpectare, quàm
ad hæredes filij. argumento.§.
idem reſcriptum. vbi neceſſa-
riò deſideratur, vt hæres filij a-
lere patrem cogatur, quòd pa-
ter ad ſummam egeſtatem de-
ductus ſit, ergò non debet ha-
bere à quo alatur: quià hæc eſt
ſumma egeſtas.argumento.l. ex
duobus. ff. de rebus dubijs. l.
eum qui. ff. ad Trebellia. & .l.
pen. ff. de aliment. & cibart.le-
gat. de quare latius tradidimus
in.§.itē reſcriptū. hanc ſentiā ſe
quitur Mari.Socy.conſilio.134.
lib. 1. quæ ex Vlpiani intentio-
ne hic apprimè deducitur.

8 Eodem modo ſi pater auum
maternum habeat, auus alere
cogetur, non hæres filij. Bart.l.
non quemadmodum. numer. 1.
ff. de liber. agnos. argumento.
huius.§. item reſcriptum. ſequi-
tur Boærius conſilio.17.nu.14.

9 Hæc concluſio non ſolum lo-
cum habet, quando filius eſt le-
gitimè procreatus, verum etiam
ſi ſpurius ſit, quià eum patris hæ
res alere compellitur, & filij hæ
res patrē. qua de re tradidimus
in. §. idem reſcripſit ſupra. vbi
annotauuimus, quod pater ipſe
ſcriptis hæredibus iubere non
poteſt, ne filijs ſuis ſpurijs alimē
ta præbeant.

10 Item ex mente & ſentētia hu
ius. §. item reſcriptum. tradidit
Zazius in tractatu ſubſtitutio-
num, in materia pupillaris. nu.
22. quod licet pupillaris ſubſtitutio
expreſſa repellat matrem à bo-
nis filij. c. ſi pater. de teſtamen.
lib.6. ſi tamen egeſtate laboret,
ali debet ab eo, qui pupillariter
filio ſubſtitutus eſt. ſequitur illu
ſtriſsimus dominus Couarru-
uias in. c. cum eſſes. nume.11. de
teſtament.

11 Quærit Bartolus hic: ſi pater
à monachis capiatur, an mona-
ſterium teneatur filijs alimenta
præbere, & teneri author eſt
Dynus hic. argumento huius
textus. quam ſententiam appro
bat Speculat. titulo qui filij ſint
legitimi. nume.14. ſequitur Bar.
hic. nu.3. huic opinioni accedit
Abb.in.c. tranſmiſſæ. nu.6. qui
filij ſint legitimi. Felinus in. c.in
præſentia. deprobatio. nu. 29.
Ripa in.l. ſi vnquàm. C. de reuo. do
nat. q.27. nume. 71. Menchaca
de ſucceſsionum progreſſu. lib.
1.§.1.nu.48. in hac ſententia fuit
idē Bar. in tractatu alimētorum.
nu. 21. vnde apparet crebriori
docto-



ctorum aſſenſu hanc opinio-
nem approbari.

12 Id tamen ſcire oportet, quod
ſi pater egenos habens filios eo
rū cura ſpreta ingrediatur mo-
naſterium, peccat mortaliter.
Diuus Thomas. 2. 2. q. 86. arti-
culo. 3. qui ait pari ratione pec-
care filium, qui monaſterium in
greditur, cum pater eius ope &
alimonia indigeat. quæ opinio
depromitur ex. c. 1. 30. diſtinctio
ne tradit Felinus dicto num. 39.

13 in caſu quo monaſterium cogi-
tur alere filios monachi, non mi
nus ex cauſa alimentorum filijs
præſtabit, quam ſit vſusfructus
legitimæ: Decius conſilio.181.&
conſilio.182.

14 Item filij viuo patre monacho
petere poterunt ab ipſo mona-
ſterio partem legitimam, quæ
ad eos mortuo patre prouentu-
ra eſſet. quæ ſententia apertè de
promitur ex. c. cum ſimus de re-
gularibus. Bernard. ſcholio mo
ra. in. c. tranſmiſſæ qui filij ſint
legit. quæ opinio non eſt alibi,
vti atteſtatur Abb. ibi. nume.6.
qui huic opinioni accedit. ipſe
Abb. in. c. in præſentia. nu.59.
deprobatio. hæc opinio com-
muniter recepta eſt, vt tradidit
dominus Couarruuias in. c. 2. de
teſtamen. num.7. Gomez Arias
in.l.4. Tauri. num.46. ſequntur
plures, quos aggregat Petrus
Dueñas regula. 356. limitatio-
ne fin. Menchaca de ſucceſsio-
num creatione. lib. 2. §. 20. num.
285. hoc filio permiſſum eſt, quià
pater qui monaſterium ingre-
ditur, poſt profeſsionem reli-
gionis habetur pro mortuo. l.
Deo nobis. C. de epiſco. & cle-
ric.

15 Aliter enim filius viuo patre
non poterit legitimam petere,
niſi pater fraudandi filij cauſa
dilapidet bona ſua, quo caſu pe
tet pro tribunali filius, vt bo-
na patris in ipſius filij alimenta
conſtituantur, quod iudex præ-
cipiet, vti Baldus ait in. l. 2. in
fine nume. 3. C. ſi quis in frau-
dem patroni. Alexand. l. Impe-
rator. nume.13. ff. ad Trebellia.
ſequitur Paulus ibi. nume.6. ſe-
quitur Ioann. Luppus in. c. per
veſtras. de donatio. inter vir. &
vxor. ante notab. §.17. nume.14.
hæc opinio crebrius recepta eſt,
vt conſtat ex numero eorum,
quos aggregat Pinelus in. l. 1. c.
de bonis mater. 3. parte. nume.
75. qui ait hanc ſententiam ob-
tinere in alimentis, quæ pater
tenetur filio præſtare, vt ſi diſ-
ſipator ſit, cogatur bona conſti
tuere, ex quibus filius alatur, ac
ipſi patri diſsipatori detur cu-
rator. argumento. l. 1. in fine. ff.
de curat. furi.

16 Legitimam autem filio conſti
tuere non cogetur, quam viuus
aſsignare non compellitur, ſed
mortis tempore relinquere. l.
lex Cornelia. ff. de vulgari. l. 1.
§. ſi impuberi. ff. de colla. bo-
no. tradit Bart. l. final. nume.2.
ff. de liber. agno. ſequitur Hip-
po. Rimald. in principio inſti.
quibus

quibus aliena . non licet. num.
53. idem Iaſſ. l. in ſuis nume. 17.
ff. de liber. & poſth. idem Iaſſ. l.
is poteſt. nu. 17. de acquir. hæred.
Alexand. l. lex cornelia. nu. 6. ff.
de vulga. Menchaca de ſucceſ-
ſio. creatione lib. 2. §. 20. nu. 285.
Oroſcius. l. ſi arrogator. nn. 120.
ff. de adoptio. dominus Anto-
nius Padilla. l. ſi emancipata. nu.
32. C. de iuris & facti igno. Pine
lus dicto nu. 75. quæ ſententia
crebrius recepta eſt, eamq; plu
rimi approbarunt, quos in vnũ
contulit Petrus Dueñas regula
356. in principio.

17 Ipſe autem pro hac ſententia
adduci non poſſe. §. ſi impuberi.
perſuaſum habeo: cum maximũ
ſit diſcrimen inter legitimam fi
liorum, & quartam, quæ arro-
gato debetur: quià legitima qua
ſi debita eſt filijs. l. & quia. l. nec
adiecit. ff. pro ſocio. l. fin. §. pe.
C. decurat. furi. l. vni. C. de his
qui ante apert. tab. ibi (tãquam
debitam). hæc opinio commu-
niter recepta eſt, vt tradit domi
nus Anto. Padilla. l. 3. C. de iuris
& facti igno. num. 32. ſufficitur
enim in locum alimentorũ, atq;
ita mortuo filio viuo patre ex-
tinguitur, quià alimenta cum vi
ta finiuntur. l. cum ij. §. modus.
ff. de tranſactio. quartam au-
tem filius arrogatus conſequi-
tur ex bonis arrogatoris. §. item
non aliter. inſt. de adoptio. §. 1.
inſt. de acquiſi. per arroga. vn-
de ius quartæ quod filius arro-
gatus habet, ad ſuos hæredes
transmittere ſi viuo arrogato-
re moriatur, ſcripſit Accurſius
ſcholio debetur in dicto. §. ſi im
puberi. qui ait ſpem quartæ,
quam filius arrogatus habet in
bonis arrogatoris, dum arro-
gator viuit ad hæredes tranſ-
mittere, atq; ita conferre debe
re, quià tamquam æs ſuum quar
tam petit. l. Papinianus. §. ſi quis
impubes. ff. de in officioſo te-
ſtamento. licet viuo arrogato-
re quartam petere non poſsit.
§. item non aliter inſti. de ado-
tio. quaſi dicat Accurſius, quòd
licet quartam arrogatus pete-
re non poſsit viuo arrogatore,
tamen purè debetur, & licet
dies petitionis non cedat, dum
arrogator viuit, cedit dies tranſ
miſsionis, quià ius habet in re.
argumento. l. cedere diem. ff.
de verb. ſig. quod ad hæredes
tranſmittit. l. cum hæredes. ff.
de acquir. poſſe. Accurſij ſen-
tentiam ſequitur Ioann. Andr.
in aditione Speculat. titulo de
feudis in rub. col. 6. & Abb. con
ſilio. 85. nume. 6. lib. 1. ea autem
de cauſa cauere filius non debet
viuo patre arrogatore de quar-
ta conferenda, quià ius ciuile
non patitur, vt agatur de hære
ditate viuentis. l. final. C. de pa-
ctis. hanc Accurſij opinionem
ſequitur Alber. in proæmio di-
geſtorum. §. diſcipuli. nume. 10.
Guillermus, Ioan. Lecerier, An-
to. de roſelis, Præpoſit9, quos ag
gregat Coſta in quæſtiõe patrui
& nepotis. pag. 6. Sigiſmundus
Neapo-



Neapolitanus cõſilio. f. nu. 144.
inter conſilia feudalia.

18 Contrariam ſententiam, vt
ſpem quartæ arrogat9, qui viuo
arrogatore deceſſerit, non trãſ-
mittat ad hæredes, defẽdit Bar.
l. ſi arrogator. nu. 19. ff. de adop
tio. argumento. §. ſi impuberi.
vbi diſcepabatur, an filius arro
gatus, qui patris naturalis bo-
norum poſſeſsionem petit, con
ferre quartam debeat, quæſtio-
nis vis in eo eſt, an hæredi ſuo re
linquat quartæ actionem, an nõ,
& tranſmittere certum eſt, ergò
de quarta conferenda cauebit,
ſed hoc inquit Vlpianus, ita de
mum ſi iam nata eſt quartæ peti
tio, quæ mortuo arrogatore na-
ſcitur: verſiculus ille (ſed hoc ita
demum) ad omnia ſuperiora re
fertur: quaſi dicat Vlpianus ar-
rogatum ad ſuos hæredes trãſ-
mittere actionem quartæ, atq;
ita cauere debere de ea conferẽ
da, ſed hoc ita demum ſi nata ſit
quartæ petitio, quià arrogator
deceſſerit, quaſi dicat ꝙ ſi viuat
arrogator, actionem quartæ ad
hæredes non transfert arroga-
tus, nec de quarta conferenda
cauebit.

19 Item hæc ſententia colligitur
ex. §. ſi impuberi. illis verbis (cau
tionem quoq; ceſſare) coniun-
ctio (quoq;) implicatiua eſt, im-
plicat enim idem eſſe quod in ſu
periori caſu, tradunt interpre-
tes in. l. labeo. ff. de pactis. Socy.
in rub. ff. ad trebelli. nume. 5. ſe-
quitur Ioan. Oroſcius. l. item in
poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui.
nume. 3. vnde cum dicat Vlpia-
nus viuo arrogatore cautionem
quoq; ceſſare, innuit & trãſmiſ-
ſionẽ quartæ, vt implicet idem
eſſe in vtroq; caſu: hanc Bartoli
ſententiam, quæ apertè depro-
mitur ex mente Vlpiani, ſequi-
tur Signorolus. l. ſi arrogator.
nume. 31. ff. de adoptio. vbi Oro
ſcius nume. 7. atteſtatur hanc eſ-
ſe communem ſentẽtiam, quam
dixit videri communiorem Co-
ſta in quæſtione patrui & nepo
tis. pag. 23. qui ait hanc eſſe ve-
riorem ſententiam, cui ipſe ac-
cedo.

20 Defluit enim hæc opinio ex
intentione iuris ciuilis, quo iure
docemur correlatiuorum can-
dem eſſe diſpoſitionem. l. 1. C. de
cupreſsis. lib. 11. de quo latius ali
bi ſcripſimus. ſed eadem cauſa,
quæ arrogatori vſumfructũ dat
ex bonis arrogati, dat arrogato
quartam ex bonis arrogatoris.
§. 1. inſt. de aqui. per arrogat. l. ſi
arrogator. ff. de adoptio. ergò
vtriusq; ius æquale erit, non
enim plus iuris habebit arroga
tus ad quartam, quam arroga-
tor ad vſumfructum. argumẽto.
l. nihil. ff. de coniungendo cum
emanci. liber. eius. ſed ſi arroga
tus deceſſerit viuo arrogatore,
vſumfructum arrogator reſti-
tuit hæredibus arrogati, nec ſibi
quærit. l. nõ aliter. ff. de adoptio.
ergò pari ratione arrogatus qui
viuo arrogatore deceſſerit, non
tranſmittet ius quartæ ad ſuos
hæredes

hæredes, quod verum eſt. cum ꝙ Vlpiani ſententia manifeſta ſit in dicto. §. ſi impuberi. ad ſimilia procedere licet, & argumento eius dificilem dirimire quæſtionem, quæ aprimè diſſoluitur ex illius. §. themate.

21 Quæſtio talis eſt, quæ in Hiſpania ſæpe euenire ſolet, cum primogenia ſint frequentiſsima, & meliorationis tertiæ & quintæ vſus vigeat: facti ſpecies incidit, homo quidam tertiam & quintam bonorum partem irreuocabiliter iuxta formam. l. 17. Tauri. quæ eſt. l. 1. titu. 6. lib. 5. nouæ compilat. per præceptionem filio reliquit, leges Regiæ meliorationem vocant, hac conditione, ne venderet, aut quouis titulo alienaret, ſed iure primogenij perpetuò per poſteros defferretur, ita vt indiuiduum primogenium primogenito filio cederet: quòd ſi ille, cui tertiæ & quintæ prælegatum relictum eſt, ſine liberis moreretur, reſtitueret fratri, alterivè conſanguineo aut extraneo, quos poſt primum vocauit. primus ſine liberis viuo eo, qui prælegauit, defunctus eſt, ille adimere prælegatum vult ei, quem ſecundo loco vocauerat, & in alium transferre, vtrum hoc prohibitum ſit, an verò permiſſum, quæri ſolet, & adimere non poſſe, nec meliorationem in damnum ſecundo loco vocati reuocare, author eſt Rodericus Suarez in. l. quoniã in prioribus, in declaratione legis Regiæ. q. 8. C. de in offi. teſta. qui hãc opinionẽ neruoſè defendit, habet enim tuta propugnacula.

*Quæſtio frequens*

22 Primò in huius ſententiæ partes allegat. l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo. vbi ſpes conditionalis contractus tranſmittitur ad hæredes, quamuis ſecundus donatarius deceſſerit viuo eo, qui reſtituturus erat. quam legem pro hac ſententia adducit Alciat. in. l. quod meo. nu. 6. ff. acquir. poſſe. Coſta in quæſtione patrui & nepotis. pag. 8. quæ conſtituit contra iuris ciuilis regulas, vt actio vtilis tranſmittatur in hæredes. (illis verbis.) vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiſſerint) ex qua lege depromitur ꝙ vtilis actio ea eſt, quæ ex æquitate deſcẽdit: quod docent illa verba. (ſed cum poſtea benigni iuris interpretatione Diui principes ei, qui ſtipulatus non ſit, vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem cõpetere admiſſerint.)

23 Qua lege fulcitur ſententia Coraſij in. l. his verbis. nu. 1. ff. de adoptio. qui ait, quòd quando per interpretationem iureconſulti lex ad caſum de quo agitur, porrigitur, vtilis actio datur. idem ait Oroſcius in. l. Barbarius. num. 26. ff. de officio prætor. vnde apparet non eſſe veram ſententiam Accurſij, ſcholio actione. in. l. curatoris. C. de nego. geſt. & in. l. ſi quis id quod

quod. ff. de iuris omni. iudi. dicentis vtiles actiones eſſe, quæ ex mente tantum legis deſcendunt. quam opinionem communiter reprobari atteſtatur Alexand. in dicta. l. curatoris. num. 5. idem Alexand. in dicta. l. ſi quis id quod. nume. 5. in. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. ſigni. Tiraquellus tractatu de ceſſante cauſa. 1. parte. nume. 136. Ex quo patet erraſſe Niconicium in rub. ff. de noui operis. nume. 184. qui ait doctores in dicta. l. curatoris probare ſententiam Accurſij, quæ improbatur ex. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio, vbi vtilis actio non datur in illis caſibus, in quibus lex non loquitur: ergò non datur ex mente legis.

34 Sed actio vtilis ad hæredes non tranſmittitur, cum ſit datiua, Accurſius ſcholio fin. in. l. cum precario. ff. de precario. hanc ſententiam dicit peregrinam, & paucis notam Iaſſo in. l. iuris gentium in principio. nu. 5. ff. de pact. poſt Alexan. in additione Bart. l. certi cõdictio. ff. ſi cert. per. Pariſius in additione Bart. l. ſi me & titium. nu. 4. ff. eod. titulo. Hieronim9 Veri9 in rub. ff. de verborum obliga. nu. 249. communiter eſſe receptam docet illuſtriſsimus dominus Couarruuias in regula poſſeſſor. 3. parte. §. 1. nu. 4. & Oroſcius in. l. iuris gẽtium. §. & ideo. nume. 5. ff. de pactis. qui Ferreti negligentiam reprehendit, qui in. l. iuris gentium. in principio nume. 50. ff. de pactis. ait ſententiam Accurſij communiter reprobari, & ꝙ ita atteſtatur Decius in. l. cum mota. nume. 7. C. de tranſactio. qui hoc nunquam ſcripſit, quamuis ſententiam Accurſij lege non probari dixerit: vnde eam reprobant Fortunius in dicto. §. & ideo. nume. 52. Oroſcius nume. 5. qui crebrius receptam eſſe non negauit.

25 Igitur ſi actio vtilis datiua eſt, actioꝗ datiua ad hæredes non tranſit, ius nouum ac præcipuum conſtituit. l. quoties, quæ ad hæredes vtilem actionẽ tranſire in illa ſpecie iuſsit, cui conuenit. l. 7. titulo. 4. part. 5. vbi ius acquiri tertio demõſtratur, quod ſine eius facto ab eo auferri non debet. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. l. ſicut. C. de actio. & obligat. vbi contractus perfectus nõ poteſt ab vno ex contrahentibus reuocari.

26 Secundò adducitur. l. final. ff. de pactis. vbi ſi reus pactus ſit pecuniam à ſe non peti, quo pacto liberatur fideiuſſor, ſi iterũ pactus ſit vt peti liceat, vtilitas prioris pacti non adimitur fideiuſſori: ergò eodem modo ſi ille qui per præceptionem accepit tertiam, ſi moriatur viuo eo, qui prælegauit, quia traditione rerum tertiæ melioratio eſt irreuocabilis, non poterit pænitere, qui prælegauit, & rem adimere ei, qui ſecundo loco vocatus eſt.

Tertiò

27 Tertiò.l. ſi partem in fine. ff.
quemadmodum , ſeruit amit.
vbi ſi perfundum meum viam ti
bi legauero,&addita hæredita-
te antequam ſcias legatam tibi
ſeruitutem eſſe ,fundum vendi-
deris, ad emptorem via pertine
bit,nec ius repudiandi legatum
tibi poteſt contingere in dam-
num emptoris: cui facto vendi-
toris erat ius quæſitum.

28 Qurtò adducitur.l.ſi conſtan
te.C. de donat ante nuptias.cu-
ius legis argumẽto ait inibi Bal
dus, quòd quãdo exinito contra
ctu inter aliquos quæſitũ eſt ius
extraneo re vel ſpe legali proui
dentia, ab hoc contractu diſce-
dere contrahẽtibus permiſſum
nõ eſt in præiudicium extranei
cui ius quæſitum eſt, niſi diſſolu
tioni cõtractus conſentiat. hæc
Suarez.

29 Quintò pro hac ſententia ad
ducitur.l.1.ff.qui ſine manumiſ-
ſione. Sextò adducitur.l. ſi cum
fundum.ff.de pactis.Septimò.l.
7.titulo.3.part.5.Octauò addu-
citur.l.fi.C.de legatis.Nonò ad-
ducitur. §. ex conditionali.inſt.
de verb.obligat. vbi ſpes condi
tionalis contractus tranſmitti-
tur ad hæredes: ergò & ſpes me
liorationis tranſmittetur , his
legibus innitũtur doctores, qui
mortuo primo donatario exiſti
marunt eum , qui donauit non
poſſe tertio , quem vocauerat,
rem adimere. harum legum ar-
gumento,in hac ſententia fuere
Paul.Caſt. & Roma.in.l.ſi pecu
niam in principio. ff. de condi.
obcauſam.idem Paulusin.l.ſi in
ſulam.§.fin. ff. ſoluto matrimo-
nio. hæc opinio magis commu-
niter recepta eſt teſte illuſtriſsi-
mo domino Couarru. lib. 1. va
riarum.c.14.nu.7. Dueñas regu
la.216.Antoni9 Gomez in.l.40.
Tauri.nu.29. Menchaca in lib.
controuerſiarum vſu frequen-
tium.c.62. dominus Ludouicus
Molina lib. 4. c. 2. nu.74. huic
accedit Coſta in quæſtione pa-
trui & nepotis.pag.9.

30 Contrariam ſententiam de-
fendit Bart. in. l. qui Romæ. §.
Flauius Hermes.nu.1. ff. de ver-
borum obliga. qui donatorem
poſſe pænitere mortuo primo
donatario, & rem tertio adime
re ait, qui pro hac ſententia ad-
ducit dictũ. §. Flauius Hermes.
Secundò adducit. l.3. ff. de ſer-
uis exportand. l. 1. C. ſi manci-
pium ita fuerit aliena. vt manu
mitt.l.3. ff. qui ſine manumiſsio
ne ad libert.aſpir. Tertiò addu
citur. l. Ariſto. in principio. ff.
de donatio. hanc ſententiam di
xit receptam communiter Iaſſ.
in.l.fin.nu.5. ff. de pactis.quam
plures ſequuntur , quos aggre-
gant dominus Couarru. Due-
ñas,Menchaca,dominus Ludo.
Molina & Anton. Gomez qui
ait deceptum eſſe Rodericum
Suarez in.l. quoniam in priori-
bus in declaratiõe legis Regiæ.
q.8.dicentem ferè omnem ſcho
lam aduerſari ſentẽtiæ Bartoli,
cum magis cõmuniter doctores





illi accedant : vt Gomeſsius ait.

31 Quæſtio hæc indificilis eſt,le
gibus aduerſus Bartolum addu
ctis ſatisfacere ſigilatim oppor
tet, vt rem dilucidè explicemus,
ſed priorem ſententiam magis,
approbauere Suarez,dominus
Moli.nu.75.dominus Couarru.
& Anto.Gomez. argumento.l.
quoties. quæ in donatione locũ
habet fauore donantis non in
alijs contractibus vt Accurſius
notat ſcholio admiſſerint in. l.
quoties . C . de donat. quæ ſub
modo. ſequitur Fulgo. ibi. nu.1.
Bart.in.l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſti-
puler.nu.3. verſ. ego dubito. ff.
de verb.oblig. Alexand.ibi nu.
23. Antonius Gomez in. l. 40.
Tau.nu.28. Ex quo apparet in
ſpecie.l.17. Tauri.locum non ha
bere ſententiam.l.quoties. quã-
do pater nõ iure donationis ter
tiam bonorum partem per præ
ceptionem filio dedit,ſed ex alia
cauſa oneroſa, vt magis contra
ctus ſit quàm donatio.in quo ca
ſu ſi pater tertiæ bonorum par-
tis filio meliorationem fecerit,
ita quòd ſi filius,cui prælegat, ſi
ne liberis vita deceſſerit , voce-
tur tertius,licet irreuocabilis ſit
hæc melioratio, tamen mortuo
filio ſine liberis poterit pater re
uocare.

32 Quià ſecundum regulas iuris
ciuilis alteri per alterum nõ quæ
ritur. §. alteri inſt.de inutili.ſti-
pula.quæ opinio iure communi
obtinet , licet Regio alteri per
alterũ acquiri poſsit.l.3. titul.8.
lib. 3. ordi. dominus Couarru.
dicto.c.14.nu.13. ſed in ſpecie.l.
17. Tauri.alteri quis non acqui-
rit ſine mandato : illis verbis ( ò
aquien ſu poder ouiere ) vnde
reſpectu tertiæ poterit reuoca-
re in hoc caſu, atq; ita in priori
ſpecie.l. 17. Tauri quãdo pater
per præceptionem filio tertiam
dedit dumtaxat locum habebit
opinio Roderici Suarez: vt mor
tuo filio cui tradita res eſt , rem
tertio adimere pater nõ poſsit,
atq; in hoc caſu tantum obtine
bunt argumenta Roderici.

33 Qui pro hac parte adducit ar
gumentum quod dicit eſſe incõ-
uincibile, certum eſt inquit , q;
quando donatur alicui ad tem-
pus , ita vt tempore elapſo res
donata ad tertium quẽpiam de
uoluatur, hic contractus dupli-
cem continet donationem, vna
conſiſtit in perſona eius cui ad
tempus donatur : altera in per-
ſona illius ad quem donata res
tranſire debet poſt tempus. l.fi.
C.de legatis. l.donationis.§.ſpe
cies.ff. de donatio.Paulus Caſt.
l.ſi pecuniam.nu.11.ff. de condi.
obcauſam.ſed ſi alicui donatio-
nem feciſſem hoc modo , vt do-
natam rem poſsiderẽ dum vita
maneret, & me mortuo ad eum
deuolueretur , pollicitusq; ſim
nũquam reuocare donationem,
donatio hæc eſt irreuocabilis. l.
vbi ita donatur. ff. de donatio
cauſa mort. ergò idem conſtitui
debet in propoſito, cum non ſit
diſcriminis ratio. ſequitur Anto

nius Gomez in .l. 40. Tauri.
nume.33.

34 Qui pro hac parte adducit.l.
pater filium. §. quindecim libe-
ris.ff.de legat.3.vbi res prohibi
ta alienari ſi in aliquo caſu per-
mittatur alienari, & alienetur,
perpetuò manet libera & alie-
nabilis.ſecundò adducit.l.final.
C. de remiſsione pignor. vbi ſi
res obligata à debitore iuri qꝫ
pignoris aſtricta ſemel in ali-
quo caſu alienetur creditore cõ
ſentiente,perpetuò eximitur ab
hipotheca & obligatione,ita vt
ſi in poteſtatem debitoris per-
ueniat, non cadat in priorem
obligationem generaliter factã
bonorum futurorum. huic opi-
nioni fauet.l.videamus.ff.quod
metus cauſa.l.tutor rerum.ff.de
adminiſt.tutorum.hoc modo in
propoſito donatio facta irreuo
cabilis ſemper manet irreuoca-
bilis etiam reſpectu tertij dona
tarij.

35 Ego quidem in ancipiti quæ
ſtione quamuis Roderici autho
ritati & rationibus multum de
fero, ducor tamen amore veri
inueſtigandi, & firmiter credo
in propoſito caſu mortuo ſineli
beris primo donatario cui me-
lioratio tertiæ relinquitur, do-
natorem pænitere,& eum præ-
legatam rem ſecundo adimere
poſſe, quam iure prælectionis
poſt mortem primi reliquerat.
Huius diſputationis vis in eo
conſiſtit, nempe cui contractui
aſsimiletur melioratio tertiæ,
de qua tot legibus Regijs tam
multa conſtituta ſunt. & dona
tionis inter viuos inſignia habe
re Suarez exiſtimat, cui Anto.
Gomez ſupra, Tellius nume. 2.
& reliqui omnes.l.17.Tauri ac-
ceſſere. vnde ipſi de his quæ in
donatione doctores tradunt,ad
cauſã meliorationis procedũt,
quòd ſi donationi cõparemus,
poſſe etiam donatorem pæni-
tere,& ſecundo donatario adi-
mere Bartlꝰ author eſt in. l.qui
Romæ. §. Flauius. ff. de verb.
oblig. cuius ſententiam magis
communiter doctores ſequun-
tur. legibus autem quæ contra
Bartoli opinionem adducũtur,
quià ſatisfacit dominus Couar-
ruuias,non eſt cur ipſe reſpon-
deam. Bartoli ſententiam ſequi
tur Gregorius ſcholio.(el otro.)
in.l.7.titulo.4.part.5.

36 Qui hanc ſententiam contra
hit,ſi pacto inito fauore ſecundi
donatarij acceſſerit præſentia
& conſenſus ipſius, vel ipſe qui
donauit, fauore ipſius ſecundi
donatarij ſe non reuocaturum
promiſſerit, quo caſu reuocare
non poſſe ait.

37 Ipſe meliorationem tertiæ,
quæ fit inter viuos, contractum
anormalum eſſe certò ſcio, vt
ſunt in iure plurimi. Oroſcius.l.
ſi arrogator. nu.150.ff. de adop
tio. ſapit enim naturam vltimæ
voluntatis, niſi in tribus caſibus
in quibus inſignia donationis
habet, quæ ſententia colligi-
tur ex his,quæ ſcripſit dominus
Ludoui.



Ludoui. Molina de Hiſpanorũ
primogenijs lib.1. c.12. nume.2.
&.19.ex doctrina Bald.auth. ex
teſtamento. nu. 1. C. decollatio.
quẽ alij ſequuntur. Vnde thema
generale & regula ſit, meliora-
tionem tertiæ, ſiue in vltima vo
luntate fiat ſiue in contractu, vl-
timæ voluntati comparari: atqꝫ
ita reuocari poſſe ab eo, qui me
liorationem fecit vſqꝫ ad vltimũ
vitæ ſpiritum. argumento. l. 4.
ff. de adimen. legatis. c. cum
Marthæ de celebrat. miſſarum.

38 Eſt enim hæc melioratio quæ
dam ordinatio facta à patre ſu-
premi iudicij diſpoſitionẽ præ-
ueniens, & inde naturam muta
bilem aſſumẽs vſqꝫ ad vltimum
vitæ ſpiritum. hæc fuit ſenten-
tia Oldradi conſilio.231. ſequi-
tur Bald.in.c.1.§.item ſacramen
ta.nume.20. & nume.22. de pa-
ce iuramento firman. ſequitur
Tiraquellus de iure primoge.q.
8.num.2.dominus Ludoui. Mo
lina de primoge. Hiſpa. lib.1. c.
12.nu.5. argumento. l. nam & ſi
parentibus in principio. ff. de
inoffici.teſta.l.ſi filia.§.Papinia-
nus.ff.fam.hæricis.l.tale pactum
§.final.ff.de pactis.l.fin. C. eod.
titulo.l.final.C.fami.hæricis.

39 In qua ordinatione cadit ſub
ſtitutio vt ipſe Baldus ait argu-
mento.l. vt hæredibus.ff. de le-
gat.2.hoc colligitur ex.l.1.titulo
6.lib.5.nouæ compila.

40 Illis verbis(quando el padre
ò la madre mejorare alguno de
ſus hijos deſcendientes legiti-
mos en el tercio de ſus bienes
en teſtamento ò en otra poſtri-
mera voluntad, ò por otro al-
gun contracto entre viuos, ho-
ra el hijo eſte en poder del pa-
dre que fizo la dicha mejora ò
no faſta la hora de ſu muerte la
pueda reuocar quãdo quiſiere)
idem iure communi conſtitu-
tum eſt.l.cum pater. §. à filia. ff.
de legat. 2. quibus liquidò appa
ret præceptionem tertiæ vlti-
mæ voluntatis inſignia gerere,
licet fiat in contractu inter vi-
uos. Quòd hæc vera ſint inde pro
batur, quòd meliorationis æſti-
matio fiat ſecundum valorem
patrimonij, quod reliquit tem-
pore mortis pater qui per præ-
ceptionem dedit. l. 7. titulo. 6.
lib. 5. nouæ compilat. ſi valor
inſpicitur tempore mortis, er-
gò hoc fit, quià vltimam diſpo-
ſitionem ſapit melioratio tertiæ
argumento. l. cum quæritur. C.
de inofficio.teſtamen. præterea
quòd melioratio tertiæ ſupre-
mam ſapiat diſpoſitionem, pro
batur ex eo, quòd omnia bona
patris ſint legitima filij extra
quintam partem.l.1. titul.6. lib.
3. fori. l.12. titulo.6. lib.5. nouæ
compilatio. ergò tertia pars eſt
legitima filiorum, quæ æſtima-
tur ſecundum valorem bono-
rum patris tempore mortis. l.
cum quæritur. C. de inofficioſo
teſta. l. 7. titulo. 6. lib. 5. nouæ
compilat. ſed pater ipſe poteſt
tertiam vni ex filijs prælegare,
quem elegerit.l.3. titulo.6. lib.5.

nouæ compilat. ergò hoc in vlti
ma diſpoſitione fieri debet, ꝙ
ſi inuita fiat ſupremi iudicij diſ-
poſitionē præueniet pater, quæ
ordinatio vltimæ voluntatis na
turam ſequitur. Quæ opinio in
de etiam colligitur quòd perfe-
cta donatio non poſsit reuoca-
ri. l. perfecta donatio. C. de do-
nat. quæ ſubmodo. l. neceſſario.
§. ſi ita res. ff. de periculo & com
mo. rei vend. donatio autem ſo
la promiſsione perficitur. §. per
ficiuntur inſti. de donat. ergò
donatio ſola promiſsione per-
fecta reuocari non poteſt, me-
lioratio autem tertiæ à patre fa
cta filio inter viuos reuocatur
dicta. l. 1. titulo. 6. ergò non eſt
donatio.

41 Hæc tamen generalis conclu
ſio contrahitur ac in tribus ca-
ſibus locum non habet, in qui-
bus melioratio tertiæ reuocari
non poteſt: vt docet dicta. l. 1.
titulo. 6. lib. 5. illis verbis. (ſal-
uo ſi fecha la dicha mejora por
contrato entre viuos ouiere en
tregado la poſſeſsion de la co-
ſa, y coſas en el dicho tertio con
tenidas à la perſona aquien la
fiziere, ò aquien ſu poder ouie-
re, ò le ouiere entregado ante
eſcriuano la eſcriptura dello, ò
el dicho contrato ſe ouiere he-
cho por cauſa oneroſa con o-
tro tercero aſsi como por via
de caſamiento ò por otra coſa
ſemejante) quæ conſtitutio in
his caſibus corrigit ius commu-
ne: quo iure donatio hæc reuo-
cari poterat argumento. l. final.
C. de pactis, vbi conſenſus eius,
de cuius hæreditate agitur, effi-
cit vt pactum initum inter eos
qui hæredes futuri ſunt, circa
ſucceſsionem efficax ſit: poteſt
tamen ipſe conſenſum reuoca-
re, dum vixerit, cum hæc ſit na-
tura vltimæ voluntatis: ſed le-
ge Regia in caſibus ſupra poſi-
tis irreuocabilis ſit præceptio
tertiæ, ergò in cæteris reuoca-
ri poteſt, vt in principio legis
conſtitutum eſt: nec enim quod
in illis caſibus traditur, produ-
ci in alijs ad conſequentiam de
bet. l. quod non ratione. l. quod
verò contra. ff. de legibus.

42 Item cum in his tribus caſi-
bus lex Regia corrigat ius com-
mune, ſtrictè eſt interpretan-
da. l. cum quidam. ff. de liber. &
poſth. l. 2. C. de patribus qui fi-
lios diſtra. Accurſius. l. illud. C.
de ſacro ſanct. eccle. idem Ac-
curſius ſcholio. 1. l. ſciendum. ff.
qui ſatis dare cog. idem Accur-
ſius ſcholio ſcriptis in. l. hac con
ſultiſsima. C. qui teſtam. face.
poſſ. idem Accurſius ſcholio.
ſide iuſsione. in auth. offeratur.
C. delitis contes. ſequitur Iaſſ. l.
fratres. nume. 4. C. de inofficio.
teſta. Ripa. l. nemo poteſt. num.
52. ff. de legat. 1. Oroſcius. l. de
quibus. ff. de legibus. nume. 161.
Pinelus in auth. niſi tricenna-
le. C. de bonis mater. num. 57.
idem Pinelus in. l. 3. C. eod. ti-
tulo. nume. 15. ſed lex Regia cō-
ſtituit, vt eo caſu reuocari me-
lioratio



lioratio non poſsit, quando poſ
ſeſsio tradita eſt illi, cui ſit, vel
procuratori eius; nec lex agit
de perſona eius, qui in primi do
natarij locum ſubſtituitur, er-
gò in eo lex locum non habet,
cum de eò non loquatur. argu-
mento. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſo
luto matrimonio; & cum ca-
ſus iſte non comprehendatur le
ge Regia debet in iuris commu
nis diſpoſitione manere argu-
mento. l. commodiſsimè. ff. de
liber. & poſth. vt reuocari poſ-
ſit, hoc volunt illa verba. (à la
perſona aquien la hiziere) illa
eſt perſona cui ſit melioratio;
quæ eſt in primo loco, & cui pri
mò ſit, non ea quæ in locum pri
mæ ſubſtituitur argumento. l.
ſi is ad quem. ff. de acquir. hæ-
red. primus enim facit ceſſare
cauſam ſecundi. argumento. l.
quandiu. ff. de acquir. hæred.
vnde cum hæc quæ in lege re-
quiruntur, vt ſit irreuocabilis
melioratio, in perſona primi
cui ſit, locum habeant, non in
perſona ſecundi, conſequēs eſt
vt reſpectu ſecundi reuocabilis
ſemper ſit melioratio.

43 Vlterius in ſpecie dictæ. l. 1. ti
tulo. 6. ille qui ſecundo loco vo-
cato ſi ſine liberis deceſſerit da-
re tenetur; comparandus eſt fi-
deicōmiſſario, vt ait Socy. l. cum
auus. nume. 18. ff. de condi. &
demonſt. atq; ita mortuo pri-
mo in vita illius, qui tertiam per
præceptionē dedit, ea ad ipſum
redit, qui dedit: nec ſpem fidei-
commiſsi conditionalis trāſmit
tit in hæredem. argumento. l.
hæres meus. ff. de condi. & de-
monſt. vt in ſimili ſpecie tradit
Ioann. Andr. in additione Spe-
culatoris. tiulo de inſtrumen.
æditione. §. nunc aliqua. verbo
per ſuperiora in fine. ſequitur
Gregorius ſcholio pen. in. l. 7.
titulo. 4. part. 5. argumento. l.
pater filium. §. Tuſculanus. ff. de
leg. 3. vnde in hac ſpecie res ma
nebit apud eum, qui meliora-
tionem fecit, ita vt reuocare poſ
ſit, quod ſi non reuocauerit, ma
nebit apud ſecundum, cui reli-
quit argumento. l. final. C. de
pactis.

44 Vlterius ſeries totius legis Re
giæ agit de eo, cui præceptio da
ta eſt, nec vſq; de tertio loqui-
tur, niſi quando melioratio ſit
ex cauſa oneroſa contractus,
veluti matrimonij, quo caſu irre
uocabile eſt prælegatum, ne
ille qui contraxit damnum pa-
tiatur. argumento. l. in bonæ fi-
dei. ff. de peculio: ergò in no-
ſtra ſpecie ille, qui vocatur, ſi
primus cui tertia data eſt per
præceptionem ſine liberis vita
deceſſerit, non eſt in conſidera-
tione: quia nec de eo lex loqui-
tur, nec prælegatum factum eſt
ex cauſa oneroſa contractus cū
eo geſti: vnde mortuo primo
poterit qui meliorationem fe-
cit reuocare.

Vlterius hæc opinio inde de
promitur, quòd contractus obli
gatorius & irreuocabilis à prin

 cipio,

cipio, cuius obligationis quantitas ſeu ſubſtantia conſideratur tempore futuro, dijudicari debet ſecundum tempus futurum quo quantitas demonſtratur. l. eos. verſ. nam ſi quid huiuſmodi. C. de vſuris. ex quo apparet, quòd in propoſito, quamuis melioratio tertiæ tradita poſſeſſione ſit irreuocabilis à principio, quià quantitas meliorationis cõſideratur tempore mortis prælegantis, ipſa præceptio iuxta hoc tempus æſtimabitur, vt ſapiat naturam vltimæ voluntatis: vnde licet à principio ſit irreuocabilis, ſi tamen ille cui facta eſt deceſſerit viuo eo, qui meliorationem fecit, non tranſmittet ius hoc ad hæredes: ſed manebit apud eum, qui fecit. argumento textus optimi in. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collatio. bono. qua lege dirimitur hæc quæſtio, vbi principali prouidentia quarta debetur arrogato irreuocabiliter, cuius quartæ quantitas conſideratur tempore mortis arrogatoris, vnde ſi arrogatus deceſſerit viuo arrogatore, non tranſmittit ad hæredes ius quartæ, quam tranſmitteret ſi decederet diem functo arrogatore, eodem modo in propoſito ſtatuemus, vt ſi viuo eo qui tertiam per præceptionem dedit, moriatur is, cui data eſt, ius non transferat ad eos, qui poſt eum vocati ſunt, ſed ad ipſum qui fecit, hoc ipſa ratio ſuadet, ſi enim hoc ſit in quarta, quæ arrogato debetur, & in præceptione fiet, cum potiori ex cauſa arrogato quarta debeatur, quam filio præceptio, quæ ex ſola patris liberalitate fit dicta. l. 1. titulo. 6. libr. 5. nouæ compilat. ac arrogato debetur, quià in arrogatorem omnia bona arrogati tranſeunt, qui vſumfructum bonorum ſibi quærit. l. ſi pater familias. ff. de adoptionibus tex. in. §. 1. inſti. de acquiſi. per arroga.

46 Vltimò hæc ſententia fulcitur eo argumento, quod pro contraria dixit inconuincibile Suarez præcitata. q. 8. nume. 6. qui ait in propoſito duas eſſe donationes, vna quæ fit primo vocato dum vixerit, altera quæ fit ſecundo poſt eum. eſto, quòd verum hoc ſit & à benè fundata iuris prudentia depromptum, multum noſtræ ſententiæ fauet: quià lex Regia ita demum tertiæ præceptionem irreuocabilem eſſe conſtituit, ſi poſſeſſio tradita ſit illi, cui data eſt, vel eius procuratori, aut præceptionis traditum inſtrumentum ſit, hæ qualitates nõ inſunt in perſona ſecundo loco vocati, ergò ipſius reſpectu locum non habet deciſio. l. 1. titulo. 6. quià quando ſtatutum aliquid de nouo introducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur videtur datum pro forma, adeo quòd dicitur ſubſtantiale, nec per æquipollens adimpleri poteſt, tradit Decius conſilio. 212. numero. 3. ſequitur Tellius in. l. 17. Tauri. numero. 68.



47 Nec defendi poteſt, quod Suarez aſſerit, quòd primus cui tertiæ melioratio facta eſt, traditaq; poſſeſſio aut inſtrumẽtum poſt eum vocato ius irreuocabile præceptionis quæſiuit: hoc enim eſt impoſsibile, nam aut meliorationis tertiæ ſimpliciter tradita ei poſſeſſio eſt, aut inſtrumentum, & ſibi ius hoc præceptionis irreuocabile quæſiuit, cum hoc ageret vt ſibi quæreret, actus verò agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omni. ff. ſi certu pet. aut voluit acquirere ei, qui poſt eum vocatus eſt, & non potuit ſine mandato dicta. l. 1. titulo. 6. lib. 5. aut mandato eiusvult acquirere, & non poteſt, quià eam ob cauſam traditione rei aut inſtrumenti ſit irreuocabilis melioratio tertiæ, quià traditione rei dominium ſibi quæſiuit is, cui tradita eſt. l. traditionibus. C. de pactis. ille autem dum viuit dominium rei, quam moriens reſtituturus eſt, habet. l. non ideo minus. ff. de rei vend. tradit Hippolitus in rub. ff. de fideiuſſor. nume. 217. Tiraquellus in. l. 15. connubiali. num. 37. Pinelus. l. 1. C. de bonis mater 2. parte. nume. 5. dominus Antonius Padilla in. l. 3. C. de ſeruitut. & aqua. nume. 13. ſed dominium eiuſdem rei penes duos inſolidum eſſe non poteſt. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum ff. commodati. l. hæreditate. §. 1. ff. de caſtren. pecul. notat Accurſius ſcholio final. in. l. quod cõtra. ff. de reg. iuris. ergò vna traditione vtriq; dominiũ quæſitum non eſt, ſed illi tantum cui traditur: vnde in eo qui ſecundo loco vocatus eſt, ceſſant ea quæ neceſſariò deſiderantur, vt irreuocabilis ſit melioratio: ergò reſpectu tertij poteſt reuocari.

48 Item dum Suarez ait diſcriminis rationem non eſſe inter hæc, an quis tertiæ alicui meliorationem relinquat, & poſt eius mortem alteri, quià ſi primo tradat rem, nunquam poterit reuocare meliorationem, ſicuti ſi alicui donaret hoc modo, vt donator dum viueret re donata potiretur, poſt eius humum in donatarium res deuoluatur, pollicitusq; ſit donator ſe non reuocaturum donationem, hoc facto donatio manet irreuocabilis. l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſa mort. eſt enim maximum diſcrimen inter hos caſus, quià primo caſu alteri per alterum quæritur, quod iure ciuili non conceſſum erat, niſi in his perſonis quæ in poteſtate eius erant, cui quærebant. §. 1. inſti. per quas perſonas nobis acquiri. & in propoſita ſpecie permiſſum nõ eſt ſine mandato dicta. l. 1. titulo. 6. libr. 5. at in ſpecie. l. vbi ita



UNIVERSIDAD DE GRANADA

ſta donatur. ipſe donatarius ſi-
bi quærebat, cui cum promiſiſ-
ſet donator non reuocare do-
nationem, ius ex pacto quæſi-
tum eſt, nec in ſpecie illa duæ
ſunt donationes, ſed vna, non
enim dominus rei ſibi donare
poteſt argumento. l. vti frui. ff.
ſi vſusfructus pet. l. Vranius.
ff. de fideiuſſor. l. ſcire. §. à fure
ff. de verb. oblig. §. ſic itaq; diſ-
cretis inſti. de actio. quibus ap-
paret veram eſſe eam opinio-
nem, vt viuo eo qui tertiam per
præceptionem dederat, ſi ille
moriatur, cui data eſt, poſſe pæ
nitere eum qui dedit, & à ſecun
do adimere.

49 Multum intereſt enim, vo-
cetur quis primò aut ſecundò,
quià ei qui primo loco vocatur,
magis iura fauent, quam illi qui
vocatus eſt poſt eum. l. ſi non
lex. ff. de hæred. inſti. quæ ap-
primè hanc opinionem fulcit:
primordialia enim ſunt in con-
ſideratione, non ſic ſecunda-
ria. l. clam poſsidere. in princi
pio. ff. de acquir. poſſe. l. nam
origo. in principio. ff. quod vi
aut clam. l. item veniunt. §. cum
prædiximus. ff. de peti. hære. l.
ſi quis poſthumus. in principio.
ff. de liber. & poſt. quam opi-
nionem non frangunt rationes
aut argumenta Roderici, An-
tonijq;.

50 Primò non obſtat. l. quoties.
C. de donat. quæ ſubmodo. vbi
alteri per alterũ quæritur: quià
hoc fit fauore præcipuo exer-
centis liberalitatem, at in pro-
poſita ſpecie melioratio tertiæ
irreuocabilis eſt fauore illius,
cui fit: vnde non mirum ſi mor
tuo eo, qui primo vocatus eſt,
poſsit ille, qui tertiam per præ
ceptionem dedit, pænitere, &
rem ſecundo loco vocato adi-
mere: quià fauor, qui irreuoca-
bilem meliorationem reddit in
perſona illius conſiſtit, qui pri
mo loco vocatur, non in per-
ſona eius, qui ſecundo loco:
quià primo vocatus cẽſetur ma
gis dilectus. l. quoties. ff. de vſu
fructu. vbi doctores notãt. tra-
dit Peralta in rub. ff. de hæred.
inſti. numer. 149. primò enim
nominatus in ſcripturis præſu-
mitur principalis. Bald. conſilio
400. verſ. ſecundum motiuum.
libr. 5. qua de re abundè tradit
Felinus in. c. cum dilecta. nu. 4.
de reſcrip. igitur ſi fauore illius
cui per præceptionem tertia da
ta eſt, efficitur melioratio irre-
uocabilis, idem fauor non ver
ſatur in perſona ſecundo loco
vocati, ergò reſpectu illius po-
terit reuocari.

51 Item. l. quoties. loquitur de
donatione, lex Regia de præ-
legato ſeu melioratione tertiæ,
quæ melioratio non eſt dona-
tio vt demũſtrauimus. Sed huic
interpretationi obſtant verba
vltima. l. 1. titulo. 6. libr. 5. no-
uæ compila. (que en eſtos ca-
ſos mandamos que el dicho ter
cio no ſe pueda reuocar ſi no
reſerua ſe el que lo fizo en el
meſmo



meſmo contrato el poder para
lo reuocar ò por alguna cauſa
que ſegun leyes de nueſtros Rey
nos las donaciones perfectas y
con derecho fechas ſe pueden
reuocar) quibus verbis oſten-
ditur tertiæ præceptionem re-
uocari non poſſe in caſibus le-
ge Regia comprehenſis, niſi ex
quibus cauſis iure communi re
uocatur perfecta donatio: er-
gò melioratio tertiæ cuius tra-
dita poſſeſsio eſt, aut inſtrumen
tum, perfecta donatio eſt, quæ
reuocari non poteſt, ſi is cui fa
cta eſt mortuus ſit viuo dona-
tore, niſi ex cauſis de quibus
agitur in. l. final. C. de reuo do-
nat.

Sed his verbis non conſtituit
lex, quòd melioratio tertiæ ſit
perfecta donatio in his tribus
caſibus, ſed quòd exemplo per
fectæ donationis reuocari non
poſsit, id enim quod fit ad in-
ſtar alterius, non eſt id ad cuius
inſtar fit. §. 1. inſt. de donatio.
ſed ſemper retinet naturalia,
quæ illi inſunt, vt ibi demon-
ſtratur. probatur hoc ex. l. vni.
C. de inoffici. doti. atq; ita do-
nationis perfectæ vocabulo me
lioratio tertiæ non continebi-
tur. argumento. l. final. C. de his
qui veniam ætatis impetra. igi-
tur cum melioratio tertiæ etiam
in caſibus lege Regia compre-
henſis non ſit propriè perfecta
donatio, non habebit locum
in ea deciſio. l. quoties, niſi in
eo in quo reputatur perfecta
donatio, ſcilicet ne reuocetur,
adimatur q; res illi, cui tradita
eſt: in cæteris non debet perfe-
cta donatio cenſeri, vt mortuo
eo cui tradita eſt, non poſsit qui
tradidit pænitere: in hoc enim
propriam naturam non mutat,
ſapitq; vltimam diſpoſitionem,
vt ſupraſcripſimus.

52 Item. l. quoties. ad propoſi-
tam ſpeciem trahi non debet,
cum non ſint termini pares, li-
cet tertiæ melioratio perfecta
donatio ſit, quià in ſpecie melio
rationis ille cui traditur, ipſi
qui tradit charior eſt eo, qui ſe
cundo loco vocatur. quod ex
eo paret, quià in ſpecie hac ille
qui primò vocatur, rem habi-
turus eſt, & eo mortuo liberi
eius, qui autem poſt eum voca-
tur non admittitur niſi eo mor-
tuo ſine liberis, at in caſu. l. quo
ties. qui primò vocatur non eſt
dilectior eo, qui poſt eum vo-
catur: quià primus ad tempus
vocatus eſt, ſecundus vero in
perpetuum, qua de cauſa ma-
gis ſecundo lex fauet quàm pri-
mo, ille enim chárior eſt, cui plus
teſtator reliquit, vt tradit Cu-
manus in. l. quærebatur. §. final.
ff. de milita. teſt. conſtitutioni
illius legis rationem adducit.
idem Cumanus in. l. licet Impe-
rator. nume. 5. ff. delegat. 1. ſe-
quitur Iaſ. ibi numer. 29. quæ
ſententia in ſpecie noſtra pro-
batur ex. l. qui ſoluendo non
erat. ff. de hæred. inſt. vbi notat
Accurſius.

Secundò

53 Secundò non obſtat.l. final.
ff. de pactis. vbi ſi reus pactus
ſit pecuniam à ſe non peti, quo
facto fideiuſſor liberatur, ſi ite-
rum pactus ſit vt peti liceat, vti
litas prioris pacti non adimiti-
tur fideiuſſori: ergò ſimili iure
ius quæſitum illi, qui ſecundo lo
co ad tertiæ meliorationem vo
catus eſt, non auferetur ex eo,
quòd primo vocatus deceſſerit
viuo eo, qui prælegauit, ſed lex
hæc ad propoſitam quæſtio-
nem trahi non debet, cum ma-
ximum ſit diſcrimen inter hos
caſus, quià in ſpecie. l. final. fi-
deiuſſor ſemel liber obligatio-
ne fideiuſſoria nõ obligatur po
ſteriori pacto, quià fideiuſſor o-
bligatus eſt hoc nomine, ac con
ueniri poteſt. l. & magis. ff. de
ſolutio. ergò ſine nouo conſen-
ſu ſemel liber factus obligari nõ
potuit. argumento. l. obligamur
ff. de actio. & obliga. §. final. in-
ſti. quibus modis tollitur obli-
ga. ſi enim obligaretur fideiuſ-
ſor poſteriori pacto, ab eo in
vito exigi pecunia poſſet, quam
fideiuſſorio nomine deberet. l.
debitor. ff. de ſolutio. quod fie-
ret ſine eius facto contra deci-
ſionem. l. id quod noſtrum. ff.
de reg. iuris. Sed in prælega-
to ac melioratione tertiæ non
agitur de obligando eo, qui ſe-
cundo loco ad præceptionem
vocatus eſt, ſed magis vt is qui
prælegauit, onere non reuocan
di liberetur, quod natura vlti-
mæ voluntatis concedit, nec le-
ges quæ de contractibus agunt,
ad meliorationem tertiæ appli-
cari debent, quæ ſecundum re-
gulas vltimæ voluntatis proce-
dit, niſi in ijs, in quibus hoc ex
preſſè cautum ſit, vt in perſona
eius cui traditæ res ſunt, cuius
fauore melioratio fit irreuoca-
bilis, ſecus in perſona ſecundo
loco vocati, qui non tam affe-
ctione & charitate eius qui vo-
cauit, cenſetur vocatus, quàm
vt ſibi ſuæq; vltimæ voluntati
conſulat, ne eo mortuo res de-
uoluantur ad exteras perſonas.
argumento. l. vni. in princi. C.
de cadu. tollend. illis verbis (ſed
& ipſis teſtamentorum condi-
toribus ſic grauiſsima caduco-
rum obſeruatio viſa eſt, vt &
ſubſtitutiones introducerent,
ne fiant caduca, & ſi facta ſint
ad certas perſonas recurrere di
ſponerent.) atq; ita qui ſubſti-
tuit, non hoc agit, vt ei qui ſe-
cundo loco vocatus eſt oblige-
tur: ergò nullo modo obliga-
tur: quià effectus & efficacia
actus iudicatur ſecundum prin
cipalem intentionem exercen-
tis actum. l. ſi quis nec cauſam.
l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. c. ad quæ
ſtiones de rerum permutatio.
l. verum. l. qui iniuriæ. ff. de-
furtis. l. qui exceptionem. in
principio. ff. de condi. indebi.
tradit latè Peralta. l. vnum ex fa
milia. §. ſed & ſi fundum. nume.
10. ff. de legat. 2. ſed reuocare po
terit argumento. l. obligationũ
ſubſtantia. verſ. fina. ff. de actio.
& obli



& obliga. non enim obligatur
quis ſine intentione. l. qui in a-
liena. in principio. ff. de acquir.
hæred.
54 Tertiò huic opinioni non ob
ſtat. l. ſi partem. in fine. ff. quem
madmodum ſeruitu. amit. quià
legis ratio hoc declarat: illis ver
bis (cum ad te fundus non per-
tineat) dominus cui legata via
eſt ſeruitutis ius quæſiuit igno-
rans, legatum enim ignoranti
quæritur. l. cum pater. §. ſurdo
ff. de legat. 2. ideo ille cui legata
ſeruitus eſt, etiam ignorans quæ
ſiuit eam fundo, cum quo tran-
ſijt ad quemcumq; ſucceſſorem.
l. cum fundo. ff. de ſeruit. ruſti.
prædi. cumq; ius vendiderit ſer
uitutis, non mirum ꝙ in dam-
num emptoris repudiare non
poſsit, cum ius omne abſe ven-
ditione ipſa abdicauerit.
55 Quartò non obſtat. l. ſi con-
ſtante. C. de donatio. ante nup-
tias. colligitur legis vis & ſen-
tentia ex vltimis verbis (ne ali-
quid aduerſus filios prioris ma
trimonij machinari videatur,
cenſemus.) vbi nequid fiat in
fraudem liberorum quibus le-
gitima quaſi debita eſt. l. & quià
ff. pro ſocio. quæ rationi natu-
rali debetur, vt ſupra ſcripſi-
mus: quæ machinationibus pa
rentum aufferri non debet, odit
enim lex machinationes. l. vni.
§. & cum lex. C. de cadu. tollend.
& maximè quæ legitimam filio-
rum, patronorum vè exhau-
riunt. l. ſi libertus. ff. de iure pat.
vnde. l. ſi conſtante. trahi non
debet ad propoſitam quæſtio-
nem, cum non agamus de eo cui
per præceptionem datum eſt,
ſed de illo qui ſecundo loco vo-
catur. obtineret ſententia le-
gis, ſi ille qui tertiæ melioratio-
nem fecit, adimere illi vellet,
cui tradiderat, ſecus in perſo-
na illius qui primo ſubſtitutus
eſt, quem nullum ius habere, ſi
mortuo primo pæniteat eũ qui
meliorationem fecit, contendi
mus.
56 Item non obſtant huic opi-
nioni reliquæ rationes, & le-
ges, quibus ex receptis ſenten-
tijs ſatisfecit dominus Couarru
uias dicto. c. 14. nu. 7. Item non
obſtat huic opinioni. l. pater fi-
lium. §. quindecim libertis. ff. de
legat. 3. quam pro aduerſa ſen-
tentia adducit Antonius Go-
mez: vbi res prohibita aliena-
ri, ſi alienetur ſemper manet a-
lienabilis: ergò eodem modo
tertiæ melioratio effecta irreuo
cabilis, ſemper debet manere
irreuocabilis, non enim hoc de
promi poteſt ex dicta. l. pa-
ter filium. vbi liberti non fue-
re prohibiti abſolutè alienare
partem ſuam, ſed prohibiti fue
re alij non vendere, ideſt ex-
traneo, qui non ſit ex eodem
corpore collibertorum: cumq;
aliqui collibertis vendidiſſent,
hoc fit ſecundum defunctæ vo
luntatem, à teſtatrice autem
ſolum prohibiti fuere aliena-
re partes, quas illis reliquerat,
atq;

atq; in ſpecie illa in partibus vē
ditis ceſſat alienationis prohi-
bitio, eaq; de cauſa ſemper poſ-
ſunt alienari, quæ lex ſi mentem
ac vim penſitemus, magnope-
re fulcit noſtram opinionem:
vbi licet liberti prohibiti ſint
partes ſuas vendere, alij quàm
colliberto, ſi colliberto vendi-
tæ ſint, vendi vlterius non pro
hibentur extraneo: vnde appa
ret prohibitionem non exten-
di nec progredi extra termi-
nos ſuos, eodem modo tertiæ
melioratio in caſibus ſuprapo-
ſitis eſt irreuocabilis in perſo-
na illius, cui datur, eo mortuo
reuocari poterit ab eo, qui præ
legauit: cum tantum ſit irreuo-
cabilis in perſona eius, cui da-
ta eſt, tàm ex voluntate dantis,
quàm ex verbis legis Regiæ.

57 Nec etiam huic opinioni ob
ſtat. l. final. C. de remiſsione pig
nor. vbi res pignoris nexu obli
gata ſi conſentiente creditore
alienetur, liberatur nexu pig-
noris, & quamuis ad debito-
rem redeat, non incidit in pig-
noris nexum, quæ lex libera-
tionis fauori hoc dedit, at in
propoſito agitur de obligatio-
ne, ne reuocare poſſet is, qui
meliorationem fecit, atq; ita ex
tendi non debet conſenſus ex-
tra perſonam, cum qua actum
eſt, ſcilicet cum eo qui per præ
ceptionem tertiam accepit, nec
enim leges quæ de contractibus
agunt, ad propoſitum trahi de
bēt, cum contractus ſemel initi
irreuocabiles fiant. l. ſicut ab ini
tio. C. de actio. & obliga. melio-
ratio autē vltimæ voluntati ſem
per accedat.

58 Vltimò non obſtat. §. ex con
ditionali inſt. de verborum o-
bligat. quià ibi interuenit fac-
tum ſtipulantis ſibi & hæredi-
bus, quibus conſulere voluit,
vt tradit Accurſius ibi ſcholio
final. argumento. l. ſi pactum.
ff. de probatio. ſequitur Abb.
conſilio. 95. nume. 2. libr. 1. Sua-
rez. l. poſt rem iudicatam. Gui-
llermus in. c. Rainuntius de te-
ſtamentis verb. & vxorem no-
mine Adalaſiam. nume. 62. De
cius conſilio. 421. Iaſſ. in. l. ſi ſic
ſtipulatus. 2. ff. de verb. oblig.
nume. 15. approbat Corne. l. ſi
vxorem. C. de cond. inſert. ſed
in propoſita ſpecie melioratio-
nis tertiæ nō agitur vtrum ille,
qui primò vocatus eſt tranſmit
tat ad liberos, cum hoc ſemper
exprimatur, ſed vtrum ſi ſine li
beris deceſſerit viuo eo qui præ
legauit, poſsit ipſe pater reuo-
care meliorationē in damnum
illius, qui ſecundo loco voca-
tus eſt, cui primus non conſu-
luit nec ſtipulatus eſt, non enim
poteſt in hoc caſu ſtipulari ſi-
ne mandato iure Regio, imo
nec poteſt etiam ſi mandauerit
ille, qui poſt eum vacatur, vt ſu
praſcripſimus.

59 Vtrum autem idem ſtatuen-
dum ſit in melioratione quin-
tæ, quæri poteſt: an reuocari poſ
ſit eodem modo, quo reuoca-
tur



tur melioratio tertiæ ſi is cui per
præceptionē res tradita eſt mo-
riatur viuo eo, qui prælegauit,
propterea dubia hæc res eſt,
quià. l. 17. Tauri. de melioratio-
ne tertiæ tantum agit, atq; ita
quid de meliaratione quintæ ſta
tui debeat, manet indiſpoſitio-
ne iuris communis. l. commodiſ
ſimè. ff. de lib. & poſth. vnde An
ton. Gomez in. l. 17. Tauri. num.
10. ait quintæ meliorationē poſ-
ſe patrem reuocare, quià hæc
melioratio reſpicit bona præ-
ſentia & futura. l. 7. titulo. 6. lib.
5. nouæ compilat. ſi reuocari nō
poſſet, fieret qui prælegat inte-
ſtabilis, cum in effectu hæc eſſet
donatio omnium bonorum præ
ſentium & futurorum, quam
ob cauſam melioratio tertiæ &
quintæ poterit reuocari reſpe-
ctu quintæ. argumento. l. ſtipu-
latio hoc modo concepta. ff. de
verb. oblig. cum materia: Anto
nij ſententiam refellit Tellius
in. l. 17. Tauri. nume. 8. cui acce-
dit dominus Ludouicus Moli-
na de Hiſpanorum primogenijs
lib. 1. c. 12. nume. 19. Tellius ait
de melioratione quintæ legem
non loqui: ergò quintæ donatio
ſeu prælegatū manebit indiſpo
ſitione iuris communis, iure au
tem communi mater poteſt fi-
lio donare, donatioq; irreuoca-
bilis eſt. l. velles nec ne. C. de re-
uo. donat. ergò eodem modo
poteſt prælegare, nec pænitere
poterit & reuocare, in perſona
patris aliter conſtitui debet.

60 Et ſupponendum eſt quòd ſi
cut melioratio reuocari non po
teſt, ſi traditæ res ſint, eodem mo
do reuocari non poteſt, ſi ex cau
ſa onerosa melioratio facta ſit.
l. 1. titulo. 6. lib. 5. nouæ compilat.
ſed pactum de melioratione fa-
cienda reuocari non poteſt. l. 6.
titulo. 6. lib. 5. nouæ compilat.
ergò validiori ratione ipſa me-
lioratio erit irreuocabilis. nec
hanc ſententiam frangit ratio,
quæ habet, quòd hæc melioratio
redderet in teſtabilem patrem,
quià ſubſtantia teſtamenti non
conſiſtit in eo, quod quis habeat
bona, de quibus teſtari poſsit,
ſed quòd habere bona poſsit. ar
gumento. l. qui ſoluendo. & l. is
qui ſoluendo non erat. ff. de hæ-
red. inſt. quod in propoſito lo-
cum non habet, ac extra rem ad
duxit Tellius: cum prælegatum — *Aduerſus Tellium.*
tertiæ & quintæ mortis tempo-
re conſideretur, quātitasq; eius
ante certa non ſit, quàm moria
tur, qui prælegauit. l. 3. titulo. 6.
lib. 5. nouæ compilat. reliqua ve
rò bona extra tertiam & quin-
tam cedunt filio in legitimam,
ergò qui tertiæ & quintæ melio
rationem fecit, nullo modo po-
teſt habere bona, de quibus te-
ſtamentum condat, ſed hoc lex
Regia non conſiderat. l. 6. titu-
lo. 6. lib. 5. nouæ compilat. vbi
melioratio tertiæ & melioratio
quintæ æquiparatur: Vnde ipſe
exiſtimo huius controuerſiæ no
dum dilui poſſe ex his, quæ in
ſuperiori quæſtione tradidimus,
exiſti-

exiſtimoq; ꝙ reuocari nõ poſ-
ſit quintæ melioratio in dãnum
primi vocati, cui poſſeſsio tradi
ta eſt, in damnum verò ſecundò
loco vocati poſsit, quià huic nõ
eſt plenè ius quæſitum, ipſaq;
melioratio quamuis fiat pacto,
inter viuos inito contractu, ta-
mẽ retinet naturã vltimæ diſpo
ſitionis, atq; ita poterit reuoca-
ri, exceptis tribus caſibus, de
quibus agit. l. 1. titulo. 6. lib. 5. no
uæ compilat.

Quæſtio frequens

61 Sed in propoſito dubitari pò
teſt, ſi pater plures habens filios
vni per præceptionem tradidit
tertiam & quintam hac condi-
tione, vt ſi ſine liberis deceſſerit
reſtituat fratrib9 ordine ac gra
du cuiq; reddito, moritur pri-
mus ac reliqui ſine liberis viuo
patre, vnde fit vt res ad vltimũ
deuoluatur, qui conditionibus
pactis q; præceptioni adiectis
conſenſit, poſtea verò contradi
cit, omneq; grauamen reijci à le
gitima petit, vtrum in damnum
extranei qui poſt eum ad fidei
commiſſum vocatus eſt, poſsit
filius contradicere, & fideicom-
miſſum non admittere? In quo
articulo ſupponendum eſt, ſe-
cundum regulas iuris Regij vni
cum filium non cogi capere per
præceptionem tertiam, quæ eſt
legitima ipſius: quià in vnico fi-
lio non cadit melioratio, vt tra-
dit latè Antonius Gomez in. l.
17. Tauri. nume. 19. poſt Ioãnem
Luppum in. l. 27. Tauri. plura
verba hac de re fecit Peralta in
l. Titia cum teſtamento. §. lutius
1. nu. 16. ff. de legat. 2. & Gaſpar
Baecius tractatu de non melio-
randis filiabus. c. 9. nume. 6. qui
multa in propoſito aggregat.

62 Quæ ſentẽtia obtinet ſi filius
fideicommiſſo non conſentiat,
ſi autem conſenſerat, dubia res
eſt, vt apparet ex Ioanne Lup-
po in Rub. de donatio. inter vir.
& vxor. §. 47. Roderi. Suarez
in. l. quoniam in prioribus. am-
pliatione. 10. C. de inoffici. teſta.
illuſtriſsimo domino Couarru-
uias in. c. Rainaldus. §. 2. num. 2.
de teſtam. qui propoſitis octo
concluſionibus dificultatem di-
luit, ex quibus colligitur, quid
definiendum ſit, quando filius
conſentit oneri iniuncto legiti-
mæ: ſiue vnicus ſit filius, ſiue fra
tres habeat: ſed portioni legiti-
mæ iniuncto oneri conſentit.

63 Eſt autem diuerſa ſpecies fa-
cti, quando quis liberos habens
tertiæ & quintæ meliorationem
vni tradit, cuius fidei commit-
tit, vt ſi ſine liberis vita decedat,
fratri reſtituat, huic melioratio
ni filius conſentit, ſed viuo pa-
tre filius qui ſecundò loco vo-
catus eſt moritur, frater ſuper-
ſtes cui tertiæ & quintæ melio-
ratio tradita eſt, oneri contra-
dicit, & fideicommiſſum non
admittit, quod extraneo reſtitu
turus eſt, vtrum hoc liceat quæri
ſolet, ipſe quidem poſſe hunc nõ
admittere fideicommiſſum pu-
to, quià conſenſus præſtitus
intelligitur rebus ſic ſtantibus,
ſcilicet



ſcilicet tempore quo præſtitus
eſt. l. quod Seruius. ff. de condi.
cauſa data. vbi notat Accurſius
ſcholio poteſt, argumento. l. cõ-
tinuus. §. cum quis. ff. de verb.
oblig. notat Coraſius in. l. admo
nendi. in præludijs. nu. 43. ff. de
iure iur. mutato vero rerum ſta
tu mortuoq; fratre poteſt diſſen
tire, quià deuenit res ad caſum,
à quo incipere non potuit, cum
ſolus maneat filius, cui meliora-
tio facta eſt, cui ſi vnicus eſſet,
tempore quo prælegauit pater,
non poſſet prælegare: ergò idẽ
erit, ſi vnicus maneat poſt melio
rationem factam, argumento
textus optimi in. l. ſi in metallũ.
ff. de his quæ pro non ſcriptis
habent. quæ opinio iuris regu-
lis conſonare ſemper mihi vi-
ſa eſt.

64 Secundò ex hoc. §. collegerũt
doctores hæredes filij teneri ale
re patrem qui ad ſummam ege-
ſtatem deductus eſt: ex quo ap-
paret alẽdi onus tranſire ad hæ
redes eius, qui alere tenebatur,
vtrum autem alimenta tranſeãt
ad hæredes alimẽtarij, quæſtio-
nis eſt, exemplo hoc ſi Petro fun
dum Antonius reliquerit vt in-
de alatur, an proprietas deuol-
uatur ad hæredes legatarij. tra-
dit Bart. l. final. num. 7. ff. de his
quibus vt indignis, abundè hac
de re tradidimus in. §. idem ſcri
pſit ſupra. in ijs quidem alimen-
tis, quæ per actionem peti poſ-
ſunt, cõſtitutum eſt, vt ſi ille cui
debentur, non petierit, petendi
ius ad ſuos transferat hæredes,
de quo actum eſt in. §. ſi mater.
nu. 84. ſupra iſta lege.

65 Sed eſt in propoſito vtile ſci-
re, ſi ille, qui ali debet, neget ſe
alitum, ac præterita alimenta,
quæ illi relicta ſunt, petat, cui
probare conueniat, hæredi vel
tutori ſe præſtitiſſe, an legata-
rio, vel pupillo præſtita non eſ-
ſe, legatarius aut pupillus ſanè
probare tenetur alimenta lega-
ta fuiſſe, vel ſibi vt pupillo à tu-
tore deberi: actori enim proba
re conuenit. l. actor. C. de pro-
batio. l. ei qui dicit eod. l. verius.
ff. de probatio. ſi legata debita
vè alimenta eſſe conſtiterit, qui
præſtare debet, cum præſtandi
oneri ſit aſtrictus, ſi ſe ea præſti
tiſſe dixerit, probare debet, ex
cipiendo quippè ſit actor. l. 1. ff.
de exceptio. tradit latè Philip-
pus Corneus conſilio. 113. & con
ſilio. 120. nume. 1. & nume. 13. lib.
1. idem Corneus conſilio. 45.
nume. 7. lib. 4.

66 Probatio autẽ huius rei, cum
dificilis ſit, quomodo fieri de-
beat, vt actoris petitionem frã-
gat, tradit Corneus conſilio.
67 171. num. 6. & 7. libro. 2. Mihi vi
detur in hoc articulo cui præ-
ſumptio faueat conſiderari o-
portere, & ſi quidem pupillus
in tutoris domo moratus ſit,
præſumitur à tutore alitus, niſi
contrarium probauerit. l. final.
C. de alimen. pupi. præſtãd. vbi
notat Bal. & Sali. nu. 3. præſump
tio enim quæ alicui fauet trãfert
in aduer

in aduerſarium onus approbandi contrarium. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liberatio. legat. in hoc caſu iuris & naturæ præſumptione intentio tutoris vel hæredis probata eſt, vt Salicetus ait.

68 Item hanc opinionem fulcit ſententia Bart. in. l. cum ſeruus. ff. de verbo. obligationi. nu. 4. qui ait, quòd ſi aliquid debeat fieri, ad quod ſumptus ſunt neceſſarij, ſi factum eſt, præſumitur factum eſſe ab eo, qui facere tenebatur. argumento. l. fin. C. de alimen. pupi. vbi dicit eſſe caſum notabilē. ſequitur hanc opinionem Bal. in dicta. l. fin. vnde qui dixerit factum nō eſſe ab eo, qui facere tenebatur, debet probare. ſequitur Corneus conſilio 110. nu. 10. lib. 1.

69 Qui ait quòd ex eo, ꝙ quis ſtet in domo alterius, præſumitur ab eo alitus, idem Corneus conſilio. 120. num. 8. lib. 1. idem Corneus conſilio. 45. nume. 2. lib. 4.

70 Vnde cum alimēta minutim præſtentur: non ſigillatim non omnia quæ alimentario præſtita ſunt probari debent: ſed perſpectis rationibus vnius menſis aut anni ſequentium annorum ſimili forma perpendi, expungiq; debent iure iurando illius, qui alimēta præſtitit: vt in ſimili ſpetie annotauit Paulus Caſt. conſilio. 301. lib. 2. ſequitur Corneus conſilio. 81. lib. 4. Iaſſ. in. l. admonendi. nu. 58. ff. de iure iur.

71 Vnde qui aluit in hoc caſu quātum de ſuo in alimenta erogaſſet præſtito iuramento monſtrabit Bart. l. admonendi. nu. 40. ff. de iure iur. argumento. c. ex literis. de iure iur. ſequitur Cæpola cautela. 220. hæc ſententia cōmuniter recepta eſt teſte Ripa. in dicta. l. admonendi. nu. 188. ſequitur Boærius deciſione. 243. num. 14. Alciatus conſilio. 422. nume. 3.



# SVMMA EORVM QVAE CONTINENTVR, in. §. ſolent.

*LIBERTI ac ſerui plures erant in orbe Romano quàm ingenui, nu. 1.*

*Chriſtianus, ſi chriſtianum bello vincat, ſeruum non facit pia conſuetudine iure Regio approbata, nu. 2.*

*Infideles bello ſuperati ſerui fiunt, qui tam ſordidi ſunt, vt libertas hodie parum pia res ſit, nu. 3.*

*Liberti tenentur exhibere patronum, eiusq; filios & liberos & parentes, nu. 4.*

*Libertas inæſtimabilis eſt, & precioſa, numero. 5.*

*Libertus debet alimenta patrono iure naturæ, nu. 6.*

*Libertus alimenta patrono debet ſi diues ſit libertus, patronus verò pauper, numero. 7.*

*Libertus patrono præſtare debet alimenta larga pro dignitate patroni, nume. 8.*

*Patronus iudicis officio alimenta petit à liberto. nu. 9.*

*Summatim iudices cognoſcere debent, ſi patronus alimenta petat à liberto, numero. 10.*

*Patroni filios tenetur alere libertus, numero. 11.*

*Libertus, qui patrono denegat alimenta, redigitur in poteſtatem patroni, nu. 12.*

*Libertus, ſi deneget alimenta patroni filijs aut parentibus, non redigetur in poteſtatem eorum, nu. 13.*

*Patronus tenetur libertum egenum alere, nume. 14.*

*Dominus tenetur alere ſeruum, nu. 15.*

*Seruum libero patre natum tenetur alere dominus, non autem pater ſerui, nu. 16.*

*Dominus alendi oneri ſatisfacit, ſi faciat ſeruum recipi in domo hoſpitali, numero. 17.*

*Alendi onere an liberetur qui alimentarium deducit in hoſpitale, & quid ſi adlegetur in collegium literarium, numero. 18. 19.*

*Eccleſia tenetur alere patronum egenum, nume. 10.*

*Si eccleſiæ ſuperſit aletur patronus eccleſiæ, nu. 21. 22.*

*Eccleſiæ ſupereſt quando miniſtris debita ſalaria præſtita ſunt, ſarta tecta, comparataq; ornamenta ſacris peragendis, nume. 23.*

*Eccleſia ſi diues ſit, alet patronum largè, nume. 24.*

*Lautius aletur patronus qui diues fuit, q̃ qui ſemper fuit pauper, nu. 25. 26.*

*Patrono nobili & ruſtico non ſunt decernenda alimenta æqualia, nu. 27.*

*Eccleſia non ſolum tenetur alere patronum ſed filios eius vxorem & familiam, numero. 28.*

*Patrono ſunt præſtanda alimenta in propria domo non in eccleſia, aut domo parrochi, nu. 29.*

*Patronus poteſt agere aduerſus eccleſiam ipſi alimenta denegantem, & petere iure actionis, nu. 30.*

*Eccleſia alere tenetur eum, qui fundum dedit eccleſiæ, vt ab ea aleretur, licet perierit fundus, nu. 31.*

*Vaſſallus tenetur alere dominum à quo habet fun*

*bet fundum amplum, ſecus ſi anguſtum, nume. 32.*

*Fructus beneficij an capi poßint in cauſam iudicati, & ſi capiantur an ſacerdoti aliqua pars relinqui debeat vnde alatur, nume. 33. 34. 35.*

*Idem erit ſi capiatur patrimonium clerici cuius nomine ordinatus eſt, nu. 36.*

*Debitor qui in carcerem detruſus eſt vt ſoluat, an ali debeat à creditoribus, numero. 37. 38.*

*Debitor qui ceßit bonis, ſi idoneus factus ſit an ſoluere cogatur inſolidum, an ſint ei & filijs & vxori alimenta relinquenda, & an in animæ iudicio integrum ſoluere teneatur, nu. 39. vſq; ad. 45.*

*Vſurarius bonis cedere poteſt, nu. 43.*

*Delictum qui commißit, & fugit ad eccleſiam, ali debet ab eccleſia, nu. 46.*

*Eccleſiam iudex non debet armato milite cingere: vt reo obſeſſo alimenta non præſtentur, quòd ſi alimenta, quæ obſeſſo deferuntur, iudex deſſerri impediat, incidit in bullam Cœnæ Domini, nu. 47.*

*Perſonæ quæ ali debent congeſtæ ſunt, numero. 48.*

*Fructus non decerpitur ex continuatione rubricarum, nu. 49.*

*Ingenium fuit olim in precio, nu. 50.*

*Tituli an ſint continuandi, nu. 51. 53.*

*Librorum continuatio non eſt neceſſaria. nume. 52.*

*Libri inter ſe, nec leges legibus, nec paragraphi paragraphis continuãtur, nec tituli in libro ſexto decretalium traditur à nu. 54. vſq; in finem.*



# SOLENT IVDICES COGNOSCERE ET INTER PATRONOS

& libertos ſi de alẽdis his agatur. Itaq; ſi negẽt ſe eſſe libertos: cognoſcere eos oportebit. Quòd ſi libertos eſſe cõſtiterit, tunc demũ decernere vt alant. Nec tamen alimẽtorum decretũ tollet liberto faculatẽ, quominus præiudicio certare poſsit ſi libertũ ſe neget. Alimẽta autẽ promodo facultatum erũt præbẽda, egentibus ſcilicet patronis. Cæterũ ſi ſit vnde ſe exhibeãt, ceſſabunt partes iudicis. Vtrum autem tãtum patroni alẽdi ſint, an etiam patronorũ liberi, tractari poteſt. Et puto cauſa cognita iudices & liberos quoq; patronorũ alẽdos decernere: nõ quidem tam facilè vt patronos, ſed nõ numq; & ipſos. Nam & obſequiũ non ſolum patronis, verum etiã liberis eorũ debet præſtari. Sed & libertus maternus alere cogitur. Si quis à liberti liberto ali ſe deſideret, vel ab eo quẽ ex cauſa fideicõmiſsi manumiſit, quẽq; ſuis nũmis redemit: nõ debet audiri, vt & Marcellus ſcribit: qui exæquat eum ei qui mercedes exigẽdo ius libertorũ amiſit. Sed & patroni filium qui capitis accuſauit libertũ paternum, negat exhibendum. Sed & liberta cogitur patronũ alere. De alimentis patroni arbiter ſolet dari: arbitraturus quantum ſit in facultatibus, vt pro inde poſsit alimenta moderari: quæ tandiu præſtabuntur, quandiu liberto ſuperſit, patrono deſit. Patrem quoq; & matrem patroni, cum patronus & filij eius minimè ſuperſint, alere egentes ipſi liberti (ſi idonei facultatibus ſint.) coguntur.

1 IN hoc textu tractat Vlpianus alimẽtorum cauſam, quæ à libertis præſtãda ſunt patronis, qui tractatus in iure ciuili latè patet, cũ Roma iure belli vniuerſum ſubegerit orbẽ, ſeruos ex omni natione habuit: Romani quippè Imperatores captiuos ducebãt nobiles, ac principes deuictæ cuiusq; prouintiæ & in ſeruitutem redactos ſeruos habebãt; ij enim cum viri principes eſſent prudẽtes ac cordati, tãta cura ac fide dominorũ negocia gerebãt, ſiue domeſtica ſiue extranea, vt eorũ ſibi gratiã conciliarẽt. ac fidæ diligẽtiæ præmiũ libertatẽ aſſequerentur. Liberi dominorũ poteſtate liberti dicebantur, qui ſua induſtria ſæpè maximas facultates quærebãt, eos Romanorum leges gratos eſſe patronis præcipiebant, à quibus libertatis beneficio affecti ſunt: reuerentiam exhibere ac omni officio per-

ſequi, & ad ægeſtatẽ per ductus
alere imperabant. Erant enim
in orbe Romano plures ſerui
ac liberti quàm ingenui, vnde
effectum eſt, vt maxima pars iu
ris ciuilis conſtet patronorum
ac libertorum tractatione. Ti-
raquellus.l. ſi vnquam. verb. li-
bertis.nu.1.C.de reuo.donat.

2 At in Chriſtiana republica hæc
omnia ferè ceſſant, cũ pia cõſue
tudine introductum ſit, vt vi-
ctor Chriſtianus princeps eos
Chriſtianos quos bello vicerit,
ſeruos non habeat.Bat. l.hoſtes
ff.de captiuis. cuius ſententiam
multi ſequuntur.quæ conſuetu-
do iure noſtro approbata eſt. l.
1.titulo.29.part.2.

3 Qui autem diuerſam religio-
nem ſectam vè profitentur, ſer
ui fiunt, redemptiq; ad ſuos re-
deunt: quòd ſi aliqui apud nos
manẽt, ij tam ſordidi & abiecti
ſunt,vt mercenarij vix ſibi victũ
quærãt. Vnde meritò dominus
Epiſcopus Paſcẽſis Iacobus Sep
timancenſsis ſummæ eruditio-
nis ac prudentiæ vir in inſtitu-
tionum. c.59.nu.2. ait apud nos
tam viles ſeruos eſſe & ſordidos,
vt libertas hodierno die parum
pia res ſit. Hac de cauſa in pro-
poſito tractatu compendio ſer
uiam, paucula quædam tractãs
de ijs,quæ ad alimenta attinent,
quæ patronis debentur: cũ ipſe
Vlpianus præcipuas huius rei
quæſtiones tractauerit, ac defi-
nierit.

4 Primò ex hoc textu doctores
colligunt: teneri libertos exhi-
bere patronos eorumq; filios,
& parentes: Iudexq; hac de re
cognoſcet, eadem ſententia de
promitur ex. l. non ſolum.ex.l.
non aliter. ff. de vſu & habit. §.
item is qui ædium. inſti. de vſu
& habita. notãt Accurſius ſcho
lio final.in.l.final.C. de bonis li-
bert.ſequntur Bal. Salicetus, &
reliqui ibi. Dynus, Bart.& Al-
ber.hic. Iaſſ. l. ſi non ſortem.§.li
bertus nume. 4. ff. de condi. in
debi. Tiraquellus. l. ſi vnquam.
C. de reuocan. donatio. verb.
libertis nume.31.

5 Quæ ſententia ab ipſa natu-
ra defluit, qua aſtringimur be-
nefacienti benefacere, quis au-
tem maiori vſq; munere poteſt
hominem afficere quàm ille,qui
libertatem donat, rem inæſti-
mabilem, omniq; auro præcio-
ſiorem? l. libertas. ff. de reg. iu-
ris. Cicero actione. 3. in Verrẽ,
ait, ſummum à domino benefi-
cium libertum accepiſſe. tradit
ipſe Cicero libro epiſtolarum
ad Lucium Plancum epiſtola.31
cuius facti iniuſtiſsima inuidia
erudire me potuit, quàm iucun-
da libertas, & quàm miſera ſub
dominatione vita eſſet. Ita ſi id
agitur,vt rurſus in poteſtate om
nia vnius ſint, quicumq; is eſt,ei
me profiteor inimicũ. Nec peri
culum eſt vllũ quod pro liberta
te aut refugiam, aut deprecer.

Ex his defendi poteſt ſenten
6 tia Corraſij: qui in.l.omnia.nu.
6. ff. de officio præfecti vrbis
ait



ait patronis à libertis alimenta
deberi iure naturali & ciuili,de
bentur enim iure ciuili alimen-
ta patronis principum conſti-
tutionibus. l. final. ff. de liber.
agnos. iure autem naturæ prop
tereà teneri libertum ait, quià
ipſa ratione naturali tenetur pa
trono cõſulere, à quo ſummum
accepit beneficium argumento.
c.cum in officijs.de teſtam.l. ſed
& ſi lege.§.conſuluit. ff. de peti.
hæred. in hoc ſenſu accipienda
ſunt verba Vlpiani in. l. ſi non
ſortem. §. libertus. ff. de cond.
indebi.ibi(natura enim operas
patrono libertus debet) in quo
ſenſu hæc verba accepit Accur
ſius ibi. ſcholio natura. ſequi-
tur Bart.nume.10. Iaſſ. nume.4.
& nume.5.

7 Thema autem quod ex hac
lege interpretes depromunt,
quòd libertus cogi poſsit alimẽ
ta patrono præſtare, intelligi
debet ſi patronus egeat, liber-
tur opibus afluat,vt hic Vlpia-
nus docet: illis verbis (alimen-
ta autem pro modo facultatum
erunt præbenda,egentibus ſci-
licet patronis) idem iure Regio
approbatum eſt. l. 2. titulo. 18.
part.4.inibiq; notat Gregorius
ſcholio.la riqueza.

8 Alimenta autem quæ libertus
patrono præſtare debet, erunt
larga pro dignitate patroni,Lã
bert. de iur patronatus. lib. 3.
q.3.principali.articulo.2. nu.68
& in articulo. 3. nu. 1. Mathæus
de aflictis. in. c. imperialem. in
principio nu.31.de prohibi. feu-
di aliena.idem Mathæus de afli
ctis in. c. licet vaſſallus nu. 20. ſi
de feudo fuerit controuer.inter
domi.& agnat.quæ debeant eſ-
ſe hæc alimenta docet.l.8.titulo
22. part.4. illis verbis. (caſi en-
tendiere que aquel que lo afor-
ro es venido à tal pobredad q̃
a meneſter de ſu aforrado algo:
de ve le accorrer dãdole que co
ma,è que beua,è que viſta,è que
calçe, ſegun la riqueza ò el po-
der que ouiere.)

9 Quæ alimenta patronus à li-
berto petet iudicis officio implo
rato,vt tradit Speculat.titu.qui
filij ſint legiti.nu.9.idẽ Specula.
titulo de officio omniũ iudicũ.
§.2.nu.3.argumẽto huius textus
&.l.1.C.de operis libert. vbi iu-
dicis cognitioni hæc res cõmiſſa
eſt,ex qua oritur iudicis officiũ.
l.quòd ſi minor.§. ex hoc edicto
ff.de minoribus.

10 Vtrum autem iudices qui hac
de re debent agnoſcere,ſumma
tim id expedire debeant, an ve
rò plenè negocium diſcutiendũ
ſit, quæri ſolet, & perfunctoriè
ac ſummatim cognoſcere debe-
re ſcribit Accurſius ſcholio cog
noſcere: cui accedunt Dynus &
Alber.hic.Bart. nume.3. qui ait
ſententiam Accurſij veram eſ-
ſe huius textus authoritate &
deciſione. verſ. nec tamen. illis
verbis. (nec tamen alimento-
rum decretum tollet liberto fa-
cultatem, quominus præiudi-
cio certare poſsit, ſi libertum

 ſe ne-

ſe neget.) quibus apparet iudi-
cis decretum alimenta patrono
decernentis præiudicium nõ fa
cere veritati: faceret autẽ ſi ple
nius res tractaretur.l.pen. ff. de
his qui ſunt ſui. & ibi notat Ac-
curſius ſcholio fi. vnde crebrius
hæc diſtinctio recepta eſt: vt ſi
de alimentis ſummatim ac per-
functoriè agatur, hæc res præiu
dicium non faciat veritati: ſecus
ſi plenius pinguiusq; actum ſit,
nam hæc præiudicium faceret
veritati, vti Bart. & reliqui tra-
didere in.l.pe. ff. de his qui ſunt
ſui. vbi notant Oroſcius nu.1.&
Coraſius nu. 2. argumento. l. 2.
C. de ordi. iudi. & .l. ſi autem. §. fi.
ff. de nego. geſt. Item diſtingui
ſolet in propoſito, vtrum alimẽ-
torum cauſa principaliter an vè
rò incidenter tractetur, qua de
re multa tradidimus in. §. ſi vel
parens.

11 Superiorẽ concluſionẽ quàm
ex iſto textu deprompſimus, ex
tendit ipſe Vlpianus, vt locum
habeat in patroni filijs, quos li-
bertus ſi ad egeſtatem deducti
ſint, alere compelletur: ſed non
tam facile, vt ipſum patronum,
idemq; in perſonis patris & ma
tris patroni conſtituit, quos ale
12 re libertus tenetur, ꝙ ſi patro-
no inopia laboranti impiè ali-
menta denegauerit, in poteſta-
tem patroni redigetur. l. alimen
ta. §. final. ff. de liber. agnos. tra-
dit Speculat. titulo qui filij ſint
legit. nu. 9. quæ ſententia iure
Regio confirmata eſt. l. 8. titulo
22. part. 4.

13 Quam ſententiam ſtrictè ac-
cipiendam eſſe certum eſt, ne vl
tra fines ſuos progrediatur, ſed
obtineat ſolum, quando liber-
tus patrono alimenta denega-
uerit, non ita ſi patroni patri
aut filio, à quibus libertatis be-
neficium aſſecutus nõ eſt. illis au
tem maximè aſtricti ſumus à qui
bus beneficiũ recipimus. c. cum
in officijs de teſtam. nõ eſt enim
par ratio patroni, & patroni
filij in propoſito, ergò nec idem
ius. l. adigere. §. quamuis. ff. de
iure pat.

14 Item patronus tenetur liber-
tum egenum alere. l. alimenta.
ff. de lib. agnos. l. Diuus. ff. de
iure pat. Speculat. dicto nu. 9.
quòd ſi alimẽta denegauerit, iu
ra patroni perdet. l. alimenta di
cta. l. Diuus.

15 Item dominus tenetur alere
ſeruum. l. cum plures. §. cum tu-
tor. ff. de adminiſtra. tuto. l. 2. ff.
de his qui ſunt ſui. tradit Spe-
culat. titulo qui filij ſint legit. nu
mero. 20.

61 Quæ opinio obtinet etiam ſi
ſeruus libero patre procreatus
ſit, quem non cogetur pater ex
hibere, ſed dominus. l. ſi neget.
in fine. ff. de liber. agnos. vbi
tradit Bart. nume. 2. & ibi Al-
ber. verſ. ſi verò pronuntiatur.
Speculat. titulo qui filij ſint le-
git. numero. 15. ꝙ ſi nec aluerit
aditus præſes venire ſeruum
iubebit. l. 2. ff. de his qui ſunt
ſui.

Vtrum



Vtrum autem alendi oneri ſa
tisfaciat dominus, ſi efficiat vt
in xenodochium ſeruus adlect9
ſit, vbi domus hoſpitalis ſump-
tu & impenſis alatur, quæſtionis
eſt, & ſatisfacere alendi oneri a
pertè colligitur ex. l. 1. §. ſed ſci-
mus. C. de latina liber. tollenda
qua lege oſtenditur dominum,
qui ſeruũ è domo familiaq; ſua
repulit, & alimẽta non præbuit
neq; eum curauit, alij vè commẽ
dauit, aut in venerabilem xeno
nem miſit, domini iura perdere.
Ex his collegit Bal. §. ſed ſcimus
nu. 2. vnum mirabile, vt ille ait,
quòd qui oneribus præſtãdorũ
alimẽtorũ aſtrictus eſt, illo one
re liberatur, ſi effecerit vt alimẽ
tari9 in venerabilem xenonẽ re
cipiatur, aut hoſpitali domo ſa-
cra, vel ſi procurauerit illi ali-
quam præbendã, hoc Baldi pro
nuntiatum latè patens ac infini
tũ approbat Ananias in. c. vni.
de infantibus expoſitis. Præpo-
ſitus in. c. cum haberet, de eo qui
duxit in matrimoniũ. ſequitur
Ioann. Luppus in. c. per veſtras.
de donatio. inter vir. & vxor. no
tab. 3. §. 23. n. 9. & Rauenas ſing.
29. hanc ſententiam tanquam
veram & certam ſequitur Alex.
l. alimenta. nu. 7. C. de nego. geſt.
Caſtillus in. l. 10. Tauri. parte en
caſo. verſ. item nota. Carolus
Ruinus conſilio. 45. nu. 3. 5. & . 8.
18 Rebuffus de priuilegijs ſchola-
rium priuileg. 54. qui nõ ſolum
opinionem Baldi recipiunt in
domino, qui tenetur alere ſer-
uum, verum etiam in patre, &
in quolibet homine qui præſtan
dorum alimentorum oneribus
aſtrictus eſt: vt is alendi onere
liberetur, ſi efficiat vt alimenta
rius recipiatur in venerabilem
xenonem. ſed hoc contrahunt
doctores, ſi alimentarius ibi ho
neſtè morari non poſsit, ſed in-
genuus nunquam honeſtè po-
teſt ibi morari: ergò nunquam
pater alendi filij onere libera-
bitur, proptereà quòd ẽfficiat,
vt in venerabilem xenonem ad
legetur, idemq; ſtatui debet in
perſona cuiuslibet ingenui ali-
mentarij, quod ex intentione
ſcriptorum depromitur, vt be-
ne conſiderat dominus Couar-
ruuias in epitome de matrimo-
nio. 2. parte. c. 8. §. 6. nu. 9. hæc
etenim ſententia obtinet in per
ſona liberi ingenuiq; hominis
honeſti, at ſi in fimæ conditio-
nis ſit, mercenarius, aut ruſticus
ſi in ſacra hoſpitali domo reci-
piatur, vt ibi alatur, alere non
tenebitur is, qui alendi onere
aſtrictus erat.

19 Ipſe autem noto nihil minus
de duci ex. §. ſed ſcimus, quam
id, quod ex eo deprompſit Bal-
dus: & me hercule contraria
ſententia manifeſtè ex eo colli-
gitur, id ante in mentem reuo-
cemus, eum non teneri aliquem
alere, qui ſibi ſufficere non po-
teſt, vt hac lege ſæpè conſtitu-
tum eſt. hoc ſuppoſito dicit. §.
ſed ſcimus. quòd ſi quis ſeruum
ſuum ægritudine periclitantem

 à ſua

à ſua domo publicè eiecerit, iu-
ra domini perdit, debet enim
dominus eum procurare, ſi au-
tem dominus ad ſerui curam nõ
ſufficiat, in xenonem eum mit-
tere, vel quo poterit modo eum
adiuuare tenetur: hinc patet ſer
ui alendi oneri dominum ſatiſ-
facere, ſi faciat eum recipi in ſa-
cra domo hoſpitali, quando do
minus exhibere eum nõ poteſt.
ſat eſt enim ſi dominus ſeruo cõ
ſulat eo modo quo poſsit. Vnde
ex. §. ſed ſcimus. colligitur con-
traria ſententia, vt is qui alere
tenetur, alendi onere non libe-
retur, ſi curet vt alimentarius in
venerabilem xenonem adlege-
tur: eſt enim ſpeciale in ſpecie.
§. ſed ſcimus. ob egeſtatem eius
qui exhibere tenebatur. quod
aptius ex. §. ſed ſcimus. collegit
Ioann. ſcholio. 1. in. c. final. 87.
diſtinctione. Bernardus ſcholio
liberatus in. c. vni. de infanti-
bus expoſi. Hinc apparet non
eſſe diſtinguendum in propoſi-
to, poſsit alimentarius honeſtè
in xenone morari, aut mini-
mè: quià qui alere tenetur, ali-
menta præſtare debet, vt alen-
di onere liberetur, quòd ſi non
ſit in facultatibus, conſulet eo
modo quo poſsit. Vnde appa-
ret alendi onere eum non libe-
rari, qui effecerit, vt in colle-
gium literarium alimẽtarius ad
legetur. ſed ſi iure ſanguinis ale
re cogebatur, id præſtabit, quod
alimentis deerit: quòd ſi prædi-
ues collegium ſit, cum alimenta
habeat, non eſt cur aliquid præ
beat, ſed vix hoc contingere
poteſt, ſemper me hercule mul-
ta deſunt collegis viris probis
ac eruditis, ſed ſi iure legati ale-
re teneatur, adæreta dabit ali-
menta.

20 Ex ijs quæ tradit Vlpian9 hic
de alimentis patrono à liberto
præſtandis, procedunt docto-
res ad alimenta, quæ patrono
debet præſtare eccleſia, debet
quippè eccleſia egenũ alere pa-
tronum. c. quicumq;. 16. q. 7. vbi
notat Ioãnes ſcholio ad inopiã.
c. nobis de iure patro. & ibi Ber
nardus ſcholio penul. adducit
verſus.

*Patrono debetur honor, onus vtilitasq;*
*Præſens vt præſit, defendat, alatur egenus*

Hæc ſententia ꝙ eccleſia te-
neatur patronum alere, qui ad
egeſtatem deductus eſt, crebrius
à doctorib9 approbatur Alber.
in rub. C. de alendis lib. Abb. in
c. nobis. nume. 6. de iure patro.
Cæpola in. c. 1. de cogni. feudi.
Paulus de Citadinis de iure pa-
tro. 6. partis articulo. 4. Felinus
in. c. cum omnes. nu. 32. de conſti
tutio. Caſiadorus de iure patro-
na. deciſione. 3. nu. 2. hanc ſentẽ
tiam communiter approbari at
teſtatur Lambert. de iure patro.
lib. 3. q. 3. principali. in princi-
pio. nu. final.

21 Quæ ſententia obtinet, ſi in
ſummã egeſtaetm patronus de
ductus ſit, vt in perſona patro-
ni cui libertus debet alimenta,
conſtitutum eſt hic. probatur
dicto.



dicto. c. nobis.

22 Item ſi eccleſiæ ſuperſit. argu-
mento. §. final. in fine. 26. q. 2. tra
dit Ioannes ſcholio fin. in. c. qui
cumq;. 16. q. 7.

23 Tunc autẽ eccleſiæ ſupereſſe
dicemus quando eius miniſtris
debita ſalaria præſtita ſint, ec-
cleſiæq; reſtituta ædificia ſarta
q; tecta, & ſacris peragendis or
namenta, quæ neceſſaria ſunt,
24 cõparata: vti declarat Abb. in
dicto. c. nobis. nu. 6. quòd ſi eccle
ſiæ diuitiæ ſuperſint aletur pa-
tronus pro dignitate ſua. Ioann.
ſcholio final. c. qui cumq;. 16. q.
7. tradit ipſe Abb. dicto. nu. 6.
idem Abb. in. c. ſtatuimus. nu. 1.
de maio. & obedi. Bald. c. ad au
res. nu. 4. de reſcriptis. argu-
mento. l. ſed & ſi quid inædifica
uerit. §. ſufficienter. ff. de vſufru
25 ctu. ſequitur Felinus in. c. cum
omnes. nu. 32. lautius enim ale-
tur is qui diues fuit, quàm is qui
opibus nunquam afluxit. Ioan.
ſcholio fin. argumento. c. non
cogantur. 41. diſtinctione. mode
26 ratè tamen. c. nobis. Ex qua do-
ctrina deducitur errore lapſum
Iaſſonem, qui in decernendis ali
mentis dignitatem alimentarij
perpendendam eſſe dixit, vt eſt
eo tempore, quo alimenta decer
nuntur, in egeſtate conſtitutus,
non vt olim fuit, cum alimenta-
rius in facultatibus erat, qua de
re egimus in. §. ſed ſi filius nec
enim alimẽta decernenda ſunt
27 æqualia nobili patrono & ruſti
co Accurſi9. l. itemq;. §. labeo. ff.
mãdati. ſequitur Felinus dicto.
nu. 32. Rochus de iure patrona
tus. verb. & vtile. nu. 4.

28 Item eccleſia tenetur non tan
tum patronum alere, ſed filios
eius & vxorem & reliquam fa-
miliam. c. filijs. c. quicumq;. 16.
q. 7. docet Vlpianus hic; cuius
argumento hanc opinionem de
fendit Lambertinus de iure pa-
tro. lib. 3. q. 3. princip. articulo. 6
nu. 1. & nu. 3. Quo autem modo
patroni filij alimenta capere de
beant ab eccleſia docet. l. 9. titu
lo. 6. lib. 1. nouæ compi.

29 Item patrono hæc alimenta
præſtanda ſunt in domo pro-
pria, non autem in eccleſia vel
in parrochi domo. vti argumen
to. l. plenum. §. pomum. ff. de
vſufructu. l. Caio. §. final. ff. de
aliment. & cibar. legat. tradi-
dere Paulus de citadinis de iu-
re patro. 6. parte. articulo. 4. q.
10. doctores in. c. nobis. de iure
patro. ſequitur Rebuffus in tra-
ctatu congruæ portionis. q. 12.
nume. 97.

30 Quòd ſi hæc alimenta patro-
no eccleſia denegauerit, ius ſibi
competens iure actionis per ſe
quetur pro tribunali; ſcilicet cõ
dictione ex canone quicumq;.
16. q. 7. &. c. nobis de iure pat.
vbi in hac ſententia fuere Ioan.
Andr. & Abb. nu. 6. quos reli-
qui ſequũtur ibi. & Lãbert. de iu
re patro. lib. 3. q. 3. princip. ar-
ticulo. 7. nu. 1. Rochus de iure pa
tro. verb. & vtile. q. 4. Burgen-
ſis in. c. 1. nume. 30. de emptione

& vend. Gigas in tractatu de
penſionibus.q.23.nu.2.

31 Nec tantum patronum eccle
ſia alere tenetur,ſed ei, qui fun-
dum eccleſiæ tradiderit hoc pa
cto, vt ab eccleſia alatur,præſta
re tenetur alimēta eccleſia, quã
uis fundus perierit, quia tradēs
fundũ opere impleuit pactum,
periculumq; fundi poſtquã ec-
cleſiæ addictus eſt, ad eccleſiam
pertinet.l. lucius.ff.de euictio.l.
neceſſario in prin.ff. de pericu-
lo & cõmodo rei vend. hæc fuit
ſententia Petri,Cyni, Alberici,
Baldi,& Angeli.in.l.1.C.de iure
emphite. quæ ſentētia crebrius
à noſtris recepta eſt, vt conſtat
ex ijs,quæ aggregat Iaſſ. in repe
titione.l.quominus. ff. de flumi-
nibus. nu.178. Quòd ſi donatus
fundus ſit,reſeruatis donatori a
limentis ex fundo,poterit dona
tor propria authoritate alimen
ta capere, tradit Gozadinus cõ
ſilio.95.

32 Sed an hæc obtineãt in per-
ſona domini,qui fundum vaſſal
lo dedit in feudum,vt ſi quidem
domin9 ad egeſtatem deductus
ſit,alere eum vaſſallus teneatur,
quæſtionis eſt, & teneri colligi-
tur ex hoc.§. ſolent.vbi libertus
Patronum alit. idem.l.fin. ff. de
lib. ag. multa pro hac parte ad-
ducit Iacobus Veronēſis in ſum
ma feudorum. c. 45. Qui hanc
opinionē obtinere ait ſi ampla
prædia in feudum conceſſa ſint,
ſecus ſi anguſta. argumento.l. ſi
totas.C. de inofficio.donatio.c.
de forma.22.q.fin.tradit Specu-
lat. titulo qui filij ſint legit.nu.11.
vbi Ioann. Andr. latè diſputat,
multiſq; probat vaſſallum alere
non teneri. Mihi autem prior
ſententia placet,alimentaq; vaſ
ſallum præſtare debere puto:ar
gumento. l. libertus qui opera-
rum.ff. de operis liber.illis ver-
bis (alimētorum cauſa eſt diuer
ſa,cum inopia patroni per inui
diam libertum conuenit) vbi li-
bertus qui patrono operas præ
ſtiterat,cogitur egenti alimenta
ſubminiſtrare,licet hac obliga-
tione & operarum præſtatione
ſit liber, propter clamores po-
puli qui ægrefert patronum ege
re,cum libertus eſſet in facultati
bus. quæ ratio æqua lãce locum
habet in perſona vaſſalli,qui do
minum egentem exhibebit, ne
populus conqueratur, quòd do
minus egeat, cum vaſſallus opi-
bus diuitijſq; afluat.

33 Item ſi fructus ſacerdotij ca-
pianturin cauſam iudicati, non
omnes capi debent, ſed ea pars
fructuum ſacerdoti cedet, quæ
eius alimentis ſufficiat,vt eccle-
ſiæ deſeruire valeat.hæc fuit ſen
tentia Petri in.l.ſtipendia.C.de
excep.rei iudi.cui accedit Cyn9
ibi.argumē.c.præſenti. & ſentē
tiã Petri ſequitur Bal.in.c.cũ cõ
tigat. de dolo & contu. nu. 20
Iaſſ.l.cõmodis.nu.2.ff.de re iud.
c. præſenti. §. porrò. de officio
ordi. lib. 6. hoc depromitur ex
intentione Abb.in.c.per venit.
nu.12.de fideiuſſor.poſt Hoſtien
ſem ibi.quem ſequitur Ioã.Imo-
la. huic opinioni accedit Ripa
in.l.milles. num.8. ff. de re iudi.
Quod introductum eſt eccleſiæ
fauore, ne miniſtris careat,qui-
bus præmia confert propter ſer
uitium. Item ne in opprobrium
ſacerdotalis ordinis mendicet,
hanc ob cauſam generaliter con-
ſtitutum eſt, ne ſacerdotiorum
fructus clericorumq; ſtipendia
capiantur in cauſam iudicati. l.
commodis.ff.de re iudi.niſi alia
ratione res iudicata exequi nõ
poſsit, veluti ſi is qui condema-
tus eſt extra commoda ſacerdo
tiorum bona non habeat, quæ
creditoribus addici poſsint,ca-
pientur enim iſto caſu ſtipendia
fructus vè ſacerdotij.l.ſtipendia
C.de executione rei iudi.vbi no
tat Accurſius ſcholio ſi. ſequun-
tur Speculat.titulo de primo &
ſecundo decreto.§. reſtat. nu.9.
idem Speculat. titulo de execu-
tione ſententiæ. §. ſequitur.nu.
16.Cynus,Bal. Fulgoſius nu.1.&
Salice.l.ſtipendia.qui ait hoc in
troductum eſſe ex cauſa reuerē-
tiæ, quæ eccleſiæ debetur. hanc
opinionem ſequitur Paul. Caſt.
in.l. commodis. ff. de re iudi. &
ibi Alex. nu.2. hæc eſt cõmunis
opinio teſte Maranta tracta.de
ordine iudiciorũ.6.parte.verb.
executio.nu.44.Petro Dueñas
regula. 275. limitatione. 11. hoc
ſenſu accipi debet.l.23.in fine&
l.45.titulo.6.part.1.

34 Hanc opinionem Petri dicē-
tis q; ſi in cauſam iudicati fruct9



eccleſiaſtici beneficij capiantur,
relinqui ea pars debet ſacerdo-
ti,quæ ſufficiat,improbat Albe
ricus in.l.ſtipendia.C.de execu.
rei iudi.exiſtimans commoda ſa
cerdotij capiēda eſſe in cauſam
iudicati, ſine diſtinctione. c. 2.
de fideiuſſor.vbi notat Bernar-
dus,ſcholio reditibus.& Innoc.
ibi.ſequitur ibi Abb.nu.12. Ho-
ſtienſis & Barb.in c.Odoardus
de ſolutio. & in hac ſentētia fuit
Accurſius ſcholio iſto modo in
l.à diuo pio. §. in venditione.ff.
de re iudi.

35 Sed Alberici ſententia ratio- *Aduerſus Alber.*
nem non habet, quia fructus be
neficij non capiuntur in cauſam
iudicati niſi eo caſu, quo debi-
tor bona nõ habeat, quæ credi-
toribus addicantur: ſi pars fru-
ctuum non relinquitur, ex qua
alimēta ſibi ſuppeditare valeat,
cogetur mendicare in oppro-
briũ cleri:quod iura ab horrent
c.diaconi.93.diſtinctione.c.Ioã-
nes in fine de cleri.cõiuga. Item
ſacerdotij fructus clerico datur,
vt diuinis obſequijs aſcribatur.
c. cum ſecundum Apoſtolum,
de præbend. ſi integri beneficij
fructus capiantur,eccleſiæ mini
ſterio nõ poterit ſatisfacere ege
ſtate laborans, argumento. c. ſi
propter tua debita. de reſcrip.
lib.6.vnde nec fructus capiet.c.
quia non nulli.de clericis non re
ſidentibus, ergò neceſſariò ea
pars fructuum relinquenda eſt,
quæ alendo ſacertoti ſufficiat,
vt diuinis officijs ſeruire valeat,
atq;

atq; ita ſtipendia quærere, quæ,
ſi non ſeruiat, non percipit. tra-
dit Abb. in. c. epiſcopus de præ-
bend. cui plures accedunt. quos
aggregat Ripa lib. 1. reſponſo-
rum. c. 14. nu. 8. traditur in con-
cilio Tridentino. ſeſsione. 22.
c. 3.

36 Idem ſtatuendum eſt, ſi patri-
monium clerici in cauſam iudi-
cari capiatur, cuius nomine in
clericorum ordinẽ eſt adlectus,
fungitur enim patrimoniũ hoc
priuilegio ſacerdotij, in cuius lo
cum ſuffectum eſt. c. eccleſiarum
ſeruos. 12. q. 2. c. ſunt. 16. q. 1. l. 3.
C. de epiſco. & cleri. Bernardus
ſcholio fin. in. c. epiſcopus, de
præbendis. hanc ſententiam ſe-
quitur Bald. in titulo de pace cõ
ſtantiæ col. 6. ſed. variat. Felinus
in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. nu.
10. de conſtitu. vbi Decius nu. 18
ait hanc ſententiam, obtinere,
quando agitur de fauore cleri-
ci, vt in propoſito. Et quamuis
Decij ſententiam improbet do
minus Couarru. lib. 1. vari. reſo
lu. c. 4. nu. 4. ea tamen hodie ap-
probata eſt in concilio Triden
tino. ſeſsione. 21. c. 2. vnde ſupe-
rior opinio, quæ habet, quòd ex
fructibus patrimonij, cuius no-
mine in ſacerdotum ordinẽ ad-
lectus eſt quiſpiam, relinqui de-
beat, vnde ali poſsit, verior eſt:
tradit Ripa. l. milles. nu. 8. ff. de
re iudi. cui ipſe accedo, ne men
dicet in opprobriũ ordinis cle-
ricalis.

37 Item qui à creditoribus in car
cerem detruſus eſt, vt exoluere
cogatur, ali ab ipſis creditorib9
debet, ſi non habeat vnde ſibi
alimenta ſuppeditare valeat. l.
iudices. C. de epiſcopa. audi. Ac
curſius ſcholio agnoſcere in. l. ſi.
C. de eroga. mili. anno. lib. 12. no
tat Speculat. titulo qui filij ſint
legitimi. num. 20. & ſententiam
Accurſij dixit nõ eſſe alibi Bar.
l. ſanctum. ff. de rerum diui. ſe-
quitur Iaſ. l. ſi victum. nu. 2. ff. de
re iudi. Angel. in. l. minimè. ff. de
appellatio. Felinus qui hanc ſen
tentiam dicit eſſe ſingularem, in
c. ex reſcripto. nu. fi. de iure iur.
Alexand. in additio. ad Bart. in
l. ſanctum. ff. de rerum diui. Lu-
cas de pena. in. l. final. C. de his
qui numero liber. ſe excuſſant.
libro. 11. Paris depureo tracta.
ſindicat9. c. an incarceratus. fol.
74. tradunt Iaſ. l. ſi victum. nu. 2
ff. de re iudi. Corſet. ſing. incipi.
creditor. Gerardus ſingulari. 73.
incip. pauperes. Mathæus de
afflictis deciſione. 71.

38 Quæ ſententia locum habet
nedum in perſona principalis
debitoris, ſed etiam in perſona
ceſsionarij, vt ait Bald. l. per di-
uerſas. col. 3. nu. 14. C. mandati.
ſequitur Segura. l. ſi ex legati
cauſa. ff. de verb. obligat. ꝙ ſi
creditor alimenta non præſtite
rit debitoris vincula laxabit iu-
dex, ac è carcere dimittet: vt ar-
gumento glo. agnoſcere. tradi-
dit Angel. Aretinus. §. final. inſt.
de actio. ſequitur Iaſ. l. victum.
nu. 3. ff. de re iudi. Qui autem
alimen



alimentorum mudus ſtatuẽdus
ſit ei, qui in carcerem detruſus
eſt, declarat. l. 4. titulo. 6. lib. 5.
nouæ compilat.

39 Quòd ſi debitor qui in carce
rem detruſus eſt, ceſſerit bonis,
poſtea idoneus factus, quod nõ
reddiderat, cogitur ſoluere. l.
nec maritus. verſ. at cum eius. C.
ſoluto matrimonio, non tamen
condemnari debet, niſi in quan
tum facere poſsit, ita vt ex bo-
nis poſt ceſsionem quæſitis ali-
menta relinquantur. l. is qui. ff.
de ceſsione bonorum. tradit do
minus Couarruuias lib. 2. varia
rum reſolu. c. 1. nu. 6. Alexand. l.
ſi maritus nu. 4. ff. ſoluto matri-
monio. ſequitur Tellius in. l. 10.
Tauri. nu. 14. verſ. vel eſto ꝙ do
ctrina. hæc fuit ſentẽtia Bernar
di ſcholio in facultatibus in. c.
cum tu. de vſuris. quam notat
Abb. ibi ad hoc, quòd vſurarius
qui ceſsit bonis, ſi ſoluendo fa-
ctus ſit, debet in ſolidum condẽ
nari, ſed Bernardus non agit de
vſurario, qui ceſsit bonis vt cũ
iudicio annotauit Ananias ibi.

40 Hanc opinionem iure Regio
non obtinere certum eſt, quo iu
re qui bonis ceſsit creditori ad-
dicitur, vt ſeruiat ei, donec inte
grum reddat. l. 7. titulo. 19. lib. 5.
nouæ compilat. de forma huius
ceſsionis plura trdit dominus
Couarruuias dicto. c. 1. nume. 5.
Gregorius. l. 1. & 3. titulo. 15. p. 5.
vnde exiſtimo hanc opinionem
in eo dumtaxat caſu iure Regio
locum habere, quo quis nolit vti
miniſterio debitoris, vel in ſpe-
cie. l. 8. titulo. 16. lib. 5. nouæ cõ-
pila. ijs tantum alimenta relin-
quentur, qui in ſolidum conue-
niri non poſſunt. l. nec maritus.

41 C. ſoluto matrimonio. Sed ijs,
illis q; qui ſoluendo facti ſunt,
poſtquam bonis ceſſere, alimen
ta ſunt relinquenda, vnde vitam
tolerare poſsint: filiorum autem
& vxoris non eſt habenda ra-
tio, quos pater aut maritus in-
ops nõ alit, vti docet Vlpianus
hic. Item pater cogitur alere fi-
lios officio iudicis. l. ſi quis à libe
ris. in princip. ergò debitum eſt
extra ordinariũ, ea etenim quæ
iudicis officio expediuntur, ex-
tra ordinaria ſunt. Accurſius. l. 1.
C. qui admitti. l. cum filius. ff. ſi
cert. pet. l. ſi cui. ff. de cond. & de
monſt. tradit Corneus conſilio
128. nu. 9. lib. 3.

42 Vtrum autem qui ceſsit bo-
nis, ſi ſoluendo factus ſit, in ani-
mæ iudicio teneatur integrum
reddere creditoribus, quæſtio-
nis eſt: & teneri author eſt Adria
nus in. 4. ſententiarum. in tracta
tu de reſtitutione. c. incipienti
aggredior verſ. Sextò dubita
tur. cui accedit Ioann. Medina
in libro de reſtitutione. q. 5.
Sed contrariam ſententiam, vt
is qui bonis ceſsit, non cogatur
in animæ iudicio integrum red
dere creditoribus, ſi idoneus fa
ctus ſit, ſed aliquid ſibi retinere
poſsit, vnde alatur: defendit So
tus de iuſtitia & iure. lib. 4. q. 7.
articulo fin. cuius ſententiæ ac-
cedit

cedit dominus Couuarru. lib.2.
variarum reſolu.c.1.nu.6. Idem
dominus couarruuias in regula
peccatum.1.parte.num.2. quam
opinionem Silueſter probauit
43 verb.reſtitutio.5.q.3. qui de vſu
rario agit, & ſupponit vſurariũ
poſſe bonis cedere, ac priuile-
gio ceſsionis potiri in iudicio cõ
tencioſo, nec debere inſolidum
conueniri, ſi ſoluendo factus ſit.
huic ſentẽtiæ acceſsit Peruſinus
in.c.quamquam.de vſuris.lib.6.
nu.13.quamuis contrariam ſen-
tententiam, quæ habet, vt bene
ficiũ ceſsionis nõ detur ei prop
ter delictum, ſed ſolidum ſolue-
re debeat, videãtur approbare
Platea, Faber. & Iaſſ. nu.13.in.§.
fin.inſtitutis.de actio. Opinio ta
men Silueſtri iure Regio appro
bata eſt.l.9.titulo.16.lib.5.nouæ
compila. quæ in furto loquitur,
in reliquis autem criminib9 ceſ-
ſio non admittetur: vt colligitur
ex dicta.l.9.

*Aduerſus dominum Couarru.*

44 Vtrum autem ſi ille qui bonis
ceſsit, ea forma ceſſerit, vt nota
macularetur, ſi idoneus factus
ſit, integrum reddere teneatur,
an verò reliqua præſtare nõ co-
gatur, quæri ſolet, & liberum
obligatione eſſe, reliquaq; red-
dere nõ teneri author eſt Paris
deputeo tracta.ſyndicatus.verſ.
octuageſsimo tertiò.col.4. Gui-
do papæ.q. Delphinatus.343.
ea ratione innitũtur, quià igno
minia ſatis videtur creditori ſa
tisfeciſſe. ſequitur Gregorius
ſcholio.tan gran ganancia. in.l.
tertia.titulo.15.part.5.argumen
to eorum, quæ docet Bernardus
ſcholio ſi habent.in.c.ſicut dig-
num, de homicidio. vbi Bernar
dus ait, ꝙ ſi debitoris corpus
propter inopiam torqueatur, li
beratur omni obligatione debi
tor, nec poteſt poſtea conueni-
ri, ſi ſoluendo factus ſit. idẽ Ioã.
Andr. ſcholio primo. in regula
peccatum de reg.iuris.lib.6. Ac
curſius ſcholio.1. l.vbicumq;. ff.
de fideiuſſor. hanc tamen ſentẽ-
tiam refellit dominus Couarru.
dicto num. 6. quià in propoſito
pæna pecuniaria in corporalẽ
non mutatur: Quæ ſententia du
ra eſt, cum ignominia maxima
ſit pæna.l.2.ff.de his qui notant.
infamia, famam enim offendit,
quæ vita ipſa charior eſt. Accur
ſius.l.iuſta.ff. de manu.vind.pæ
na autem, quæ corpus torquet,
omni pecuniaria pæna durior
exiſtimatur.l.in ſeruorum.ff.de
pænis, ergò ignominia omni pæ
na ciuili aſperior eſt: qua notari
non debet is, qui bonis cedit,
niſi vt hac pæna creditori ſatis
faciat.

45 Quod itroductum eſt, vt in-
famiæ metu creditorem frauda
re debitor abhorreat. argumen
to.l.1.in principio. ff. de iuſt. &
iure, nec enim alia de cauſa con
ſtituta eſt hæc pæna, cum ceſsio
in fauorem inopis debitoris in-
troducta ſit.l.final. ff. qui bonis
cedere poſſunt: ergò in læſionẽ
eius inuenta cenſeri non debet.
argumento.l.quod fauore.C.de
legibus. quod fieret, ſi debitor
bonis cedens infamia notare-
tur, nec hoc facto creditoribus
ſatisfaceret.

46 Item ſi is qui delictum contrà
xit ad eccleſiam fugiat, ali debet
ab eccleſia. Ioannes ſcholio de-
fendatur in.c. definiuit.17. q.4.
argumento. l. præſenti in fine.
C.de his qui ad eccleſi.confugi.
ſequitur Ioann. Imola in clem.
vni.de hæret.

47 Nec debet iudex armato mi
lite eccleſiam cingere, vt reo ob
ſeſſo alimenta non præſtentur.
Remigius degonni de immuni-
ta. eccleſiarum. q. 15. dominus
Couarru. lib.2. variarum. c. 20.
nu.1.quòd ſi ij, qui alimenta ob-
ſeſſo deferunt ab eccleſia arceã-
tur, alimentaq; denegentur, iu-
dex cuius præcepto hæc fiunt cõ
mittet in bullam cænæ Domini.
Guido Papæ deciſione.121.

48 Perſonas quæ ali debeant vl
tra eas, quas in hac lege in vnũ
cõtulimus, aggregant Speculat.
titulo qui filij ſint legi. Ioannes
Baptiſta Peruſinus tractatu de
arbitris.lib.3.c.5. Boærius in ad
ditione Dyni in regula imputa-
ri.lib.6. apud hos reperiri pote
runt, quæ nos vel prætermitti-
mus, vel conſultò relinquimus.

49 Bartolus in principio huius
textus legem hãc applícat ſupe
riori, vt quæcumq; ſcripſit Bar-
tolus in hac lege interpretemur,
de titulis cõiungendis agemus,
quod nos in principio polliciti
ſumus. Hoc non abs re eſſe Her



mogenianus docet. in.l.2. ff. de
ſtatu homi. At quià huius rei vti
litas non commendat cõtrouer
ſiæ laborem ex quò fructus non
decerpitur teſte Alexã. Rub. ff.
de noui operis. refert Camillus
Viſitarinus in Rub.ff.ſolut. ma
tri.nu.33. Petrus Criſp9 in Rub.
ff.de legat.1.nu.85. Ioan. Hanni
bal Rub.ſolut.matri.nu.304. &
nullam ſe vmq; vtilitatẽ ex Ru-
bricarum continuatione cogno
uiſſe teſtetur Marſilius in Rub.
ff.de fideiuſſor.nu.1.

50 Ego autem noui diligentiam
veri inueſtigãdi vtilem fore, ma
ximeq; ingenij vires cõfirmare,
ingenij autem acumen q; ſit ne-
ceſſarium in controuerſijs diri-
mendis, docet Vlpianus in.l. põ
ponius. §.quæſitũ. ff. de acquir.
poſſe. nec enim ingenium olim
ſpernebatur, ſed principio crea
ti orbis cum homines rerum do
minia diuiſerunt, pro ingenio
cuiusq; agros dederunt, & pe-
cudes. teſtis eſt Lucretius libro.
5.de natura rerum: dum ait.

*Et pecudes & agros diuiſere, atq; dedere,*
*Pro facie cuiusq; & viribus, ingenioq;.*

Progreſſu autem temporis di
uitijs ingenium ceſsit, ſicuti &
pulchritudo, & vires: vt ipſe
Lucretius ait.

*Poſterior res inuenta eſt, aurũq; repertũ,*
*Quod facile & validis, & pulchris dem*
*pſit honorem.*
*Diuitioris enim ſectam plerumq; ſequntur*
*Quamlibet & fortes, & pulchro corpo-*
*re creti.*

& Sul-

Et Sulmonenſsis Poeta.

*Ingenium quondam fuerat precioſius auro.*
*At nunc barbaria eſt grãdis, habere nihil.*

Huius meminit Rebuffus in
tractatu de priuilegijs ſcholariũ
in priuilegio. 22. vnde cum no-
ſtræ tẽpeſtatis iureconſulti quæ
ſtuariã artem profiteantur, floc
cipendunt laborem, qui quæſtũ
non parit: iuris ciuilis ſapien-
tiam dehoneſtãtes, quæ precio-
nummario æſtimanda non eſt,
Vlpiano authore in.l.1.ff.de va
rijs & extra ordi.cogni.

51 Quare quæſtionem hanc de
cõtinuatione titulorum aggre-
diar, breuiq; perſtringam, vt
Bartolo interpreti anteſignano
morem geram. In hac quæſtio-
ne varia tradidere doctores, col
ligandos eſſe titulos Hermoge-
nianus ait in.l.2. ff. de ſtatu ho-
mi. cuius authoritate fulti Ac-
curſius & Bartolus duo iuris ci-
uilis luminaria præcedentibus
titulis ſequentes titulos applica
runt, quod & cæteri receperũt:
vt atteſtatur Iaſſ. in Rub. inſti.
de actionibus.nu.5.Ioann.Oro-
ſciꝰ in.l.2.ff.de ſtatu homi.nu.9.
Niconitius Rub.C.de ædendo.
nu.3. inibiq; Curt. Iunior. nu.1.
Ioannes de vicomercato. nu. 3.
Parpalias in.l.2.ff.ſoluto matri.
nu.59.& in Rub.eiuſdem tituli.
nu.21.Iacobus de nigris in Rub.
ff.de legat.1.nu.1.&.2.& ibi Ma
rianus Socynus nu.1.

52 Librum autem libro coniun-
gere neceſſarium non eſt. Accur
ſius in Rub.ff.de condi.furtiua.
Accurſij ſentẽtiam ſingularem
eſſe ſcripſit Ioannes de Anania
in Rub. de accuſatio. ſequitur
Niconitius, & Ioannes Oroſciꝰ
ſupra Iaſſ.in.Rub. ff. de legat.1.
hanc ſententiam crebrius recep
tam eſſe affirmat dominus An-
tonius Padilla in Rub. ff. de le-
gat.2.nu.1.

53 Contrariam ſententiam ſunt
qui defendãt exiſtimantes pro-
ximiori titulo coniunctum co-
pulare neceſſum non eſſe, ſed li-
cere remotiori titulo coniunge
re. Barba.in Rub.C.qui admitti.
nu.19. cui accedit Gomeſsius in
Rub.ff.ſi cert.pet.nu.2.& ibi Ia
cobus de nigris. Niconicius in
Rub.ff.ſolut.mat.nu.56.Butige
la in Rub.ff.de verborum obli-
ga.nu.62. pro ſua ſentẽtia addu
cit Barbat. textum in.l.1.in prin.
ff.ſi tabulæ teſtamen.nullæ extra
bunt: vbi Vlpianus titulum cõ-
iungit titulo de bonorum poſſeſ
ſione ex teſtamento, non autem
proximiori tractatui ſi quid in
fraudẽ patroni, quià huic aptè
applicari nõ potuit. pro hac par
te adducit textum in.l. cum de
lanionis. §. aſinam. ff. de fundo
inſtructo. illis verbis (primis qui
busq; proximis copulata proce
dant) hãc opinionem putat ful-
cire textum in.l.cum de lanionis
§.aſinam.ff. de fundo inſtructo.
& textũ in.l.2. ff. de ſtatu homi.
quam ipſe nouiſsimus conſide-
rauit in illis verbis (vt res pati-
tur) id eſt quemadmodum res
patitur. Ex quibus apparet ſecũ
dum



dum diſpoſitionẽ actus titulos
coniungendos eſſe: vnde tituli,
qui remoto titulo applicantur,
intelligẽtur proximo applicari:
ſi res aliter non patiatur. Idem
Hermogeniani reſponſum pro
hac parte adducit Gomeſsius
in Rub. de conſtitutio. libr. 6.
nume. 2. & ante eos non conſi-
derauit Nicolaus de Neapolis
in Rubri.ff. ſolut.mat. ſequitur
Alex.ibi.nu.2.

54 Legem legi annectere neceſ-
ſariũ non eſt. Accurſius ſcholio
poſthumos in.l. Gallus.in prin.
ff.de liber.& poſt. ſequitur Bal.
in Rub. C. de ſeruis fugi. hanc
ſententiam cõmuni ſcriptorum
calculo receptam eſſe atteſtatur
Angelus in proæmio inſtitu. in
principio nu.12.

55 Item ſicut legi legem alligare
neceſſarium non eſt, ita nec pa-
ragraphũ paragrapho. Bologni
nus in.l.4.§.cato. ff. de verborũ
obliga.nu.4. licet quandoq; co-
pulentur, vt docet Parpalias in
l.2.ff.ſolut.mat.nu.59.

56 Hæc autem, quæ de titulis cõ
iungendis ſcripta ſunt, locũ ha-
bent tam in libris iuris ciuilis,
ꝙ in libris decretalium epiſtola
rum: in libro autem ſexto decre
talium tituli interſeſe colligati
nõ ſunt: vnde fit, vt titulo titulũ
nõ adaptemꝰ. Ioã. And. in Rub.
de ſumma Trinita.lib.6. quæ ſen
tentia crebrius recepta eſt teſte
Gomeſsio in Rub. de conſtitu.
lib.6.num.1. qui huius ſententiæ
rationem ſubjicit.

57 Sunt tamen qui exiſtimẽt Ra
phaelem Comenſſem in. Rub.ff.
de noui operis.nu.7. negaſſe titu
los coiũctis titulis neceſſariò eſ-
ſe applicandos. Sed cõmenſsis,
ꝙuis à multis pro hac parte ad-
uocetur, hæc effatus non eſt: ſed
librum libro copulãdum eſſe ne
gauit, niſi materia ſit ordinata.
per.l.cum de lanionis.§. aſinam.
ff.de fundo inſt. Comenſsis ver
ba benè percepit Ludouicus Al
uarus in.Rub.ff.de legat.1.nu.1.
malè tamen Angelus Aretinus
in proæmio inſtitu. in princip.
nu.12. qui ait Comenſſem exiſti-
maſſe nullo modo titulos titulis
alligandos eſſe: cum Comenſsis
non agat, vtrum tituli ſint proxi
mis titulis adiũgendi, ſed vtrũ li
bri ſint cõiũctis libris copulãdi.

58 In propoſito titulos applica-
re neceſſarium non eſſe, ſed ope
rari tantum de bene eſſe, vt pri
mis quibusq; proxima copulata
procedant. argumẽto.§.aſinam.
&.l.2. ff. de ſtatu homi. affirmat
Bal.in.l.Gallus.in prin. nu.1. ff.
de liber. & poſt: quaſi ſentiat
titulos ſubordinandos, non au-
tem continuãdos eſſe. cui acceſ-
ſit Angelus. eamq; intentionem
Angeli fuiſſe interpretatur Cag
nolus in Rub. ff. de origi. iuris.
nu.1. quod non ineptè dictum
eſſe ait inſpecta vi & proprieta
te verborum, quià continuatio
teſte Seneca libr. 2. naturalium
quæſtionum, eſt partium inter
ſe non intermiſſa cũiunctio: vn
de continuatio aliud non eſt ꝙ
actus

actus ſucceſsionis ad conſuma-
tionem & perfectionẽ eiuſdem
materiæ tendens: vnde à titulo
tractãte diſtinctam diuerſamq;
materiam à precedenti non po-
teſt fieri materiæ cõtinuatio, ſed
benè materiæ ad materiam titu
liq; ad titulũ ſubordinatio: quæ
ſemper fiet cum ſciẽtiæ ſint opus
rationis, cuius proprium eſt or-
dinare. hæc Cagnolus.

59 Mihi autem videtur diſcri-
men nullum eſſe inter continua
tionẽ ſubordinationemq;, nam
inter res diuerſas, quæ tamen in
ter ſe ſe connexæ colligatæ q;
ſunt, fit cõtinuatio. Cicero lib. 1.
de natura Deorũ. Ea verò ipſa,
inquit, nulla ratione melius frui
potui, ꝙ ſi me non modo ad le-
gendos libros, ſed etiam ad to-
tam philoſophiam pertractan-
dam dediſſem. Omnes autẽ eius
partes, atq; omnia mẽbra tum
facillimè noſcuntur, cum totæ
quæſtiones ſcribendo explican
tur: eſt enim admirabilis quædã
continuatio, ſeriesq; rerum, vt
alia ex alia annexa, & omnes in
ter ſe aptæ colligatæq; videan-
tur. Ex quo apparet continua-
tionẽ ſubordinationemq; idem
ſignificare in propoſita ſpecie.

*Aduerſus Nicol. de Neapolis & alios.*

60 Nec vmq; in iure titulus re-
moto titulo coniungitur. Nec
huic ſententiæ obſtat. l. 1. in prin
cipio. ff. ſi tabulæ teſtamẽ. nullæ
ex tab. vbi Vlpian9 titulũ illum
adiũgit titulo de bonorum poſ
ſeſsio. cum medij iaceant titulus
de bonis libertorum, & titulus
ne quid in fraudem patroni. Sed
Vlpianus ibi non coniungit ti-
tulum titulo, ſed ad prætoris
edictum materiã applicat, quã
pertractãdam ſuſcepit. Prætor
autem ordinem duodecim tabu
larum ſequutus primò edicto lo
qutus eſt de bonorum poſſeſsio
ne ſecundum tabulas; deinde de
bonorum poſſeſsione contra ta
bulas, atq; ita in lege illa Vlpia
nus ad edictum prætoris appli-
cat propoſitam materiam, non
autem ad præcedẽtem titulum,
vti docet Ioannes Hannibal in
61 Rub. ff. ſolut. mat. nu. 304. Nec
ſententiæ Barbatiæ Nicolai de
Neapolis Alexandri & Angeli
fauet. l. 2. ff. de ſtatu homi. in illis
verbis (vt res patitur) quià con-
iunctio, vt, accipitur cauſatiuè,
& illa dictione Hermogenianus
rationem ſubjicit ſentẽtiæ quæ
præceſſerat. Quintilianus. nec
ignoro quos tranſeo, nec vtiq;
dãno, vt qui dixerim eſſe in om-
nib9 vtilitatis aliquid: fit etenim
ſecundum naturam, vt articulus
vnus aptius ex præcedenti deri
uetur ꝙ alius, nihilominus ta-
men vterq; præcedentibus aptè
cohæret. Non tantũ ex illis ver-
bis (vt res patitur) colligi debet
titulum coniuncto non eſſe ap-
plicandum, ſed more equitis
ſcacchorum curuato ſaltu lice-
re interiectis titulis interme-
dijs ad interualo diſtantem titu
lum conuolare, atq; remoto ti-
tulo copulare. Hinc fit, ꝙ cum
edicta prætoris perpetua in vnũ
quaſi



quaſi corpus aptiſsimo ordine
compoſita ſint à Saluio Iuliano,
docet Alciatus libro. 2. diſpun-
ctionum. c. 27. cui accedunt Co-
raſius nume. 4. Oroſcius num. 7.
& 8. in. l. 2. ff. de ſtatu homi. me-
ritò Hermogenianus prætorũ
edicta interpretaturus pollice-
tur ſe applicaturum præceden-
tibus proximos coniunctosq; ti
tulos (vt res patitur) ideſt quià
res patitur, cum edicta ipſa ſub
congruis titulis conſtituta miro
ordine ſint digeſta, iureq; Regio
præcedentibus titulis ſequentes
copulantur, vt apparet ex legi-
bus ſeptipartitis: vbi principio
cuiusq; tituli legum conditores
titulum proximo titulo coniun-
gunt.

62 Eodẽ modo libri inter ſe colli
gari poſſunt, quià cum liber am
pliſsimã cõtineat materiã plures
quæſtiones cõprehendẽtẽ: vna
quæq; autẽ quæſtio titulum cõfi
ciat, quo per leges paragraphos
q; diuerſi articuli continentur,
applicãdus liber nõ eſt ad quæ-
ſtionem proximiorẽ, ſed ad vni
uerſam materiã: propterea quià
in ſequenti libro diuerſa mate-
ria pertractatur, quæ preceden
ti eſt applicanda, non autem ſin
gulis eius quæſtionib9. Hoc mo
do materiarum inter ſe cõtinua
tio fiet, quæ reſolutio depromi-
tur ex Cicerone libro. 2. ad Hæ-
rennium in fine: his verbis (ferẽ
locos obſcuriſsimos totius arti-
ficij tractauimus in hoc libro:
qua propter huic volumini mo-
dus hic ſit: reliquas præceptio-
nes, quo ad videbitur, in tertiũ
librum transferemus.)

63 Legi legem non copulamus,
nec paragraphũ paragrapho,
quià ijs diuerſi articuli compre-
henduntur. l. nõ poſſunt. ff. de le
gibus. Ex quibus oſtenditur nõ
aptè Bartolum legem hanc præ
cedenti applicaſſe.

# FINIS.



# RERVM OMNIVM QVÆ IN NOC VOLVMINE CONTInentur index copioſiſsimus.

*ABBAS, qui obiectum crimen innocentia expurgat, ali debet à monaſterio, quià eius cauſam agit, cum monaſterij interſit, ne amunere remoueatur, in. §. ſi vel parẽs nume. 58.*

*Abbatis òpinio dicentis quòd ſi fructuarius rẽ pignoris iure detentã proprietario tradat quòd proprietarius facit fructus ſuos: reffellitur in. §. ſi quis ex his. n. 295*

*Abrumpatur res aliqua, an vero ſuſpendatur, maximus eſt effectus in. §. ſi quis ex his nu. 296.*

*Acquire poteſt quis ius ſedendi in excelſiori loco eccleſiæ, & præ alijs offertum ſacerdoti præſtandi, in principio nu. 32.*

*Actio, qua experimur vt dos reddatur, iuris ciuilis eſt. §. non tantum nu. 61.*

*Actio vtilis tranſmititur in hæredes in ſpecie. l. quoties. C. de donationibus quæ ſub modo. quæ ius nouum conſtituit in. §. itẽ reſcriptum nu. 22. & nu, 25.*

*Actio vtilis datur, quãdo lex per interpretationem iuris conſulti extenditur ad caſum, de quo agitur. reffellitur ſententia Accurſij dicentis quòd actio vtilis eſt, quæ ex mente tantum legis deſcendit in. §. item reſcriptum, nu. 23.*

*Actio vtilis datiua eſt, & ad hæredes non trãſmititur in. §. item reſcriptũ nu. 24.*

*Actiones ſubſtitutæ ſunt in locum manus Regiæ. iu principio nu. 55.*

*Actio quare patri non datur aduerſus filiũ in poteſtate, quæ ratio efficit ne filio detur aduerſus patrẽ. in principio. nu. 56.*

*Ratio alia quare interputrem & filium nõ naſcatur obligatio ciuilis. in principio nume. 57.*

*Actor an cogatur edere reo inſtrumentum in cauſa alimentorum. tradditur in. §. ſi vel parens, uu. 25.*

*Actor alı debet in ſpecie. l. finalis. C. de ordine cognitio, quãdo bona eius ſequeſtrãtur in. §. ſi vel parens nume. 45. & hæc ſententia locum habet quando is, cuius bona ſequeſtrantur, ſibi ſumptus aut alimenta ſupeditare non poteſt, quod ipſe debet probare, quià qui ſe pauperem dicit, probare debet in. §. ſi vel parẽs nu. 46. ex deciſione dictæ. l. fi. C. de ordine. cognitio. colligunt doctores quòd pauperi agenti in iudicio præſtanda ſunt alimẽta de bonis, ad quæ ius habere præſumitur, ius autem habere præſumitur ſi dicta ſit ſententia pro eo, à qua prouocatum eſt. in. §. ſi vel parens numero. 47. Sed ſuperior concluſio non depromitur ex dicta. l. fin. C. de ordine cognitio. vbi alimenta decernuntur ei, qui ſpoliatus fuit, & eſt caſus ſpecialis. in dicta. l. fi. in. §. ſi vel parens nu. 48.*

*Actus, ſuper quo interponitur iuramẽtum (ſi pendet ex voluntate vnius vt teſtamentum) quamuis iuratus ſit, reuocatur actu contrario ſed ſi actus pendeat ex voluntate duorum, vt alienatio fundi dotalis, primus actus iuratus non infringitur per ſecundum actum contrarium iuratum. ita conciliat Gometius: & aliter conciliatur in. §. parens num. 107. & nu. 108. & nu. 109.*

*Adantidora obligatio naturalis eſt, qua fi-*



*lius*

lius tenetur alere patrem in.§.idem iudex nu.7.

Adoptiuus filius eſt ſuus hæres patri adoptiuo.in principio nume.17. & hæreditatem non aditam, tranſmittit ex viſuitatis in principio nu.18

Adulteram vxorem maritus alere non tenetur in.§.ſi quis ex his nu.75.

Adulterij rea vxor ſi à uiro diuertat, ſumptusq; in ſe alenda faciat, non repetet à marito in.§.ſi quis ex his nu.76.

Adulterum maritum mulier de dote alere non cogitur, quamuis egeſtate laboret, ſi iudicis ſententia ſeparatio conſtituta ſit: quià maritus peccauit in legẽ cõiugij, à quo lucrum non conſequetur.in § ſi quis ex his nu.80.

Aduerſario, cuius bona quis poſidet, tenetur alimenta præſtare in.§.ſi vel parẽs nume.65.

Adulterio fœminæ iniuria afficiuntur liberi, parentes, & affines in.§.idem iudex nu.64.

Affectus pro afectione & amore ſeu dilectione capitur, & cum ſit quædam qualitas, probari debet, nec præſumitur in dubio vitricus paterno affectu donaſſe in.§.ſi mater nu.63.

Affectus cum in animo conſiſtat, probari debet iuramento eius, qui affectum dicitur habuiſſe in.§.ſi mater nu.64.

Sed ſuperior ſententia non obtinet, ſi aduerſus eum, qui debet iurare, ſit iuris præſumptio in.§ ſi mater, nu.65.

Allegatio. l. Titio fundus. ff. de conditioni & demonſtrationibus defenditur ab inpugnatione Iaſonis in.§.ſi quis ex his nume.172.

Alendi obligatio non deſcendit ex iure ſuccedendi in.§.ſi mater nu.38.

Alere qui tenetur iure ſanguinis, non cogitur proprietatem vendere, vt alat, quià qui petit alimenta, agit de lucro captando, qui dat de damno vitando in.§.ſed ſi filius nu.34.

Alere dominum ſcholarem qui tenetur, tenetur alere famulum, in quo eſt ſeruanda prouintiæ conſuetudo.Sed hoc intelligitur ſi alimenta legata ſint, quià non præſtabuntur pro famulis ſecundũ opinionem Hieronimi grati, cuius ſententia refellitur in.§.ſed ſi filius nu.50. & nu.51. & nu.52.

Alimenta debent dari ſpurijs quæ vitæ ducendæ ſunt neceſſaria, nõ vero pro dignitate eorum in.§.idem reſcripſit num. 4?.de qua re vide infra.nu.52.

Alimenta neceſſaria ſpurijs ſunt præſtanda iure ciuili, iure vero canonico etiam pro dignitate ſpurij in.§. idem reſcripſit nu.53.

Alimenta quæ ſpurio filio ſint præſtanda, relinquitur boni viri arbitrio iure communi in.§. idem reſcripſit numero. 55. ſecus iure Regio in iſto.§.nu.58.

Alimenta petet ſpurius à patre apud eccleſiaſticum iudicem, ſi velit: ſed inuitus non cogetur, ſed agere poterit apud iudicem ſæcularem in.§.idem reſcripſit. nume.78.

Alimenta an ſint præſtanda fratri ſpurio pro dignitate. tradditur in.§. idem reſcripſit nu.90.

Alimenta non poſſunt filijs conſtitui in vſufructu, ſed in proprietate ex mente iuris Regij in.§.idem reſcripſit nu.159.

Alexandri opinio aducentis.l.2.ff.de alimẽtis & cibarijs legat. ad hoc quòd bona mariti ſunt obligata ob alimenta, reffellitur & declaratur lex ex doctrina Bartoli: ex qua deducitur, quòd bona ex quibus debentur alimenta, ſunt tacite hypotecata ob ipſa alimenta in.§.ſi quis ex his nu.43.





Alimenta ſi legata ſint puellæ deſponſatæ, ſi cum ſocero moretur, poteſt puella aliò morari, & legatum percipiet, quià non debet cogi vt moretur vbi ſponſus moratur in.§ ſi quis ex his nu.88.

Alimenta legata loco in quo præſtãda ſunt non demonſtrato, an porrigi debeant in domo hæredis, an in domo legatarij, & in domo legatarij præſtanda eſſe Bartolus & alij affirmant.§.ſi quis ex his numero.201.

Alimenta ſi legata ſunt dummodo dotem non petat, & oblatam ab hæredibus dotem accipiat mulier, alimentorum legatum perdet, vt Bartolus ait, quem alij ſequuntur.§.ſi quis ex his numero. 213. & nume.214.

Alimentorum cauſa eſt fauorabilis & pia in.§.vtrum, nu.1.quæ ſententia ſic accipienda eſt, ſi alimenta relicta ſint pauperi, ſecus ſi diuiti, quo caſu non ſunt cauſa pia in.§.vtrum num.2.Imo quòd diuiti relicta alimenta ſunt cauſa pia multi defendunt.§.vtrum nu.3.

Alimenta diuiti relicta fauorabilia ſunt, quià poteſt diues depauperari in.§.vtrũ numero.4.

Alimenta ſi relinquantur vſq; ad pubertatem, pueris debentur vſq; ad decimum octauum annum, puellis vero vſq; ad decimum quartum in.§. vtrum num.5. & quæ ſit huius ſentẽtiæ ratio traditur. ibi.nume.6.

Alimenta per quæcunq; verba fuerint relicta in ſpecie.l.mella.intelliguntur perpetuo relicta in.§.vtrum nu.10.

Alimentorum fauore portio deficiens acreſcit cum onere in.§.vtrum nu.23.

Alimentorum in cauſa iudex ſententiam dicere debet ex animi ſui motu, non ex conuentione partium. Cuius rei reditur ratio in.§.vtrum nu.24.

Alimentorum legatum præſtari debet quãuis hæreditas non adeatur in.§.vtrum, numero.25.

Alimenta ſi quis abſenti ſtipuletur, & promiſſor iuret ſedaturum, cogetur dare, in §.vtrum nu.28.

Alimenta quæ ſpurius tenetur patri præſtare, debent eſſe larga pro dignitate patris in.§.vtrum nu.85.

Alimenta in publicationẽ bonorum non rediguntur, quià cohærent perſonæ, & hac de cauſa relinquutur dãnato in metallum in.§.ſed vtrum nu.6.

Alimenta præſtare qui tenetur, alendi oneri ſatisfacit, ſi faciat alimentarium recipi in hoſpitale, ſi honeſte ibi morari poſſit, quod nulli ingenuo homini licet, in.§. ſolent nu.18.

Alimentarius in collegium literarium ſi adlegetur, habebit ab eo, qui alere tenetur quod iuſtis alimentis deerit in.§.ſolent nu.19.

Alimenta ſi debitori creditor non præſtiterit, iudex è carcere debitorem dimittet in.§.ſolent nu.38.

Alimentorum modus qui eſt ſtatuẽdus ei, qui è carcere dimiſſus eſt. declaratur in §.ſolent nu.38.

Alimenta relinquenda ſunt illi, qui bonis ceſſit. & eis qui in ſolidum conueniri nõ poſſunt, ſed non eſt habenda ratio filiorum, aut vxoris in.§.ſolent nu.41.

Alimentorum appellatione cibaria continẽtur in.§.non tantum nu.2.

Gregorij ſententia reffellitur in.§.non tantum nu.3.

Alimentorum appellatione potus continetur, & cibariorum appellatione potus continetur in.§.non tantum num.4. Sed contrariam ſententiam vt potus nõ contineatur appellatione cibariorum ſunt qui defendant in.§. non tantum num.5.

Sed verius eſt quod cibi appellatione potus contineatur legatis alimentis à qua continetur, ſi venalis à qua ſit in. §. non tantum nu.6.

Alimentarij dignitas æſtimãda eſt ex præſenti ſtatu cum eget, non ex præterito quãdo diues erat in. §. non tantũ. nu.17.

Alimenta quæ ſingulis menſibus præſtari poſſunt, ſingulis mẽſibus præſtãda ſunt, vt ligna, oleum, viuum, frumentum in §. non tantum nu.20.

Alimentorum appellatione comprehenditur habitatio in. §. non tantum nu.21.

Alimentorum appellatione lectum continetur in. §. non tantum nu.25.

Alimentis legatis equs debetur, ſi legatarius pedes diſcurrere non poßit, & dignitati eius conueniat in. §. non tantum nu.26. Sed hæc ſententia examinatur, & concluditur quod alimentis legatis equs debetur, ſi dignitas alimentarij poſtularit in. §. non tæntum nu.27.

Alimẽtorũ verbo cõtinentur impenſæ, quæ pro recuperanda ſalute fiunt in. §. non tantum nu.28. Sed hæc ſententia diſtinctione propoſita eſt admitẽda, ſi magnæ medicinæ ſint, an vero modicæ in. §. non tantum nu.29.

Alimentorũ verbo continetur merces, quæ medico datur. §. non tantum nu.30.

Alimentorũ appellatione continentur ſumptus, qui fiunt in ſtudia in. §. non tantũ numero.31.

Alimenta ſi legata ſint ſcholari, hæres adærata alimenta mittet in vrbem, vbi eſt academia in. §. nan tantum nu.38.

Alimentorum verbo calciaria continẽtur in, §. non tantum nu.29.

Sed ſuperiora vera ſunt, ſi de alimẽtis præſtandis agatur, ſecus vero ſi de alimentis remitendis, quià verbo victus nec habitatio nec veſtitus debentur in. §. non tantum nu.40.

Alimenta qui capere debet, ſi neget ſe alitum, & alimẽta præterita petat, præſtitiſſe probare debet is, qui dare tenetur in §. item reſcriptum nu.65.

Alimenta ad hæredes alimentarij an tranſeãt. tradditur remißiue in. §. item reſcriptum nu.64.

Alimẽta qui capere debet, ſi negat ſe alitũ & alimenta præterita petat, præſtitiſſe probare debet is, qui dare tenetur in. §. item reſcriptum nu. 65. & probatio in ſuperiori ſpecie quando fieri debeat, vt conuincatur, quòd alimenta præſtita nõ ſunt, tradditur remißiue in. §. itẽ reſcriptum nu.66. præſumptio cui faueat conſiderari debet, vt is probare non debeat in. §. item reſcriptũ nu.67. præſumptio trãsfert onus probandi in aduerſarium in. §. item reſcriptum nu.67.

Alimenta minutim præſtantur, ideo perſpectis rationibus vnius mẽſis aut anni ſequentium annorum ſimili modo rationes expungi debent iure iurando illius, qui alimenta præbuit in. §. item reſcriptum nu.70.

Alimẽta qui præbuit in ſuperiori ſpecie, iurabit quantum de ſuo in alimenta erogauit in. §. item reſcriptum nu.71.

Alimenra, quæ filio qui legitimam ex hauſit præſtanda ſunt, erunt ea, quæ ad vitæ ſubſidium ſunt neceſſaria, non tamẽ pro dignitate filij in. §. idẽ iudex nu. 12.

Alimenta qui alicui dederit credens ſeobligatum, non repetet per. l. cum ijs. §. mulier. ff. de cõdictione indebiti. quæ deciſiõ vix defendi poteſt in. §. ſi mater numero.26. l. cum ijs. ff. de conductiue indeb. redditur ratio, & ea eſt, quòd quidat pietatis cauſa, acquirere exiſtimatur in. §. ſi mater nu.27.

Alimenta quo caſu quis repetere poteſt, ſi non petierit, hoc ius ad eius tranſmittet hæredes in. §. ſi mater nu.84.

Alimentorum cauſa eſt ſummaria in. §. ſi vel paren nu.1.

Sed hæc ſententia non depromitur ex legibus, quæ pro hac parte adducuntur. Imo filiatio in propoſito eſt probanda ſummarie & declaratur quæſit cauſa ſummaria. §. ſi vel parens nu.2.

Alimenta vt conſtituãtur etiã feriatis diequs rectè agi poteſt. §. ſi vel parẽs nu.3.

Alimẽtorum cauſa diebus feſtis tractatur, quando petuntur alimẽta præſentia aut futura, non autem quando petuntur alimẽta præterita in. §. ſi vel parẽs nu. 12.

Alimenta præterita quando petenda ſint in. §. ſi vel parens nu.13.

Alimentorum cauſa non eſt ſummaria, ſi ille qui alimenta petit, diues eſt. §. ſi vel parens nu.22.

Alimentorum cauſa noneſt ſummaria quãdo petuntur alimenta præterita. §. ſi vel parens nu.23.

Alimenta ſi debeantur ex contractu, de hac cauſa non cognoſcet iudex ſummarie, cuius rei redditur ratio in. §. ſi vel parens nu.24.

Alimentorum pars ſi petatur vt habitatio, veſtitus à ſententia quæ dari decernit appellari non poteſt in. §. ſi vel parens nu.30.

Alimenta ſi quis præſtiterit alicui credens filium ſuum eſſe, cum erret, repetere ab eo non poteſt, vt Bartolus ait iure ciuili, in foro cõſcientiæ à patre repetere poteſt, vt monachi reſponderunt. §. ſi vel parens nu.39. Sed vtraq; opinio diſcutitur & approbata ſentẽtia Bartoli refellitur opinio monachorum. §. ſi vel parens nu.40.

Alimenta & litis ſumptus is capiet, dum lis vertitur, qui accuſatur de crimine, quod bonorum publicatione ſolet coercẽri. §. ſi uel parens nu.52.

Alimenta dum lis pendet, capiet ille, qui dicitur pacta nõ ſeruaſſe, & ob hoc in pænam priuationis bonorum incidiſſe. §. ſi vel parens nu.52.

Alimenta præſtanda ſunt de reditibus patrimonij; ſunt enim reditus æſtimandi, non proprietas patrimonij in. §. ſed ſi filius nu.6.

Alimenta decernenda ſunt pro incremẽtis ætatis, augeriq; debent progreſſu temporis in. §. ſed ſi filius nu.10.

Alimenta alicui relicta ſemper de redditu patrimonij præſtãda ſunt, vnde quoties de alimẽtis loquimur, ad redditus habemus reſpectum in. §. ſed ſi filius nu. 14.

Alimenta relicta præſtari non debẽt eo anno, quo patrimonium fructus non reddit §. ſed ſi filius nu.15.

Alimenta qui capit iure ſanguinis, propterea capit; ne mẽdicet infælix inhoneſte in. §. ſed ſi filius nu.26. vsq; ad nu.30.

Alimentorũ modus ſtatui debet pro dignitate eius, qui alitur in. §. ſed ſi filius nu. 43.

Alimenta legata præſtanda ſunt pro ordine eius; cui relicta fuere aduerſus gratum in. §. ſed ſi filius nu.54.

Alimenta ſi præſtãtur pluribus vt vniuerſis vnicum corpus repreſentãtibus, porrigenda ſunt viriliter; non pro ordine cuiusq;. §. ſed ſi filius nu.58.

Alimenta ſi præſtanda ſint pluribus vt ſingulis, pro ordine cuiusq; præſtanda ſunt in. §. ſed ſi filius nu.64.

Alimenta ſi præſtentur miſerationis gratia, vt præſtantur marito ſoluto matrimonio; an ſint præſtanda pro dignitate eius qui alitur in. §. ſed ſi filius nu. 69. & nu.74. cum ſequentibus.

Alimenta quæ miſerationis gratia præſtantur, quòd debeant eſſe lauta pro dignita-

te eius, cui dantur, multi defendunt in. §. ſed ſi filius nu. 74.

Alimenta ſi cuipiam legata ſint, ei ſi ſecundò aliquis alimenta relinquat, ea quæ ſecundo loco legata ſunt, præſtari non debent in. §. ſed ſi filius nu. 97.

Alimemta ſi pluribus ſint relicta, pars vita decendentis non acreſcit coniunctis, ſed deuoluitur ad dominum proprietatis in. §. ſed ſi filius nu. 98.

Ratio ſuperioris ſententiæ eſt, quià quod alimentorū nomine relictum eſt, iterationē non admittit in. §. ſed ſi filius nu. 99. eſt & alia ratio, quià relictum ob alimenta taxatum eſt in. §. ſed ſi filius nu. 100.

Alimenta ſi legata bis ſint cuipiam, vtraq; capiet legatarius, à primo alimenta, à ſecundo alimentorum æſtimationem in. §. ſed ſi filius nu. 102. & nu. 108.

Alimentarius ſi ſecundum ordinis ſui gradum poteſt domino ſeruire, alendi onere liberatur qui alere tenetur, ſi hæro collocet eum, cui famuletur in. §. ſed ſi filius nu. 128. Sed hæc opinio reſſellitur, declaraturq;, quid ſignificet verbum ſeruio, & probatur, quòd tempore Romanorū liberi homines ſeruiebant in. §. ſed ſi filius nu. 129. & reditur ratio huius ſententiæ in. §. ſed ſi filius nu. 130.

Alimētarius cui ſunt alimenta relicta, non poteſt inconſulto prætore eligere fundū, ex quo percipiat alimenta in. §. parens numero. 56.

Alimentorum legatum cedi in alium nō poteſt, cōmoditas autē legati vendi poteſt authore prætore in. §. parens nu. 73.

Alimenta ſi debeantur ex contractu, alimentarius ſuper eis poteſt transſigere inconſulto prætore, & reditur ratio in. §. parens nu. 76. & nu. 77.

Alimenta futura ſi non ſint debita ex contractu ſed ex teſtamento aut legis præcepto, non poteſt quis renunciare inconſulto prætore cum iuramento. Ratio eſt, quià in iuramento interpoſito ſuper trāſactione de futuris alimentis non eſt iudicium, ideo non valet in. §. parens numero. 83.

Alimentarius inconſulto prætore an poſſit iuramento renuntiare iuri alimentorū, defendit Bartolus. §. parens nu. 111

Alimenta quæ iudicis officio præſtantur, non poteſt repetere is, qui ſe exhibuit, niſi mutuam pecuniam accepiſſet ad alimenta: in principio nu. 71. hæc concluſio locum habet in perſona monachi. nu. 72.

Alimenta præterita iure actionis petūtur, quamuis futura præſtāda forent officio iudicis. in principio nu. 73.

Alimenta ſi debēantur ex contractu, aut iure legati, ſemper poteſt repetere is, qui ſe aluit. in principio nu. 74.

Alimenta quamuis multū interſit peti poſſint iudicis officio, an iure actionis, ſi præſtari debeāt, omnia porrigēda ſunt, quæ alimentorum verbo continentur. in principio nu. 75.

Alfonſi de Caſtro ſententia reſſellitur dicētis quòd non eſt quis magis obligatus ad rem illam ad quā natura impellit in. §. parens, numero. 20.

Altor, qui patris expenſis aluit puerum, in ius ſine edicti venia vocari non poteſt, nec accuſari in. §. & ſi impubes nu. 44.

Sententia Alciati reſſellitur colligentis ex l. 1. ff. de obſequiis. quòd nutritor non poteſt in ius vocari ſine venia. §. & ſi impubes nu. 45. & ſententia Coſtæ reſſellitur dicentis quòd pater qui non educauit filium, reducitur ad inſtar extranei in. §. & ſi impubes nu. 46.

Alumnus ſi ingratus ſit in altorem: alimenta quæ accepit adærata reſtituet in. §. idem iudex nu. 48.



Alumnus qui altorē accuſauit, & propter hoc altor mēbri amiſsione aut morte punitus eſt aut maioris partis bonorū amiſſiōe, capite plectitur in. §. idē iudex. n. 49

Angeli ſentētia reſſellitur exiſtimātis quòd pater alere tenetur filiā quæ eſt in obſequio mariti in. §. ſi quis ex his nu. 33.

Andreæ de Yſernia ſentētia refellitur dicētis legatariū alēdū eſſe in domo hæredis, quià vxor alitur in domo viri, ſed non licet procedere in propoſito de vxore ad legatarium in. §. ſi quis ex his nu. 202.

Annuum aliquid ſi alicui relinquitur, cenſentur relicta alimenta, niſi diuiti relictum ſit in. §. vtrum nu. 31.

Annuum legatum nō poteſt hæres præſcribere quamuis longo tēpore illud non præſtiterit legatario in. §. vtrum nu. 40.

Annuum relictum ob certam neceſsitatem præſtari debet tēpore, quo neceſsitas obuenerit in. §. non tantum nu. 21.

Annuum nūmum qui donat perpetuò, hoc onere liber erit, ſi quindecim nūmos præſtet, vt annuus nūmus comparetur (à razon de quinze el millar) in. §. ſed ſi filius nume. 120.

Appellari non poteſt à ſententia, quæ alimenta in futurum decernit in. §. ſi vel parens nu. 26.

Aquæ prætiū præſtari debet, ſi alimēta ſint legata, quià alimēta debēt dari mēſtrua, & aqua facile corrūpitur, nec tāto tēpore adſeruatur in. §. non tantum nu. 7.

Argumentum de liberto ad filium non valet, nec dicitur ingratus filius, qui patri denegat alimenta, nec cauſa quæ libertum in domini redigit poteſtatem, redigit filium in poteſtatē patris in. §. ſi quis ex his nu. 7.

Argumentum de liberto ad filiū legitimatū valet, vnde ſicut libertus ob ingratitudinem redigitur in domini poteſtatem, ita filius legitimatus redigitur in priſtinum ſtatum, & legitimationis iura perdit in §. ſi quis ex his nu. 8.

Argumentum non procedit de legitima ad alimenta in. §. idem iudex nu. 20.

Argumentum de dote ad alimēta procedit in. §. idem iudex nu. 24. Sed contrariam ſententiam vt non procedat argumentū multi defendūt in. §. idem iudex nu. 25.

Argumentū de dote ad alimēta valet affirmatiue, vt illi cui alimēta debentur, debeatur dos. Sed hoc reprobatur. Argumentū de dote ad alimēta nō ſumitur ratiōe publicæ vtilitatis, vt qui tenetur alere teneatur dotare In. §. idē iudex. n. 26.

Argumentum de dote ad alimenta negatiuè valet in. §. idem iudex nu. 29.

Argumentum à ſimili vt valeat, non requiritur quòd ſimilitudo ſit in omnibus, in ijs in quibus ſunt caſus ſimiles, licet de vno ad alium procedere. ſi non ſint ſimiles, hoc facit vſus procedendi in eis, vt qui negauerit ſimilitudinem, debeat probare in. §. idem iudex nu. 30.

Argumentum valet ab abſurdo vitando in §. & ſi impubes nu. 54.

Arrogatus filius ſi moriatur viuo patre arrogatore, tranſmittet ad hæredes ius quartæ, vt ait Accurſius, cui alij accedunt in. §. item reſcriptum num. 17. Sed contrariam ſententiam, vt ſpem quartæ nō tranſmittat filius arrogatus, qui viuo patre arrogatore decedit, defendit Bartolus. §. itē reſcriptū nu. 18. Sed hæc ſentētia quòd filius arrogatus nō trāſmittat ſpem quartæ, colligitur ex. §. ſi impuberi ſi bene perpendatur. §. item reſcriptum, numt. 19.

Arrogatus filius non habet plus iuris ad quartam arrogatoris, quàm habet ipſe arrogator ad vſumfructum arrogati. §. item reſcriptum nu. 20.

Auitum in maioratum qui ſucceßit, non tenetur ſoluere debita prædeceſſoris in. §. idem reſcripſit nu.141.

Authẽtica præterea. quartã ſuperſtiti vxori pauperi cõceßit, vnde viduã hæredes mariti nõ tenẽtur alere: quod vſu forẽſi receptum eſt in. §. ſi quis ex his nu. 155.

Authentica ex cõplexu. locum habet in quolibet ſpurio, quãuis natus nõ ſit ex dãnato coitu in. § .idem reſcripſit nu.8.

Authoritas quando à lege requiritur, vt efficax ſit quod agitur, in ipſo negocio authoritas interponi debet, poſt tempus vero interpoſita efficax uon eſt in. §. ſiquis ex his nu.237.

Auus nihil poteſt relinquere nepoti legitimo ex inceſtuoſo filio procreato in. §. idem reſcripſit nu.22.

Auus paternus alere non tenetur nepotes etiam legitimos ex filio ſpurio iure Regio, ſed ius regium correctum eſſe iure canonico ſunt qui dicant, alij vero negant in. § .idem reſcripſit nu.40.

Auus paternus quare ſpurios nepotes non alit, ratio eſt, quià ſpurij filij maxime incertus eſt pater in. § .idẽ reſcripſit nu.43.

Auus maternus cogitur alere nepotes ſpurios ex filia procreatos. §. vtrum nu.77.

Authentica idem eſt deneſtorianis. nouo ſenſu accipitur. §. ſed trum. nu.12. Sed hæc ſentẽtia quæ habet quòd reſtitutus indulgentia principis non recuperat fructus, obtinet ſi bona ſint à fiſco alienata, ſi verò in poteſtate ſint fiſci, nõ obtinet, in. § .ſed vtrum nu.13.

Auus maternus tenetur alere nepotes, ſi gener mortuus ſit, aut pauper, qui liberos alere non poteſt. auus paternus tenetur dotare neptes inopes in. §. nõ tãtũ, n.69.

Auus paternus tenetur alere uepotem, non mater & hæc verior ſententia eſt in. §. ſi mater nu.39. Sed hæc ſententia non obtinet iure Regio, quo filius per matrimonium liberatur patria poteſtate in. §. ſi mater nu.40.

Auunculus amita & matertera poſſunt in ius vocari ſine venia in. §. & ſi impubes nu.22.

# B

BArtolus diſcrimen conſtituit inter donationem & legatum: ſed non eſſe diſcrimen crebrius doctores dicunt. & ad ſpecialia recurrere refugium eſt miſerorũ, in. § .ſed ſi filius nu.112.

Bartoli ſententia dicentis nõ ſolum aquam deberi legatis alimẽtis, ſed aquæ vectura, reſſellitur in. §. non tantum nu.14.

Bartoli ſententia applicantis. l.2. ff. de ſtatu hominum. legi primæ. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, refellitur in. §. ſolent nu.63.

Bartoli ſententia dicentis quòd ſi verbum impuberi iungatur verbo diſpoſitiuo, à quo Regatur, cenſetur adiectum cauſa demonſtrationis, reſſillitur in. § .vtrum nume.9.

Baldi ſentẽtia reſſellitur dicentis quòd vxori, cui teſtator relinquit cum filijs habitationem, alimenta deberi, in ampliando alimentorum legato verborum vis penſanda eſt: adminiſtratio filiorum nõ facit vt legata habitatione alimenta debeantur in. § .ſi quis ex his nu.170.

Beneficium qui habent ne inſolidum conueniantur, priuari beneficio debẽt, ſi ingrati ſunt in. § .ſed ſi filius nu.96.

Beneficium maximum eſt conceſſum filijs, vt poßint tertiam cui libuerit libere relinquere, & aliam tertiam vni ex aſcẽdentibus prælegare in. §. parens numero.42.

Bis ſi alimenta legentur, bis capiet legatarius, ex primo capiet alimenta, ex ſecundo alimentorum æſtimationem in. § .ſed ſi filius nu.108. & nu.102.

Bona clericorum ſunt bona pauperum, vnde ſacerdotes beneficia habentes tenentur pauperibus conſulere in. §. & ſi impubes nu.5.

Bona fides præſumitur ex longi tẽporis curſu in. §. vtrum nu.43.

Bona filij diſtrahi debent, vt pater alatur, ſi inops ſit, nec reditus ſufficiant, vt pater alatur pro ordine ſuo, in principio. n.42.

Bona mariti aſtricta ſunt onere alẽdæ vxoris, ſicut ſunt aſtricta pro dote in. §. ſi quis ex his nume. 38. & nume. 40. & numero.41.

Bona maioratus aſtricta ſunt onere alendi filios eius, qui primogenium compoſuit, quibus pater legitimam relinquere debet, non autem aſtricta ſunt onere alendi reliquos ſpurios in. §. idem reſcripſit nume.128.

Bona ſi ad primogenitum deuoluantur longa conſuetudine, hicq; alat fratres diuites, ſuceſſores omnes hoc onere aſtringentur in. § .idem reſcripſit nu.173.

# C

CAnonici collegæ ac Socij cõiuncti ſunt cõiunctione ciuili in. § .ſed ſi filius. n.59

Canonicus electus ali debet, ſi lis ſit, quòd dicatur non fuiſſe canonice inſtitutus, in §. ſi vel parens nu.6.

C. vergentis de hæreticis. ſeruari debet in vtroq; foro, quià agit de hæreſi, cuius cauſa Papa Poteſt conſtituere in foro ſeculari in. § .ſi mater nu.16.

C.1. de inſtitutionibus agit de eccleſia nõ numerata. c. cũ. m. de cõſtitutionibus agit de eccleſia numerata in. § .ſed ſi filius. n.84.

Carceratus ſub pœna ne à carceribus erumpat. ſi eruperit. cõmittitur pœna, quãuis in Hiſpania qui è carcere fugit, ſi honeſtus ſit acrius punitur ratione commißi criminis, ſi vilior fuſtibus ceditur. Sed ſi effracto carcere fugiat, durat pœna legis primæ. ff. de effractaribus in. §. ſi quis ex his nu.192.

Caſta fœmina quæ dicatur, & portentoſa libido eſt, quæ extra matrimonium eſt. in. § .ſi quis ex his nu.146.

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium in. § .idem iudex nu.49.

Cauſa alimentorum filiorum naturaliũ tantum fauorabilior eſt cauſa dotis, cauſa vero naturalium & legitimorum non ita in. § .idem iudex nu.27.

Cauſa dotis & cauſa alimentorum habentur tanquàm excedentia & exceſſa in §. idem iudex nu.28.

Cauſa matrimonij ſi uertatur apud iudicem eccleſiaſticum, ſententiaq; dicta ſit, à qua prouocatum eſt, ſi iudex laicus decernat vxori alimenta, non dicetur attentare in. § .ſi vel parens nu.67.

Cautela, vt meretrix teſtamentũ facere nõ poßit eſt, quòd ei per iudicẽ bonis interdicatur in. § .idem reſcripſit nu.125.

Cauere nõ debet ille, qui capit alimenta, ſe ea reſtituturũ, ſi dicta ſit ſentẽtia aduerſus eum, ſed vſu forenſi receptum eſt, vt cauere cogatur in. § .ſi vel parens nu. 54.

Collecta præſtatur pro modo facultatũ, & præſtatur ex pecunia fœnera titia in. §. ſed ſi filius nu.42.

Collegialis qui repellitur à collegio, ali debet, dum litigat cum collegio: quia ius alĩmentorũ cõſequitur à collegij inſtitutore, eo ipſo quòd eſt electus, quo iure cum ſpolietur, ali debet, dum lis vertitur, in §. ſi uel parens nu.60.

Compromißum in arbitratorem fieri non poteſt ſuper alimentis, ſicut nec pactum inconſulto prætore in. § .parens nu.50.

Ioannis

Ioannis Baptiſtæ peruſini ſententia reffellitur, qui fuit gener Bartoli. §. parẽs nu. 51.

Conciliatio Pauli Caſtrenſis reffellitur, & approbatur ſententia Bartoli dicentis, quòd in ſpecie ſuperiori de qua in. §. ſi quis ex his nu. 216. perdat mulier alimẽtorum legatum, ſi oblatam dotem ab hæ dibus accipiat in. §. ſi quis ex his nu. 217.

Continuatio quid ſit tradditur in. §. ſolent, numero. 58.

Continuatio & ſubordinatio idem ſignificãt in. §. ſolent nu. 59.

Corduba vtitur iure communi, vbi non communicantur lucra inter coniuges, & in ea vrbe locum habet diſtinctio Bartoli de qua ſupra. num. 72. cogeturq; mulier dotem de paraſernis ſibi conſtituere in. §. ſi quis ex his nu. 73.

Confeſſores quid facere debeant, cum mulieres confitentur de fructibus rerum mariti & vxoris aliquid prodegiſſe. §. ſi quis ex his nu. 298.

Corraſij ſententia reffellitur dicentis omnes tenere, quòd pater cogi debeat dotare filiam officio iudicis. §. non tantũ nu. 46.

Correctorem qui accuſat, ſi punitus corrector ſit, repetet expenſas a villa aut ciuitate in. §. ſi vel parens nu. 57.

Correlatiuorum conditio par eſt in iure ſucceſſionis, vnde ſi lege caueatur, vt ſuccedat priuignus vitrico, ſuccedet vitricus priuigno. §. parens nu. 29.

Concubinatus iure canonico eſt reprobatus propter peccatum, quod iure ciuili recẽtiori & iure Regio ſtatutum eſt. in principio nu. 86.

Conſequentia tollitur data inſtantia in. §. idem iudex nu. 30. Sed in ſpecie de dote ad alimenta de qua agitur in. §. idem iudex nu. 24. procedere licet de dote ad alimenta. §. idem iudex nu. 31.

Conſuetudo alimentarij ſeruanda eſt in perceptione alimentorum in. §. ſed ſi filius, nume. 44.

Cõſtitutum intelligitur in caſu omiſſo quod lex veriſimiliter conſtituiſſet in. §. parens nu. 33.

Contractus eſſectus ſi diferatur in tẽpus ſoluti matrimonij, & mulier ex viro filios non habeat, ſi maritus ſuſpectus ſit, ſine eius licẽtia valebit cõtractus: idem erit ſi in tẽpus ſoluti matrimonij contractus initi effectus cõferatur, quià valebit ſine licentia mariti, cum in id tempus conferatur, à quo agi poteſt ſine licentia mariti, niſi contractus mulieri noceat in. §. ſi quis ex his nu. 245.

Cõtractus initus ab vxore ſine mariti licentia valet, ſi vtilis ſit viro & mulieri ſed hoc refellitur in. §. ſi quis ex his nu. 246 & nume. 248.

Cõtractus à iure prohibitus, quãuis cum lex non redat inutilem, pro infecto habetur ipſo iure in. §. ſi quis ex his nu. 248.

Cõtractus obligatorius irreuocabilis à principio cuius obligationis quãtitas ſeu ſubſtantia conſideratur tempore futuro, diiudicari debet ſecundum tempus futurum, quo quantitas demonſtratur. §. itẽ reſcriptum nu. 45.

Contractus inualidus non firmatur iuramẽto, & hoc crebrius receptum eſt. §. parens nu. 89.

Contractus inualidus firmatur iuramẽto. §. parẽs nu. 112. & eſt ratio, quià iuramentũ eſt ſeruãdum, ſi ſeruari poteſt abſq; animæ reatu, ergò & cõtractus ſeruatur, quià ſi cõtractus nõ ſeruatur, quod ſolutum eſt periurisiurandi interpoſitã religionem, repeti poteſt, vnde vis iuramenti non ſeruatur, ideo contractus firmatur iuramento. §. parens nu. 113.

Contractus firmatur iuramento in ſpecie authenticæ ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. vt multi dicunt in. §. parens nu. 115. & nu. 216.

Clericus ſuſpenſus vel depoſitus verbaliter ali debet de rebus beneficij in. §. ſi vel parens nu. 61.

Clericus qui prælatũ accuſat, aut ceptam inquiſitionẽ proſequitur, expẽſas litis habere debet ab eccleſia, ſiue mandatũ habeat, ſiue non. §. ſi vel parens nu. 56.

Clerici qui ſine dote ordinati ſunt, ali debent ab ijs, à quibus ſunt ordinati in. §. & ſi impubes nu. 33.

Clericus filiã ſpuriam de fructibus beneficij dotare poteſt in. §. idẽ reſcripſit nu. 25.

Clericus de bonis quæſitis ex beneficio poteſt filios alere in. §. idem reſcripſit nu. 26.

Clericus nõ poteſt genero dare beneficij fructus quoad iſpe vixerit in. §. idẽ reſcripſit nu. 27.

Creditor antequàm in iudicio debitorem cõueniat, extra iudicialiter debitũ petere debet, ſed non inuitus magis tamẽ ex ciuilitate, ex hoc reſultat effectus, quòd ſi creditor debitũ extra iudicium petat, & debitor nõ ſoluat, ſi pro tribunali creditor petat, quamuis debitor incõtinẽti ſoluat, iudex ſumptus eũ refundere iubebit, quos in præparanda lite creditor fecit, effectus plures citacionis extra iudicialis ponuntur remiſſiue in. §. ſi quis ex his nu. 216.

Criminis reo qui præſtat alimenta, puniendus eſt aduerſus Iacobum Builenc in. §. ſed trum nu. 18.

Chriſtianus ſi chriſtianum bello vincat, ſeruum non eficit pia conſuetudine, quæ iure Regio aprobata eſt in. §. ſolent nu. 2.

Chriſtiani qui non ſunt, ſi bello vincantur, ſerui fiunt, qui ſi apud nos maneant, tam ſordidi ſunt, vt hodie libertas parũ piares ſit in. §. ſolent nu. 3.

Crudelitas non eſt crimina pro deo punire, ſed pietas: patri hæretico filius alimenta preſtare non tenetur, niſi mortis periculo aſtringatur in. §. & ſi impubes nu. 10



# D

Damnatus in metallum & reſtitutus recuperat alimenta, quæ nõ perceperat tẽpore, quo erat ſeruus pænæ. §. ſed vtrũ. 8.

Damnatus in metallum eficitur ſeruus pænæ, vnde fit, vt fugere non poſſit, nec eccleſiæ inmunitate fruatur. §. ſed vtrũ numero. 26.

Damnatus in metallum vltimo ve ſupplicio an poſſit è carcere fugere, pænamq; vitare in. §. ſed vtrum nu. 24. Sed contrariam ſententiam defendit Bartolus. §. ſed vtrum nu. 25.

De alimentis ad legitimam procedere non licet in. §. idem reſcripſit nu. 154.

Deciditur quæſtio, quæ orta eſt, non tamen in iudicium deducta: teſtator vxori legauit his verbis (ex ſupellectili mea capiat ſibi vxor quæ velit) quid hoc legato contineatur, declaratur in. §. ſi quis ex his nu. 162.

Declaratur. l. fina. in principio. ff. de eo per quem factum erit. l. plane ſi filium. §. 1. ff. de leg. 1. in. §. ſi quis ex his nu. 95.

Declaratur iterum. l. fin. ff. de eo per quem factum erit in. §. ſi quis ex his nu. 96.

Declaratur. l. 2. ff. ad legem Rodi. de Iactu. in. §. ſi quis ex his nu. 98.

Declaratur. l. ei qui ſeruo. §. fina. C. quod cum eo in. §. ſi quis ex his nu. 99.

Declaratur. l. ſi iſqui. C. depoſiti in. §. ſi quis ex his nu. 101.

Declaratur. l. 61. de Toro in. §. ſi quis ex his numero. 103.

Declaratur. l. penul. C. de conueniend. fiſci. debito. libro. 10. in. §. ſi quis ex his numero. 113.

Decla-

Declaratur.l.fina. C. de bonis materni in .§.ſi quis ex his nu.152.

Declaratur noue.l.qui concubinam.§.vxori,ff.de leg.3.in.§.ſi quis ex his nu.194.

Declaratur noue.l.ſicut.ff. de operis libertorum in.§.ſi quis ex his nu.233.

Declaratur.l.fina.§.filijs autem.C. de bonis quæ liberis in.§.ſed ſi filius nu.33.

Declaratur.l.fina.§.filium.C.de bonis quæ liberis. & quo caſu quiſpiam vēdiderit fundum vt annuos redditus compararet, ſi ſe commode alere non poßit, ſuplebit illē, qui iure ſanguinis alere tenetur in §.ſed ſi filius nu.35.

Declaratur.l.ſi partem.ff.de ſeuitut.ruſticorum prædio. & refellitur ratio tradita per Florianum in.§.ſed ſi filius numero.60.

Cæpola rationem redit ad dictā.l.ſi partem in.§.ſed ſi filius nu.61

Cæpolæ reffellitur ſententia in iſto.§.ſed ſi filius nu.62.

Declaratur.§.ſilicet.l.alimenta.ff.de alimen.& cibarijs legat.§.ſed ſi filius numero.107.

Declaratur.§.finitur.inſtitutis de vſufructu in.§.parens nu.71.

Declaratur. c.nuper. de donationib. inter virum & vxorem. & quid interſit inter verbum(cedo & concedo) per conceſionem non transfertur ius, ſecus per ceſionem.x.parens nu.72.

Declaratur. §.ſed ea omnia.inſtitutis. de hæreditatibus quæ ab inteſtato. in principio nu.16.

Debitor qui in carcerem detruſus eſt, vt ſoluere cogatur, ali a creditoribus debet, ſi non habeat vnde alatur, in.§.ſolent num.27. Sed hæc ſententia locum habet nedum in perſona principalis debitoris, ſed in perſona ceſionarij, qui ſi capiatur, ali debet, alimēta ſi debitori creditor nō præſtiterit, iudex è carcere debitorem dimittet.§.ſolent nu.38.

Debitor qui ceſit benis, poſtea idoneus factus cogitur ſoluere, ſed non inſolidum conuenitur, ſed alimenta ei relinquenda ſunt ex bonis poſt ceſionem quæſitis in §.ſolent num.39.Sed ſuperior ſententia videtur non obtinere iure Regio in.§.ſolent nume.40.

Debitor, qui ceſit bonis, ſi ſoluendo factus ſit, in animæ iudicio integrum redere creditoribus non tenetur, ſed ſibi poteſt reſeruare vnde alatur in.§.ſolent nu. 42.

Debitori qui ceſit bonis, & propter hoc infamia notatus eſt, ſi idoneus factus ſit, reliqua per ſoluere non cogetur in. §.ſolent nu.44.

Debitor ſi ſit pactus pecuniā à ſe nō peti, liberatur fideiuſſor, ſi iterū paciſcatur, vt pecunia peti poßit, vtilitas prioris pacti non adimitur fideiußori in. §. itē reſcriptum nu.26.

Debitor qui bonis cedit infamia notatur propter hoc, quòd debitores infamiæ metu creditorem fraudare abhorreant.§. ſolent nu.45.

Debitori in bonis quæſitis poſt ceſionem lex magis fauet, quàm creditori in.§. ſed ſi filius nu.32.

Debitor ex cauſa criminis conuenitur inſolidum, quamuis ex cauſa ciuili debitor conueniendus eſſet in id tantum, quod facere poßit in.§.ſed ſi filius nu.73.

Defenditur opinio decij, de qua in.§.ſi quis ex his nu.88.& nume.89. vt à filijs & vxore exigi pecunia poßit. & declaratur. l. eum cui. C. de actio & obligat in §.ſi quis ex his du.101.

Defenditur aduerſus Baldum ſentētia illa, quòd excuti debeāt vires eius, ad quem contractus vtilitas peruenit in.§.ſi quis ex his nu.110.

Defen

Defenditur ea opinio, quæ habet, quòd marito relinquenda ſunt alimenta vitæ ſubſidio neceſſaria, non vero pro dignitate, in.§.ſed ſi filius nu.73.

Deportato & in metallum damnato alimēta legari poſſunt, cuius rei plures rationes reduntur per Cumanum in.§.ſed vtrum nu.4.Sed aliam rationem reddit Felinus.§.ſed vtrum nu.5.

Deportatus reſtitutus nō recuperat ea, quæ tempore Banni non acquiſiuit in.§.ſed vtrum nu.7.

Delinquens an conſentiat pœnæ legis.§.ſed vtrum nu,19.

Dictio eadem in vna oratione proprie ponitur & improprie, vt Accurſius ait.§. & ſi impubes nu.58.

Dictio manumißio ad filios proprie refertur, ſicut ad ſeruos vt Oroſcius ait aduerſus Accurſium in.§. & ſi impubes numero.59.

Dictio manumißio proprie ad ſeruos reffertur, improprie vero ad filios, vt Accurſius ait, quem immerito reprehendit Ioānes Oroſcius.§.& ſi impubes nu.60.

Dictio fruſtratio quid ſignificet, & declaratur.l.penultima.C. de conueniend.fiſcij debito.lib.10. in.§.ſi quis ex his numero.111.

Dictio nomē quid ſignificet tradditur in.§. ſi quis ex his nu.112.

Dictio & legatum pinguus eficit in.§. non tanrum nu.13.

Dictiones taxatiuæ non excludunt caſus ſimiles in.§.idem iudex nu.49.

Diebus feſtis quamuis ius dicatur in cauſa alimentorum, id tamen non eſt alimentorum fauore ſpeciali introductum, ſed fauore cuiusq; piæ cauſæ in. §.ſi vel parens nu.8.

Dictio (commode & dictio abſq; penuria) idem ſignificant, & dictio (competenter, & dictio congrue) vt Dinus ait.§. ſed ſi filius nu.82.

Dignitas hominis non conſeruatur ſine famulis, bene tamen ſine diſciplinis liberalibus in.§.ſed ſi filius nu.53.

Diſtrahenda ſi res ſit, vt ex pecunia venditor alatur, diſtrahi non debet, ſecus ſi ex pecuniæ reditibus alendus ſit, quià ob hāc cauſam res diſtrahetur in.§.ſed ſi filus nu.31.

Diſcipulus tenetur alere præceptorem iure Regio in. §. & ſi impubes numero. 11. & numero.18.

Diues ſi alimenta petat, à ſententia lata appellari non poteſt in.§.ſi vel parens numero.31.

Diuites tenētur alere Pauperes inedia moriētes, quòd ſi nec aluerint, & pauperes perierint, occidiſſe intelliguntur in.§. & ſi impubes nu.35.

Diuortium ſi fiat, ille alet filios, qui diuortio cauſam dedit.Quæ ſententia iure Regio approbatur in.§.ſi mater nu.11.

Saliceti ſententia dicentis quòd mater non cogitur alere filium, quamuis cauſam dederit diuortio, refellitur in.§.ſi mater numero.12.

Diuortio qui cauſam dedit, ſi pauper ſit, alentur filij penes alium, qui diuortio cauſam non dedit in.§.ſi mater nu.13.

Doctores male collegere ex Accurſio, quòd diſcipulus tenetur alere præceptorem in.§.& ſi impubes nu.25.

Doctrina.l.ſi quis aleberis.§.ſi vel parens limitatur in perſona filij vel nepotis ſpurij, quià ij plene probare debent filiationem, nec ſummatim de ea recognoſcet iudex in.§.idem reſcriptum nu.46.

Doctrina cenſetur iuſta cauſa donandi præceptori in.§.& ſi impubes numero.17.

Dolus

Dolus exigitur in perſona ſocij, vt inſolidum conueniatur, dolus exigitur in perſona mariti quià ſocius vxoris, qui beneficio priuari non poteſt, niſi in caſibus à iure expreßis, quià priuatio eſt pæna, quæ non poteſt imponi niſi lege caueatur in. §. ſed ſi filius nu. 91.

Dolus filij qui bona dilapidauit, non liberat patrem alendi onere, vt Iacobus ait. §. idem iudex nu. 13. Sed Iacobum agere quando ſine dolo filius legitimam cõſumpſit, Baldus & alij afirmant dicto. §. idẽ iudex nu. 16.

Dominium rei dotalis quià apud maritum eſt conſtante matrimonio, non poteſt mulier prodigere rem dotalem, in. §. ſi quis ex his nu. 249. vſq; ad numerum. 254.

Dominium rei dotalis quomodo ſit naturali iure penes mulierem, iure vero ciuili penes maritum ratione adminiſtrationis in §. ſi quis ex his nu. 252.

Dominium eiuſdem rei non poteſt eſſe apud duos inſolidum, quando per concurſum diminuitur, ſecus ſi non diminuatur per concurſum, vt dominium rei dotalis in §. ſi quis ex hus nu. 254.

Dominium verum dotis eſt apud virum, veſtigia dominij ſunt apud vxorem, quià in virum nõ tranſit dominium abſolute, ſed dotis cauſa, in qua dote vir imaginẽ mulieris repreſentat, ſed verius eſt quòd rei dotalis dominiũ non tantum eſt apud maritum, quàm exercitium & ius agendi, & vxori nõ tam negatur dominium rei dotalis, quàm actio. in. §. ſi quis ex his nu. 255.

Dominium donationis propter nuptias conſtante matrimonio penes maritum manet in. §. ſi quis ex his nu. 260.

Dominium directum qui habet alicuius rei, cuius alter habet vtile, ſi fructus percipiat illius rei, quià eſt ei data in pignus, ſuos facit, quamuis illi qui directum non haberet, hoc non eſſet permiſſum in. §, ſi quis ex his nu. 294.

Dominus tenetur alere ſeruum in. §. ſolent nume. 15.

Dominus alẽdi oneri ſatisfacit, ſi faciat ſeruum recipi in domo hoſpitali in. §. ſolent numero. 17.

Dominium traditione acquiritur, nec vna tradditione poteſt duobus quæri, cum in ſolidum penes duos eſſe non poßit in. §. item reſcriptum nu. 47.

Dominij definitio tradditur in. §. & ſi impubes nu. 56.

Donet ſi rem præcioſam alter alteri, vt alimenta ſibi dum vixerit ſubminiſtret, hæc donatio inſinuationem non deſiderat, ſed ſine ea efficax eſt. §. vtrũ nu. 19 & in ſuperiori ſpecie ſi donatarius non præſtiterit alimenta, dabitur donatori vtilis rei vendicatio. §. vtrum nu. 30.

Donator mortuo primo donatario non poteſt rem donatam adimere tertio, quem vocauerat, vt communiter concluditur §. item reſcriptum nu. 29. Sed contrariã ſententiã vt adimere donator poſſit rem donatam mortuo primo donatario, illi quẽ ſecundo loco vocauit defendit Bar. cuius opinio magis communis eſt. in. §. item reſcriptum nu. 30. & infra iſto. §. nume. 35.

Donatio facta alicui ad tempus, ita vt poſt tempus res ad alios deueniat, eſt duplex donatio, vna conſiſtit in perſona primi, alia in perſona ſecundi, & non poteſt ſecunda donatio reuocari. §. item reſcriptum nu. 33. quæ ſententia multis argumentis fulcitur nume. 34. Sed contraria ſententia verior eſt, vt qui meliorationem facit, poßit eam reuocare & adimere ei, qui ſecundo loco vocatus eſt in. §. item reſcriptum nu. 35.

Dona-

Donatio reuocari non poterit & adimi ei, qui ſecundo loco vocatus eſt, ſi pacto inito fauore ſecundi donatarij acceſſerit præſentia & conſenſus eius, aut qui donauit ipſius fauore promitit ſe non reuocaturum in. §. item reſcriptum numero. 36.

Donatarius ſi negauerit alimenta donatori, priuabitur re donata. §. idem iudex numero. 58.

Ratio legis vbi eſt eadem, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, & quòd priuetur in ſuperiori caſu re donata donatarius, tradditur in. §. idem iudex nu. 59.

Donatio non præſumitur in dubio, potius enim præſumitur fatuitas quàm donatio in. §. ſi mater nu. 68.

Donator maiorem exercet liberalitatem, quàm qui legat, quià præſentia futuris ſunt prætioſiora, vnde fauore donantis reditus quindecim annorum præſtantur in. §. ſin autem donator. reditus donati fuere dum uiueret donatarius in ſpecie. §. ſin autem. vt Accurſius ibi ait, ſed quaſi diuinatoria exploditur in. §. ſed ſi filius nu. 113. & nu. 114.

§. ſin autem noue interpretatur in. §. ſed ſi filius nu. 115.

Donatio annua decem aureorum ſi fiat perpetuo, hac obligatione liberatur qui vna ſolutione centum quinquaginta aureos præſtiterit. §. ſed ſi filius nu. 116. nu. 120

Dos quam pater ſpuriæ filiæ dat, ea mortua ad patrem redit, non ad filios ſpurios in §. idem reſcripſit nu. 30.

De qua re agitur latius in iſto. §. idem reſcripſit nu. 74.

Dos filiæ ſpuriæ conſtituenda eſt pro modo alimentorũ in. §. idem reſcripſit nu. 31.

Dos promiſſa ſi nõ redatur, an maritus poſſit vxori alimẽta denegare, & an eam de domo expellere in. §. ſi quis ex his nu. 50. & nu. 53.

Dotare tenetur pater filiam iuſte procreatam. §. non tantum nu. 13.

Dotare filiam pater cogitur iure actionis, & condictione ex lege. §. non tantum nume. 45.

Dotare filiam cogitur pater officio iudicis. §. non tantum nu. 47.

Dotare filiam nullo iure pater tenetur. §. non tantum nu. 48.

Dotare filiam cogitur pater iure actionis & condictione ex lege in. §. non tantum nu. 50.

Dote euicta maritus an teneatur vxorem alere, licet de paraphernis ſe non dotauerit, vt ait Baldus nouellus, ſed contraria ſententia placuit Alberico vt ait Gregorius in. §. ſi quis ex his nume. 63. Conciliatur opinio Baldi nouelli & opinio Alberici. §. ſi quis ex his nu. 64.

Dotem eam ob cauſam perdit mulier quòd promiſcua, virorum balnea intret in. §. ſi quis ex his nu. 78.

Dotem perdit mulier, quæ marito prohibente ſpectandorum ludorum gratia it in amphiteatra, eiq; alimenta poteſt maritus denegare, & repudium mittere in §. ſi quis ex his nu. 79.

Dotem ſi pater pro filia non dederit, eius hæres dare cogetur. §. non tantum numero. 56.

Dotes ex iure gentium introductæ ſunt, iure diuino matrimonium quamuis ſit inſtitutum, tamen progreſſu temporis in vſu eſſe deſijt, vt lupus ait. §. non tantum nu. 57. Sed contraria ſententia verior eſt vt apud gentes oblite ratum nõ ſit matrimoniũ ſed ſemper fuerit in vſu §. non tantum nu. 58.

Dotare filiam pater non tenetur, quæ dotem exhauſit. §. idem iudex nu. 23.

Dotis

Dotis cauſa eſt pia, & poteſt diebus feriatis tractari in. §. ſi vel parens nu.9. & huius ſententiæ ratio eſt, quia dos ſufficitur in locum alimentorum. §. ſi vel parens nu.10. Ripæ opinio refellitur exiſtimantis dotis cauſam feriatis diebus tractari non poſſe. §. ſi vel parens nu.11.

Dotis fructus ſi non ſufficiant ad alimẽta, ſupplere vir tenetur de proprijs facultatibus in. § ſi quis ex his nu.275.

Dotis fructus ſi mariti permiſſione vxor percipiat, in quantum locupletior factus eſt vir reſtituet in. §. ſi quis ex his numero.279.

Dotis fructus qui conſumpti nõ fuerint de paſta familia, an debeat vxor marito præſtare, defendit Ioannes Crotus, ſed ille agit quando dos eſt mulieri reſtituta, nõ quando eſt apud virum, doctores promiſcue in vtraq; ſpecie vtuntur argumentis, quando dos eſt penes virum, & quando penes mulierem in. §. ſi quis ex his nu.277.

Dotalis rei dominium apud mulierem eſt iure gentium, apud maritum vero iure ciuili ratione adminiſtrationis. §. ſi quis ex his nu.250.

Dotis vſuras ſi ſocer det genero, vt alat vxorem, & matrimonij onera ſuſtineat, quod in alenda vxore & familia maritus non conſumpſit, non repetet ab eo ſocer in. § ſi quis ex his nu.230.

Dotis, ſtudijq; æquiparantur cauſæ in. §. ſi mater nu.25.

# E

Eccleſia aduerſus factum prælati repudiantis legatum poteſt reſtitutionem petere, quamuis agat aduerſus prælatum in. §. vtrum nu.75.

Eccleſia tenetur alere patronum egenum. §. ſolent nu.20.

Eccleſia nõ ſolum tenetur alere patronum, ſed filios eius & vxorem & familiam. in. §. ſolent nu.28.

Eccleſia alere tenetur eum, qui fundum eccleſiæ dedit, vt ab ea aleretur, quamuis fundus perierit, ſed ſi fundus ſtet, poterit donator ex fundo alimẽta capere pro pria authoritate. §. ſolent nu.31.

Eccleſiam iudex non debet armato millite cingere, vt reo obſeſſo alimenta nõ præſtentur, quòd ſi alimenta quæ obſeſſo deferuntur iudex capiat, incidit in bullam Cænæ domini. §. ſolent nu.47.

Eccleſia cui rector ſeruit, ſi bona habeat, aletur de bonis eccleſiæ ſacerdos, nec cogentur parrochiani alere in. §. & ſi impubes nu.32.

Eccleſiæ ſupereſſe dicimus, quando miniſtris eius debita ſalaria præſtita ſunt ſartaq; tecta, comparataq; ornamenta ſacris peragendis in. §. ſolent nu.23.

Eccleſiæ ſi ſuperſit tenebitur eccleſia patronum alere. §. ſolent nu.22.

Eccleſiæ ſi diuitiæ ſuperſint, aletur patronus pro dignitate ſua. §. ſolent nu.24.

Edictum de in ius vocando eſt prohibitorium, vnde quilibet poteſt in ius vocari, qui edicto non continetur in. §. & impubes nu.19.

Edictum procuratorium prohibitorium eſt, quilibet enim procuratorẽ dare poteſt, qui prohibitus non eſt in. §. & ſi impubes nu.20.

Edictum de teſtibus prohibitorium eſt, qui non prohibentur teſtimonium dicere, ius habent dicendi teſtimonij in. §. & ſi impubes nu.51.

Educatio liberorum an ſit iuris naturæ. in §. parens nu.1. vſq; ad nu.12.

Educatio parentum an ſit iuris naturalis, tradditur in. §. parẽs nu.14. vſq; nu.18.

Egeſtate ſumma qui premitur, poteſt aliena retinere, vt vitæ ſuæ conſulat in. §. ſed ſi filius nu.70.

Emancipatus filius ſi patri deneget alimenta reddigitur cum vniuerſis bonis ſuis in patris poteſtatem ex. l. fori de Sepulueda. §. ſi quis ex his nu.5.

Emancipatus filius ſi impubes ſit cogitur alere patrem in. §. & ſi impubes nu.1.

Emancipatus filius non eſt eadem perſona cum patre, ſed tantum filius qui eſt in patris poteſtate. in principio nu.46. Sed cõtrariam ſententiam multi defendunt in principio nu.47.

Coraſij ſententia refellitur in iſto. §. nu.48.

Accurſij ſententia aduerſus Coraſium defenditur, & nouè interpretatur. l. final. C. de impuberum. ibiq; explicatur quomodo accipi debeat hæc dictio natura, in principio nu.49. & Tiraquelli ſententia refellitur. ibi. nu.50.

Alciati ſentẽtia refellitur in principio. n.51

Emphiteuticum ius ſi quis ſtipuletur pro ſe, & filijs ſuis legitimis & ſpurijs, illis acquiretur pro ea parte, quæ alimentis par ſit in. §. idem reſcripſit nu.64.

Emptor non tenetur alere filios venditoris, niſi fraude emerit in. §. idem reſcripſit, numero.81.

Exceptio non excludit caſus ſimiles. in principio nu.15.

Excuſionis beneficium hodie ceſſat, quia ſcribarum vſu receptum eſt, vt in omni contractu in omniq; conuentione ſtipulatio interponatur, & limitabitur. l. 61. de Toro. quæ in ſecunda ſui parte nõ poteſt ad praxim deduci. in. § ſi quis ex his numero.215.

Executor teſtamentarius ſi bis monitus ab epiſcopo non præſtet alimentorum legatum, ipſe epiſcopus præſtare poterit in, §. vtrum nu.37.

Executor teſtamenti poteſt agere aduerſus hæredem, vt per iudicem adire hæreditatem cogatur, & alimentorum legatũ præſtare, & quæſit huius rei ratio. traditur in. §. vtrum nu.36.

Exempla caſuum exceptorum non arctant regulam in. §. idem iudex nu.40.

Exhibere quid ſit, tradditur in principio, numero.9.

Expenſæ non deducuntur, quando agitur de reſtituenda quota fructuum, quod in decimis tantum locum habet, non in cæteris rebus in. §. ſed ſi filius nu.37.

Exponens filium perdit patriæ poteſtatis iura, quòd ſi expoſitus fame pereat, vltimo ſupplicio pater afficietur, ſi pater egenti filio alimoniam deneget, perdit iura patriæ poteſtatis, ita filius qui patri denegat alimenta, perdit iura emancipationis, quia correlatiuorum eadem eſt diſciplina in. §. ſi quis ex his nu.19.

# F

Facultatis quæ ſunt, poteſt quis facere cum voluerit. §. vtrum nu.59. improbatur ſententia Ancarrani nu. 60. dicto §. vtrum.

Falcidia ceſſat in legato alimentorum, quæ pauperi relicta ſunt. in. §. vtrum nu.17.

Falcidia iure Regio in omni legato non ceſſat. §. vtrum nu.18.

Familiæ conſeruãdæ fauore filij priuari poſſunt tota legitima in. § idem reſcripſit, nume.156.

Fauore vtriuſq; licentiam mariti requiri, tam mariti, ne damno afficiatur ex contractu mulieris, quàm ipſius mulieris propter ſexus fragilitatem multi affirmant in. § ſi quis ex his nu.263.

Ferdinandi Menchacæ ſententia dicentis, quòd

quòd Authentica ex complexu ſeruari debet in foro ſeculari, refellitur in. §. idem reſcripſit nu.21.

Feſtis diebus alimētorum cauſa tractatur, quando à paupere petuntur, ſecus ſi à diuite. §. ſi vel parens nu.12.

Feſtis diebus cauſa alimentorum tractari poteſt, quando iudicis officio alimēta debentur. § ſi vel parens nu.15.

Fideicommiſſum minuitur ex cauſa alimētorum in. §. vtrum nu.21.

Filiam nuptam non tenetur pater dotare, tradditur in. §. ſed filius nu.3. & nu. 4.

Filiam ſpuriam pater alere non tenetur ſecundum regulas iuris ciuilis, & quæ ſit huius rei ratio in. § . idem reſcripſit numero.4. & .5.

Filiam pater cogitur dotare in vtroq; foro, ita vt dos alimentis reſpondeat in. §. idem reſcripſit nume.23. huius rei ratio eſt, quià æquitas:c. cum haberet obtinet tàm in dote, quàm in alimentis, in dicto. §. nu.24.

Filia, quæ in corpus peccat, graui contumelia afficit patrem. §. idem iudex nu.36.

Filia, quæ in corpus peccauit, quamuis pænitentiam egerit, poterit àpatre exhæredari in. §. idem iudex nu.62.

Filia, ſi indigeat mortuo patre, cum ſuperſint mater & auus diuites, mater alere tenetur. §. ſi mater nu.36. Sed contrariam ſententiam, vt auus paternus alere teneatur nepotē, non mater, ſunt qui defendant. §. ſi mater nu.37.

Filij, cum quibus morari mater debet, ſi bona diuidant hæreditaria, & diſcretas inculant ædes, ſi mater cum vno moretur, percipiet alimenta in. §. ſi quis ex his nu.137.

Filij eius, cuius bona ob crimen capit fiſcus, alendi an ſint à fiſco, & filiæ dotandæ, ſi ante commiſſum crimen geniti ſint in. §. ſi quis ex his nu.46. & .47.

Filij in cauſa ſucceßionis potiores ſunt, quàm parentes, vnde ius non præponit patrē filio in ſucceßione, ſed magis vult patrem filio æquare. §. parens nu.32.

Filij in crimine læſæ mageſtatis puniuntur, vt charitas liberorum parentes Reipublicæ amiciores reddat, non autem, quià filij præſummuntur eſſe eiuſdem ſectæ, ac eorum pater, vt aliqui malè crediderè in. § . idem reſcripſit nu.6.

Filij plures ſi ſint in ſpecie de qua in verbo pater in iſto. §. nu. 61 . ſcilicet quando melioratio ad vltimum deuenerit qui extraneo reſtituturus eſt, poteſt fideicommiſſum non admittere, & meliorationē contradicere in. §. item reſcriptum, numero.63.

Flio conceſſum eſt, vt tertiam poßit pro arbitrio prodigere, quod conceſſum fuit in augmētum poteſtatis teſtandi ex iuſta cauſa. §. parens nu.25.

Filio, magis ampla diſponendi de bonis, poteſtas cōceſſa eſt, quàm patri iure Regio. §. parens nume.31.

Filio malè morigerato pater alimenta dare non tenetur. §. idem iudex nu.52. Sed cōtraria ſententia verior eſt, vt malè morigerato filio pater alimenta denegare non poßit, quamuis corrigere, & emendare poßit, quòd ſi filius mores non induat bonos, iudicē adibit pater, iudexq; emendabit. § . idem iudex nu.53. & numero.55.

Flio perſona patris ſemper debet ſancta videri, quamuis impius ſit. §. & ſi impubes nume.8.

Filio ſcholari donare pater poteſt iura, & actiones aduerſus patris debitore ſi eodē modo filio licet donare patri ſcholari iura, & actiones. §. parens nu.27.

Filium adoptiuū quis nam alere teneatur, pater naturalis, an pater qui adoptauit; in principio nu.13. Opinio Baldi refellitur dicentis, quòd is ali debet ab eo, qui ab inteſtato venire poteſt ad ſucceßionem, in principio nu.14.

Filium legitimè procreatum, & maiorem trimo alere tenetur vterq; parens, mater quæ egena eſt & pauper non tenetur filium trimo maiorem alere, vnde Baldus ait, quòd mater paupercula filiū reddit ſcholari. § . ſi mater nu.5.

Filium opificem, qui in ea valetudine eſt, vt ſibi poßit ſufficere pater alere non cogitur. §. ſed ſi filius nu.123.

Filium, qui opere ruſtico victum ſibi poteſt quærere, pater alere non cogitur. §. ſed ſi filium nu.125.

Filium, qui ſibi alimentá ſubminiſtrare poteſt, non cogitur pater alere. §. ſed ſi filius nu.1.

Filium ſuum, qui falſò exiſtimauit aliquem eſſe, & aluit non repetet ab eo alimenta §. ſi mater nu.28.

Flium trimo maiorem alere pater tenetur, non mater. §. ſi mater nu.4.

Filium vnicum ſi quis habeat, & ex eò npoētem, poteſt nepoti per præceptionem relinquere, & legatum valet. §. numero.44.

Filium vnum tantum ſi quis habeat, non poteſt illum meliorare. quià à ſemetipſo nemini legari poteſt. §. parens nu.43.

Filius ali debet pro modo facultatum patris, modumq; iudex ſtatuet. §. ſed filius numero.5.

Filius altoris non præſumitur quis ex eò, quòd ab aliquo domī alitus ſit, quià pietatis intuitu ſæpe alimenta præſtantur, §. ſi vel parens nu.36. quæ quidem ſententia locum non habet, ſi indicijs demōſtrari poßit, quòd is qui alitur ſit filius, §. ſi vel parens nu.37.

Flius clericus tenetur alere patrem de bonis quæſitis intuitu eccleſiæ, quæ bona quaſi caſtrenſia ſunt. §. & ſi impubes, nume.4.

Filius cogitur officio iudicis exhibere parentes in principio nu.38.

Filius dotare matrem non tenetur, quàmuis iuuenis ſit, & formoſa. §. vtrum, numero.89.

Filius emancipatus qui legitimam accepit, & iurauit ſe non petiturum alimenta, poteſt ea petere, ſi depauperatus ſit. §. idem iudex nu.14.

Filius, etiam ſi non ſit in poteſtate, tenetur alere patrem, & pater filium. §. ſed vtrum nu.1.

Filius ex eo præſummitur quis, quòd natus ſit in domo altoris. §. ſi vel parens, numero.38.

Filius familias, & ſeruus non obligantur voto iure canonico, ne pater, aut dominus damno afficiantur, in principio numero. 69. item vxor, & monachus non obligantur voto in principio numero.70.

Filius familias non debet artificiales operas patri, ſed operæ ſibi quæret proprietatem, niſi moretur cum patre, ab eo q; alatur. §. ſed ſi filius numero.136. Refellitur ſententia Alciati exiſtimantis, filium familias patri ex artificio quærere ſicut vxor querit marito. § . ſed ſi filius nu.137.

Filius in aduentitijs patri quærit vſumfructum, ex quo ſe, & filium alere tenetur. §. & ſi impubes nu.3.

Filius ingratus perdit nomen filij in ijs, quæ à patre peruentura ſunt ad eum, in cæteris iudicatur filius. § . idem iudex, numero.8.

Filius ingratus repellitur ab omni lucro per

hæredes defuncti. §. idem iudex, numero. 38.

Filius non tenetur matrem dotare, quæ ſecundò nubit in. §. vtrum nume. 87.

Filius lagitimus tenetur matrem dotare, quæ filio approbante nubit. §. vtrum, numero. 92.

Filius maior duplicatos cibos recipere debet, quià eſt cæteris honoratior. §. ſed ſi filius nume. 66. de qua re vide in principio legis nu. 20.

Filius naturalis tantum cogitur dotare matrem. §. vtrum nu. 90.

Filius naturalis, vt quis dicatur, quæ ſunt neceſſaria in principio nu. 80.

Filius non cogitur alere patrem, à quo nullam artem edoctus eſt, quià pater tenetur expenſas præſtare vt filius erudiatur, ſed hæc ſententia improbatur. §. ſed ſi filius nu. 35.

Filius non poteſt renuntiare cum iuramento inconſulto prætore iuri alimentorum futurorum, quià iuramentum aduerſatur iuri naturali, quo alimenta filio debentur. §. parens nu. 81.

Filius patri reuerentiam debet. §. idem iudex nu. 6.

Filius patris conditionem ſequitur, à quo dignitas in filium deriuatur. §. idem reſcripſit nu. 86.

Filius priuatur paterna hæreditate propter ingratitudinem, quam patris hæredes probant, & ij qui ab inteſtato vocantur §. idem iudex nu. 43.

Filius, qui in patris eſt poteſtate, ſi caſtrenſia bona habeat, de his cogitur inopem patrem alere. §. & ſi impubes numero. 2.

Filius, qui leui culpa depauperatus eſt, alitur à patre. §. idem iudex numero. 17.

Alexandri ſententiam refellit Iaſſo, in. §. idem iudex numero. 18. Iaſſonis ſententia refellitur approbata opinione Alexandri.

Filius, qui patrem alere cogitur, ſi filios habeat, primò cogetur filijs alimenta dare, quàm patri, aduerſus Alfonſum de Caſtro, & Fortunium in principio, numero. 35.

Filius, qui patris bona in iudicio petit, ali debet dum lis geritur, ita pater, qui petit bona filij, ali debet. §. parens numero. 28.

Filius, qui per matrimonium liberatus eſt patria poteſtate, ſi ingratus ſit, non redigitur in patriam poteſtatem, quià legis beneficio poteſtate liberatus eſt, in. §. ſi quis ex hie numero. 12.

Filius, qui petit bona patris in ſpecie legis ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inofficioſo teſtamento, ali debet, ſed tria interuenire debent, quòd actor ſit filius, quòd pauper, quòd pro eo dicta ſit ſententia, à qua prouocatum eſt. §. ſi vel parens numero. 42. Item in propoſito caſu requiritur, quòd actor ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, vt Socinus ait, cuius ſententiam refellit dominus Couarruuias. §. ſi vel parens numero, 43. Socini ſententia defenditur & concluditur, quòd hodie alimenta filio præſtanda ſunt, quamuis pro eo lata ſententia non ſit. §. ſi vel parens numero. 44.

Filius, ſi pater dilapidet bona ſua, poterit in iudicio petere, vt pars bonorũ patris in alimenta filij conſtituatur. §. item reſcriptum nu. 15.

Filius ſpurius cogitur dotare matrem. §. vtrum nu. 91.

Filius ſpurius patrem alere non tenetur. §. vtrum



§. vtrum numero. 78. & numero. 83. & ratio ſuperioribus ſentẽtiæ eſt, quià filius ſpurius patris odio non ſuccedit patri, ergò nec à filio aletur pater, quià cauſa impediens fortior eſt in impediẽdo primam & immediatam perſonam quàm ulteriores in. §. vtrum, numero. 79. Aliam rationem reddit Paleotus, vt ſpurius filius patrem non alat, numero. 80. & ſuperiorem ſententiam defendit etymus dictionis. ſpurius filius non eſt ſecundum naturam niſi qui ex matrimonio procreatus eſt. §. vtrum, numero. 81.

Filius tenetur alere parentes in principio, numero. 4.

Filius tenetur alere patrem ex redditibus prædiorum, quòd ſi fructus non ſufficiant proprietas non diſtrahetur in principio numero. 40.

Filius tenetur potius alimenta præſtare pari infideli, quàm extraneo homini fideli. §. & ſi impubes numero. 8. & numero. 10.

Filius viuo patre monacho petere poteſt patrem legitimam, quæ ad eum, mortuo patre, peruentura eſſet, pater poſt profeſſionem habetur pro mortuo. §. item reſcriptum numero. 24.

Filius vulgò quæſitus tenetur alere matrẽ, §. vtrum nume. 86.

Filius vnicus ſi meliorationi conſentiat, an valeat melioratio, tràdditur remiſſiuè in. §. item reſcriptum, numero. 62.

Fiſcus vxorem rei non tenetur alere, quià dos mulieri reſtituitur ex qua alatur, nec eam capit fiſcus in. §. ſi quis ex his, nume. 78.

Focaria dicitur ancilla, quæ focum curat, ſic accipitur in. l. ſi ea conditione. C. de conditionibus inſertis. §. ſi mater, numero. 78.

Focariam pro vxore accipi, dixit Tiraquellus, ſed eius opinio reffellitur. §. ſi mater nume. 79.

Fæmina in feudum non ſuccedit, quià faidam leuare non poteſt, cum ſit imbellis in. §. ſi quis ex his nume. 266.

Fæmina inſtitui debet. §. non tantum, numero. 36.

Fæmina leges condere non poteſt, & an Regina nupta Regni teneat gubernacula an vero maritus eius in. §. ſi quis ex his numero. 263.

Forma concipiendæ obligationis conſponſorum manet, conſponſores Cicero appellat correos, & declaratur. l. cum apparebit. ff. locati in. §. ſi quis ex his, numero. 109.

Franciſci cõnani ſententia refellitur. §. vtrum nume. 51.

Frater clericus de fructibus beneficij iuſtè poteſt fratres alere, & dotare ſororem in. §. idem reſcripſit nume. 95.

Frater clericus de redditibus beneficij ſororem dotat, quià ſoror eſt, non quià pauper aduerſus Ripam in. §. idem reſcripſit numero. 96.

Frater Cui mater diues eſt non poteſt alimenta à fratre petere iure ſanguinis in §. ſi mater nume. 44. & nume. 42.

Frater dotare tenetur ſororem legitimam eodem patre procreatam in. §. idem reſcripſit, numero. 92. Sed hanc ſuperiorem ſententiam non deduci ex legibus Regijs ſcripſit Ioannes Luppus, ſed eius opinio argumentis reffellitur in iſto §. idem

§.idem reſcripſit nume.93.

Frater diues ali debet à fratre, qui in nouum maioratum ſucceſsit vt dixit Guillermus à Pernoſtrac in.§,idem reſcripſit numero.139.

Frater ex parte patris tantum cogitur fratrem alere in.§. idem reſcripſit, numero.85.

Frater fratrē naturalē tantū alere tenetur niſi frater oppiſex ſit in.§. idem reſcripſit numero.87.

Frater hæres patris alere tenetur filiam, cui dos relicta eſt dum ipſa nubit, nec alimenta cōputabit frater, idem eſt ſi hæres ſit extraneus.§.item reſcriptum numero.5.

Frater non cogitur iure ſanguinis fratrem alere, cui frater diues in. §. ſi mater numero.44.& nume.52.

Frater ingratus repellitur à ſucceſsione fratris cui ingratus fuit. §.idem iudex, numero.42.

Frater patris hæres non cogitur, eam ob cauſam, quòd ſit hæres, fratres alere ſi mater diues ſit. §.ſi mater, numero.43.

Frater poteſt denegare alimenta fratri ingrato, & frater ingratus repellitur à ſucceſsione fratris inteſtati, vel qui turpem perſonam ſcripſit hæredē. §. idem iudex numero.37. & in iſto numer.42. & numero.43.

Frater, qui patre mortuo aluit ſororem, poteſt fructus legitimæ retinere, & cum alimentis compenſare.§.ſi mater, numero.35.

Frater, qui poſt mortem patris in primogenium antiquum ſucceſsit, non cogitur alere fratrem, cui mater diues eſt.§.ſi mater numero.49.

Frater, qui ſucceſsit in maioratum recens conditum virtute legis.17. de Toro, quod fit in tertia & quinta bonorum, non tenetur fratrem alere, cui legitima relicta eſt.§.ſi mater nume.54.

Frater ſæpe odit fratrem. §.ſi mater, numero.46.

Frater ſororem vterinam dotare non cogitur, quæ ſententia iure Regio approbata eſt aduerſus opinionem Gregorij in.§. idem reſcripſit nume.94.

Frater ſuccedens in maioratum nouum, conditum ex principis licentia tenetur fratrem alere, quià non potuit princeps tollere alimenta iure naturæ debita in. §.ſi mater nume.55.

Frater tenetur alere fratrem legitimum eiſdem parentibus procreatum in.§. idē reſcripſit numero.83.

Fratrem diuitem frater alere non tenetur niſi frater primogenium à patre compoſitum adeptus ſit in. §. idem reſcripſit, numero.98.

Fratrem iam virum effectum qui bona dilapidauit non cogitur frater alere in. §. idem reſcripſit numero.101.

Fratrem, qui bona ſua dilapidauit, non cogitur frater alere, ſi doloſè conſumpſit, vt aleretur à fratre, ſecus ſi animi leuitate in.§. idem reſcripſit, numero.100.

Fratrem qui officium habet, ex quo honeſtè ali poſsit extra patriam, ſi illo vti nolit, ſed patriam redire, non cogitur frater alere in. §. idem reſcripſit, numero.99.

Fratrem ſpurium ex patre frater alere. non cogitur in. §. idem reſcripſit, numero.91.

Fratrem vterinum ſpurium tenetur frater alere in.§.idem reſcripſit nume.89.

Fratrem vterinum tenetur frater alere, in §.idem reſcripſit nume.88.

Fratres ſi bona communia habeant, de bonis communibus, tam ipſi, quàm eorum filij, & vxores ali debent, ſed ſi frater moriatur, qui iubeat, vt ex re communi vxor eius alatur, hæres præſtare debet alimenta de parte ſua, non de re communi in.§.ſi quis ex his numero, 218.& numero.219.

Fructuarius plenum ac verum dominium habet vſusfructus. §. & ſi impubes, numero.55. Sed contrariam ſententiam, vt fructuarius verum non habeat dominium defendit Iaſſo.§. & ſi impubes numero.56. legem qui vſumfructum.ff.ſi vſusfructus petatur. pro ſua ſententia inducit Iaſſo.§. & ſi impubes nume.57.

Fructus dotis hæredes capiunt ratione præſtitæ alimoniæ in.§.ſi quis ex his, numero.123.

Fructus dotis non abſolutè ad maritum pertinēt, ſed eam ob cauſam, quòd ſuſtineat onera matrimonij, vnde ius mariti in percipiendis dotis fructibus certis finibus circunſcribitur quos eggredi non licet, legatum relictum propter operas diminuitur diminutis operis:idem in legato alimentorum ſtatuitur in. §.ſi quis ex his nume.287.

Fructus dotis qui ſuperſunt depaſta familia mariti ſunt, quià ſuſtinet onera matrimonij.§.ſi quis ex his nu.269.

Fructus dotis ſi alendæ mulieri non ſufficiant, intra annum doti reſtituendæ præſtitutū hæredes alere mulierem non coguntur de ſuo in. §.ſi quis ex his, numero.124.

Fructus ij ſunt qui deducta impenſa ſuper ſunt, vnde illa pars fructuum cenſetur legata, quæ deductis expenſis ſupererit, niſi impenſa fiat ratione ſubiectionis, vt ſunt tributa.§.ſed ſi filius, nu.36.

Fructus non decerpitur ex continuatione titulorum.§.ſolent nu.49.

Fructus ſacerdotij ſequeſtrari debent in cauſam iudicati, quando ſacerdos alia bona non habet.§.ſolent numero.33. Sed contrariam ſententiam vt fructus ſacerdotij ſi capiantur in cauſam iudicati nulla pars relinquenda ſit ſacerdoti vnde alatur defendit Albericus, cui alij accedunt.§.ſolent numero.34. Alberici ſententia refellitur.§.ſolent, nume.35.

Fructus ſacerdotij ſi capiantur in cauſam iudicati ea pars fructuum ſacerdoti reſeruabitur quæ eius alimentis ſufficiat vt eccleſiæ deſeruire valeat.§.ſolent, nume.33.

Fundi cuiusq; iuſta æſtimatio reputatur ex prætio quod ex redditibus vinginti annorum collectum eſt.§.ſed ſi filius, nume.117.

Fundum ad alimenta ſpurio filio relictum non tranſmitti ad eius hæredem crebrius receptum eſt in dicto.§. idem reſcripſit nume.73. de quo vide infra iſto. §.nume.45.

Fructus ex quo ſpurius ali debet alienari non poteſt:quià eum ſpurius pignori accepiſſe videtur ad alimenta in.§. idem reſcripſit nume.71.

## G

GRauatus reſtituere ſi ſine liberis deceſ-

ſerit comparatur fideicommiſſario, vndemortuo primo res ad ipſum redit qui dedit, ipſe cui velit dabit. §. itē reſcriptum nume. 43.

# H

HAbitatione legata, pro vita legatarij, vnius cuiuſq; anni habitatione adærata, quindecim annorum pretium reddetur vt conſilium Neapolitanum ſtatuit, ſed hæc ſententia improbatur in. §. ſed ſi filius nume. 121.

Hæredes filij coguntur alere patrem qui in ſummam ægeſtatē deductus eſt. §. item reſcriptum nume. 1.

Hæredes mariti alere tenentur viduam, quæ alimenta petit ventris nomine, nec ob hoc dotis hæredes dotis fructus ſibi acquirent, ſed debent eos reſtituere in. §. ſi quis ex his nume. 116.

Hæredes mariti alere viduam tenentur intra annum, quando dos eſt mulieri reſtituenda, ſecus ſi illi, qui mulieri dotem dedit in. §. ſi quis ex his nume. 120. & nume. 121.

Hæredes mariti, ſi dotem non reſtituant viduæ quæ ſe aluit, alimentorum æſtimationem refundent, & huius rei ratio ſubjicitur in. §. ſi quis ex his, numero. 138.

Hæredes non debent eſſe potioris conditionis, quàm teſtator. maritus qui dotis percipit fructus cogitur vxorem alere, ergò & hæredes, cum ex dotis fructibus ali debeat maritus inops, ergò à fortiori vxor in. §. ſi quis ex his, numero. 119.

Hæredes patris, quod ſuperat ſtatutum alimentorum modum, reuocare non poſſunt, dum matrimonium conſtat nume. 33. Sed hæc ſententia obtinet, ſi maritus ignorauerit vxorē eſſe ſpuriam, ſecus ſi ſciens duxerit quià reuocabitur conſtante matrimonio, ſuæ facilitati imputabit maritus, qui ſpuriam duxit, in. §. idem reſcripſit nume. 34.

Hæredes patris tenentur alere filios teſtatoris, poſthumus ex hæredari poteſt in. §. item reſcriptum nume. 4.

Hæredes, ſi alere viduam non tenentur, quià ei dotem reſtituerunt, an alere teneantur, ex conſuetudine Regni, apparebit in. §. ſi quis ex his nume. 126.

Hæredes tenentur alere ſpurium teſtatoris filium in. §. idem reſcripſit num. 79. Sed contrariam ſententiam ſunt qui defendant, ſed argumentis frangitur in. §. idem reſcripſit nume. 80.

Hæredes tenentur alere viduam, dum in viduitate manet, quià vidua, dum vidua eſt, in eodem matrimonio permanere intelligitur in. §. ſi quis ex his nume. 158. & nu. 159.

Hæredis in domo ſi moretur quiſpiam, qui mulieri paret inſidias, dabuntur illi alimenta in domo ſeparata in. §. ſi quis ex his nume. 181.

Hæredis vxor ſi ſit rixoſa, capiet legatarius alimenta extra domum hæredis, nec mater cogitur morari cum filijs ſuis, ſi ſint mali in. §. ſi quis ex his, numero. 186.

Hæres filij cogitur alere patrem teſtatoris, quàmuis pater fratrem aut matrem habeat diuites, ſed non cogi hæredem verius eſt. §. item reſcriptum nume. 7.

Hæres filij non cogitur alere teſtatoris patrem, qui auum maternū habet. §. item reſcriptum nume. 8.

Hæres

Hæres hæredis, qui legatum præſtare tenebatur, decē annis ſibi legatū capere ſunt qui dicant, ſed contraria opinio verior eſt. §. vtrum nume. 44.

Hæres inſtitutus ſi delatam hæreditatem non adierit, certa pecuniæ quantitas obſignabitur ad alimenta vxoris in. §. ſi quis ex his nume. 141.

Hæres longo tempore rem legatam ſibi acquirit. §. vtrum nume. 45. Sed contrariam ſententiam vt legatam rem hæres præſcribere non poßit multi defendunt. §. vtrum nume. 46.

Hæres patris alere tenetur filium, quamuis ex hæredatus ſit. §. item reſcriptum nume. 6.

Hæres patris cogitur alere filium ſpurium teſtatoris, & hæres filij ſpurij cogitur patrem alere. §. item reſcriptum, numero. 9.

Hæres poteſt dotem reſtituere deducto commodo medij temporis, aut viduam alere, quià commodum medij temporis pertinet ad maritum, hæredesq; eius ſi mulier bona non habeat ex quibus ali debeat, id ex dote ei præſtabitur quod alendæ mulieri ſufficiat in. §. ſi quis ex his nume. 133.

Hæres qui domi alere debet, ſi rixoſus ſit, non cogitur legatarius cum eo commorari, ſed extra domum eius percipiet alimenta in. §. ſi quis ex his, numero. 182.

Hæres ſi colluſorum ſuſceptor ſit, poterit legatarius aliò mutare domicilium & ibi alimenta percipiet in. §. ſi quis ex his nume. 185.

Hæres ſi corruptis ſit moribus, non tenetur legatarius, cui alimenta legata ſunt ſub conditione, ſi cum hærede moretur, in domo hæredis morari, ſed extra domum percipiet alimenta in. §. ſi quis ex his nume. 183.

Hæretica ſi ſit vxor, & bona ad fiſcum deuoluta, ſi in perpetuos carceres detruſa ſit, non aletur à viro in. §. ſi quis ex his nume. 81.

Hæretici bona in quibus locis ad fiſcum deuoluantur, mater hæretica non cogitur dotare filiam orthodoxam, ſecus erit in locis in quibus ad fiſcum non deuoluantur. §. ſi mater nume. 22.

Hæreticus laicus puniri debet à iudice eccleſiaſtico pænis, non ſolum à iure canonico ſtatutis ſed etiam à lege ciuili. §. ſi mater nume. 18.

Honoris cauſa, & vitæ æquiparantur in principio nume. 34.

Hoſpitalarij ali debent cum familia de redditibus domus hoſpitalis. §. & ſi impubes nume. 34.

# I

IActus mercium ſi fiat nauis leuandæ gratia detrimentum ſarcietur contributione eorum qui ex iactu commodum conſequti ſunt in. §. ſi quis ex his, numero. 85.

Iaſſonis ſententia dicentis alimentorū præſtationem eſſe indiuiduam refellitur in §. ſi quis ex his nume. 207.

Iaßonis ſententia refellitur dicentis, quòd in decernendis alimentis perpenditur dignitas alimentarij, vt eſt tempore quo petit alimenta, non autem vt fuit olim quando diues erat. §. ſolent, numero. 26.

Illuſtri matri dedecus non eſt lactare filiū, nec ipſi Reginæ, ſed licet dedecus nō ſit, melius eſt vt parentum cura, à nutrice

lacte-

lactetur, vt mater cõcipiat eo tempore, & nobilibus filijs rempublicam implere poßit. §. ſi mater nume. 8.

Imperator eſt dominus rerum particularium, quæ ſunt in imperio ratione defenſionis & protectionis in. §. ſi quis ex his nume. 251.

In cauſa alimentorum, ſi tractetur principaliter, à ſententia in cauſa alimentorum lata appellare non licet. §. ſi vel parens nume. 33.

In contractibus bonæ fidei obtinet hæc ſententia, quod excuti debeant vires eius, ad cuius commodum vtilitas cõtractus ceßit, ſecus in contractibus ſtricti iuris vt eſt fideiußio & ſtipulatio in. §. ſi quis ex his nume. 114.

In correctorijs non eſt permiſſa extenſio ex maioritate rationis, ſed eſt permiſſa de ſtricta dictionis ſignificatione ad latam. §. idem reſcripſit nume. 42.

Inducitur lex. 61. de Toro ex interpretatione Caſtilli in. §. ſi quis ex his, numero. 92.

Infirmus ſi ſit filius opifex aletur à patre, & declaratur, quæ infirmitas hæc eſſe debeat, vnde hernioſus non aletur, quod iudicis officio relinquitur. §. ſed ſi filius nume. 132.

Ingenium olim fuit in maximo prætio. §. ſolent nume. 50.

Ingratitudinẽ debet pater probare. §. idem iudex nume. 2.

Ingrato filio pater denegat alimenta ad vitæ ſubſidium neceſſaria. §. idem iudex, nume. 5.

Ingrato filio, quem ingratitudinis pænituit non poteſt pater alimenta denegare. §. idem iudex numero. 60. Sed contrariam ſententiam, vt pater poßit alimenta denegare filio ingrato, quem ingratitudinis pænituit defendit Felinus, tradit multa Coſta in hoc in. §. idem iudex, nume. 6.

Ingratus filius non poteſt priuari primogenio, quod à maioribus defertur in. §. idẽ reſcripſit nume. 142.

Ingratus ſi ſit patronus in eccleſiam priuari alimentis poterit. §. idem iudex, nume. 56.

Iniuriarum actionem non habet qui prohibetur ſedere in loco ſolito in principio nume. 25. opinionem Baldi conciliat cum opinione Fabri Rebuſſus in principio numero. 26. conciliatio Rebuſſi refellitur, opinionem Fabri & Baldi conciliat Purpuratus, in principio nume. 28. conciliatio Purpurati improbatur nume. 29.

Improbatur opinio Cini, procedentis de obligatione fideiuſſoris ad eam qua pater, aut filius tenetur onere alendi filij, aut patris in principio nume. 6.

In ſpecie legis nepos proculo. lauta debent eſſe alimenta, pro dignitate alimentarij. §. ſed ſi filius nume. 81.

Inſtar alterius ſi quid fiat, non eſt id ad cuius inſtar fit, ſed ſemper retinet naturalia quæ illi inſunt. §. item reſcriptum nume. 51.

Interpretatio Accurſij ad. l. Titio centum in principio de conditionibus & demonſtrationibus. crebrior eſt, & tamen refellitur in. §. idem reſcripſit, numero. 113.

Interpretatio Bartoli ad legem ſi quis cum ſciret. ff. pro empore, quamuis crebrius recipitur improbatur approbata Cumani interpretatione, quia iuris conſulti figuris vtuntur in. §. idem reſcripſit nume. 120.

Interpretatio Bartoli ad. l. Titio centum in principio. ff. de conditio. & demonſt. refellitur in. §. idem reſcripſit, numero. 112.

Interpretatio noua ad dictã. l. Titio. cẽtum in. §. idem reſcripſit nume. 118.

Interpretatio noua. c. 1. de inſtitutio. & c. cum. m. de conſtitutio. quià capitulum primum de inſtitutionibus agit de monachis, qui honeſtè vitam ducunt ſi ſine penuria viuant, capitulum cum. m. agit de canonicis qui dignitatem habẽt, lautèq; ſunt alendi. §. ſed ſi filius numero. 83.

Interpretatio noua. l. iniuriarum actio, §. ſi quis de honoribus. ff. de iniurij in principio numer. 30. qui turbatur in hac quaſi poſſeßione ſedendi in eccleſia habet interdictum vti poßidetis vel vnde vi in principio numero. 31.

Interpretatio noua. l. nepos proculo de verborum ſignificatiane, vbi alimenta præſtita fuere pro dignitate alimentarij, quià ita inter partes conuenit, & ſeruatur lex conuenctionis. §. ſed ſi filius numero. 79.

Interpretatio. l. primæ. §. ſed ſcimus. C. de latina libertate tollenda, & concluditur quòd alendi oneri non ſatisfacit, qui alimentarium in hoſpitale deducit. §. ſolent numero. 19. alimentarius ſi in collegium literarium ad legetur habebit ab eo qui alere tenetur quod iuſtis alimentis deerit. §. ſolent numero. 19.

Interpretatio Oldraldi ad. l. Titio centum in principio de conditio. & demonſt. & Alberici, & Cumani, & Coſtæ reffellitur in dicto. §. idem reſcripſit, numero. 114.

Inuentarium ſi non confecerit is, qui debet alimenta præſtare non tenetur vltra vires hæreditarias vt ait Baldus cuius opinio reffellitur in. §. vtrum, numero. 76.

Iudex eccleſiaſticus poteſt laicos cogere ad præſtanda alimenta, ſi egeni ſint qui petunt, in principio numero. 39.

Iudex æſtimare debet vtrum filius habeat vnde ali poßit. §. ſed ſi filius, numero. 2.

Iudex non ſtatuet ad alimenta vniuerſos redditus patrimonij, ſed aliquid debet ſupereſſe ex redditibus. §. ſed ſi filius, numero. 7.

Iuramento interpoſito ſi quis promiſſerit ſe non alienaturum fundum dotalem, ſi interpoſito iuramento alienet, non valet alienatio. §. parens, numero. 103. & numero. 104. Rationem reddit Ioannes Andreas, quæ ratio locum non habet, ſi ex primo iuramento quæſitum ſit ius tertio quià quamuis illicitum ſit, efficax eſt, nec redditur inutile ſecundo loco conceptum iuramentum licitum ita Bald. ſed hæc opinio improbatur. §. parens, numero. 104. & numero. 105.

Iuramento pactio firmatur in. c. quamuis pactum libr. 6. vt ex eo tex. colligunt multi. §. parens numero. 114.

Iuramentum ad perſonam iurantis ſpectat, & fidem verborum eius confirmat, non autem rem iuratam. §. parens numero. 117. nouo ſenſu declaratur. c. quamuis pactum de pactis lib. 6. §. parens numero. 118.

Iuramentum an ſortiatur primæuam naturam contractus, ſuper quo interponitur,

nitur, an verò accidentalem. §. parens, numero. 86. & nume. 87. Accurſij ſententiæ declaratur in. l. pactum dotali. C. decollationibus. §. parens nume. 88.

Iuramentum aut ſpiritualis cauſa addit ſotum foro. §. ſi mater nume. 17.

Iuramentum eſt perſonale, & ad hæredes non tranſit, obligatioq́; iurantis perſonam non egreditur. §. parens, numero. 129.

Iuramentum poſtquàm præſtatur ſeruari ius iurandū debet, & qui ſoluit poterit repetere quod ſoluit per condictionē ſine cauſa. §. parens nume. 120.

Iuramentum ſortitur naturam contractus, cui acceddit, franſactio de futuris alimēta incōſulto prætore facta nō valet, ergò nec valebit iuramentum, quod ſuper ea interpoſitum eſt. §. parens, numero. 85.

Iure canonico filius agere poſt aduerſus patrem ex quacunq́; cauſa, maximè in ſpiritualibus in principio numero. 61. Sed contrariam opinionem plures defendunt numero. 62. Ratio quare in ſpiritualibus filius agere poteſt aduerſus patrem, in principio numero. 63.

Iure conſulti, cum de operis loquntur generaliter, per anthonomaſiam de officialibus intelligunt, de his agi ti ſicut. ff. de operis libertorum, vt Baldus ait in. §. ſi quis ex hus numero. 235.

Iure cōſulti etiam extra matrimonium procreatos naturales eſſe credidere & varia de matrimonio traddidere in. §. vtrum numero. 82.

Iure Regio non poteſt maritus vxorem de domo propellere ob id, quod de paraphernis dotem ſibi non conſtituat, quià iure communi mulier paraphernorum adminiſtrationem habet quorum dominium ad eam ſpetabat in. §. ſi quis ex his numero. 69.

Iure Regio quinta pars bonorum patris præſtari duntaxat ſpurijs debet, pro alimentis in. §. idem reſcripſit, numero. 38.

Iuri accreſcendi propterea locus non eſt in legato alimentorum, quià naturaliter eſt taxatum, nec in legato alimentorum eſt aliqua ſpecialitas. §. ſed ſi filius numero. 104.

Iuri accreſcendi locus non eſt in cauſa alimentorum. §. ſed ſi filius numero. 68. & declaratur. l. dominus. § primo. ff. de vſufructu numero. 68.

Ius canonicum cupiens vt pater alat ſpurium filium, ſeruari debet in vtroq; foro, huius ſententiæ ratio eſt, quià necare videtur, qui partui alimoniam denagat, homicidium eſt peccatum, & in ijs in quibus ineſt peccatum, ius canonicum ſeruatur, non ciuile in. §. idem reſcripſit numero. 18.

Ius petendi ſupplementum legitimæ, propterea quinquennio euaneſcit, quià ſupplementum legitimæ ſubſtituitur in locum quærellæ, ſed non euaneſcere crebrius receptum eſt in. §. vtrum, numero. 57.

Ius ſi tertiò quæſitū ſit re, vel ſpe legali prouidentia ex aliquo contractu inito inter aliquos, non poſſunt contrahentes ab hoc contractu diſcedere in præiuditium tertij, niſi ille conſentiat. §. item reſcriptum numero. 28.

Iuſta ex cauſa poteſt princeps rem poſſeſſori adimere, ergò & legitimam quæ quaſi debita eſt poſt mortem patris dum filius deliberat in. §. idem reſcripſit numero. 252. non autem viuo patre vt credidit Accurſius & malè in dicto. §. idem reſcripſit numero. 153.

Iuſtius nihil eſt, quàm generationis & diſciplinæ authores mutuis beneficijs demereri. §. & ſi impubes numero. 11.

# L

LActatio infantis modica eſt impenſa. §. ſi mater nu. 3.

Laicus ſi ab inquiſitoribus declaretur hæreticus punietur non ſolum pænis à iure canonico conſtitutis, ſed & à iure ciuili, Cui ſi papa indulſerit, pænamq́; laxauerit de illa pæna intelligetur, quæ à iure canonico conſtituta eſt, Non quæ à lege ciuili. §. ſi mater numero. 21.

Laurentij vallæ ſententia refellitur, qui iure conſultos increpauit, quòd iuris naturalis effectus cōfuſè tractauerint & quomodo ius naturale commune ſit hominibus cum brutis declaratur in. §. parens numero. 19.

Legatarium ſi teſtator iubet in domo hæredis exhiberi, ibi debet morari & alibi degenti non tenetur hæres alimenta præſtare & ipſe legatarius alibi habitās intelligitur pluspetere quia in domo hæredis minori impenſa alitur legatarius & ideo verba illa teſtatoris iubētis vt alatur legatarius in domo hæredis fauore hæredis ſunt prolata in. §. ſi quis ex his numero. 203. & numero. 204.

Legatarius, Cui alimenta relicta ſunt ſi cum hærede moretur, non tenetur cum eo morari omni momento, aliter hæc conditio, induceret ſpeciem ſeruitutis in. §. ſi quis ex his numero. 191.

Legatarius, Cui alimenta relicta ſunt, ſi cum hærede moretur, non tenetur cum eo morari ſi ſecundum ordinis ſui gradum boneſtè morari non poteſt in. §. ſi quis ex his numero. 190.

Legatarius probare tenetur ſe à domo hæredis diuertiſſe culpa hæredis in. § . ſi quis nume. 187.

Legatæ rei dominium quæritur legatario ante acceptationem, fictè amorte teſtatoris, verè ab adita hæreditate ſed reuocabiliter, verè autem & irreuocabiliter quando petierit legatum. §. vtrum numero. 49.

Legatarius ſtatim teſtatore defuncto nanciſcitur ius legati. §. vtrum numero. 48.

Legati repetitio ceſſat in. l. libertis quos. ff. de alimentis & cibarijs legatis, quià relictum eſt ob cauſam, quæ eſt codicillis adimpleta. § . ſed ſi filius numero. 103.

Legatum alicui relictum ex præſumpta voluntate reuocatur ſi legatarius ingratus ſit. §. idem iudex numero. 41.

Legatum alimentorum mulieri relictum ſi cum filijs habitauerit, percipiet mulier, quæ ſe deo ſacrauit: quià ſi mulieri quingenta ſint legata ſi ſe deo ſacrauerit, ſi verò nupſerit mille, deo ſacra mulier mille capiet vt multi dicunt, & an hoc ſit verum tradditur in §. ſi quis ex his numer. 174. cum ſequentibus.

Legatum alimentorum perpenſo iure naturæ taxatum eſt, quià iure naturæ alimenta

menta præſtantur quæ vitæ ſubſidio neceſſaria ſunt, iure autẽ ciuili additũ eſt vt pro dignitate alimentarij præſtẽtur, §. ſed ſi filius nu. 101.

Legatum alimentorum præſtare debet fructuarius, non autem hæres, niſi aliud iuſſerit teſtator in. §. ſi quis ex his numero. 220.

Legatum alimentorum ſimpliciter relictum non diſtributis temporibus poteſt hæres præſcribere. §. vtrum numero. 41.

Legatum alimentorum vxori relictum, ſi cum filijs eſſet, ſi nubat, non percipiet legatum, quamuis cum filijs eſſe velit, & an hoc ſit verum tradditur in. §. ſi quis ex his nu. 196. & . 197.

Legatum alimentorum vxori relictum ſub conditione, quòd habitet cum priuignis, capiet mulier licet cum eis non habitet, idem eſt ſi legatur ſocero vt cum genero habitet, vel genero vt cum ſocero, quià capiet legatum, licet cum eo non habitet, ratio eſt quià odio ſe ſolent iſti perſequi in. § ſi quis ex his nu. 180.

Legatum à pluribus hæredibus relictum, præſtari debet quoties relictum eſt in §. ſed ſi filius nu. 105.

Legatum filiæ ſpuriæ relictum cedit in cauſam dotis in. §. idem reſcripſit numero. 69.

Legatum mulieri relictum, ſi honeſtè & caſtè vixerit, perdit mulier, quæ paſſa eſt ſe ab aliquo amplecti, ea ſanè quæ ſecundò nubit non dicitur caſtè viuere, quantum attinet ad maritum demortuum in §. ſi quis ex his nu. 147.

Legatum quiſq; capere poteſt qui lege non eſt prohibitus. §. ſed ſi filius nu. 106.

Legatum relictum ſub conditione, ſi legatarius ſecum habuerit aliquos teſtatori dilectos non conſequitur legatarius, ſi domi eos nõ habeat, quià nupſerint aut demortui ſint, niſi legatum ſit alimentorum in. § ſi quis ex his numero. 169. & 200.

Legatum relictum alicui quem teſtator falſò exiſtimabat filiũ ſuũ eſſe nõ pertinet ad legatarium, ſed ad hæredes eius, qui reliquit. §. ſi vel parens nu. 44.

Legatum ſi relinquatur conſanguineo pauperi proximiori debetur, quamuis alius conſanguineus ſit pauperior in remotiori gradu. §. & ſi impubes nu. 40.

Leges non ſunt præcedentibus applicandæ, §. ſolent nu. 54.

Leges regiæ, quæ hæreticos grauioribus pœnis puniunt ſeruari debent. §. ſi mater, numero. 20.

Legis cum duæ. ff. de captiuis & poſt limi. redditur ratio in. §. idem reſcripſit, numero 14.

Legis cum ijs. ff. de condictioni indeb. redditur ratio, & ea eſt quod quidat pietatis cauſa acquirere exiſtimatur. §. ſi mater nu. 27.

Legis commendatio tradditur in principio, numero. 1.

Legis deciſio limitatur per rationem expreſam in lege in. §. idem reſcripſit numero. 44.

Legis. 17. de Toro in ſpecie alteri per alterum non acquiritur ſine mãdato. §. item reſcriptum nu. 32.

Legis diuiſio tradditur in principio numero. 2.

Legis hæreditatum. ff. ad leg. fal. deciſioni ratio reddi nõ poteſt vt Bartolis ait, ſed rationem reddit Molineus in. §. ſed ſi filius nume. 110. & nu. 111.

Legus

Legis quoties deciſio locum habet tantum in donatione fauore donantis, non in alijs contractibus, vt in ſpecie legis. 17. de Toro, locum non habet ſententia. l. quoties ſi per contractum oneroſum fiat melioratio. §. item reſcriptũ nu. 31.

Legis quoties in ſpecie ille, qui ſecundo loco vocatus eſt dilectior eſt eo qui primo vocatus fuit. §. item reſcriptum nu. 52.

Legis ſed & ſi quid in ædificauerit. §. ſufficienter. ff. de vſufructu redditur ratio, in. §. ſed ſi filius nu. 65.

Legitima debetur filijs etiã iure diuino & hac de cauſa iure ciuili in totum tolli nõ poteſt in. §. idem reſcripſit nu. 147. Sed contrariam ſententiam vt alimenta in vſufructu conſtitui poßint, defendit Menchaca, qui ſe huius ſentẽtiæ anthorem eſſe gloriatur in. §. idem reſcripſit, numero. 148.

Legitima debetur filijs lege ciuili & ideo à principe tolli poteſt in. §. idẽ reſcripſit. n. 149

Legitima filiorum iuris eſt naturalis, quià ſubſtituitur in locum alimentorum, eodem modo & legitima parentum videtur quòd ſit iuris naturæ, ſed iuris ciuilis eſt, vnde lege ciuili tolli poteſt. §. parens nu. 29.

Legitima filijs fortiori cauſa debetur à parentibus quàm parentibus à filijs, ſed piè conſtitutum eſt vt par ſit in iure ſucceſſionis parentum ac filiorum conditio. §. parens nu. 21.

Legitimam, non tenetur pater dum viuit aßignare filio. §. item reſcriptum nu. 16

Legitimam ſi pater det filio, quam filius dilapidauerit vel perdiderit, non tenetur ſecundò legitimam dare. §. idem iudex, numero. 19.

Legitima nõ poteſt in totum tolli per legem quià iure naturali debetur in. §. idem reſcripſit nu. 146.

Legitima non ſubſtituitur in locum alimentorum. §. idem iudex nu. 21.

